

ſenſu, proferant hæc verba: *Ego vos in matrimonium coniungo, in nomine Patris, &c.* Quærimus ergo, an ſint illa verba de neceſſitate Sacramenti. Reſpondeo negatiuè, ita Doctores communiter. Patet, quia Sacerdos non eſt miniſter, nec eius verba ſunt materia, nec forma, vt ſupra dictum eſt *capo 3. dub. 5. & 6.* & ex alio capite Tridentinum in clauſula irritante nullam facit mentionem verborum ad validitatem matrimonij; quapropter valet matrimonium, etiamſi Parochus nihil dicat. Sunt tamen illa verba de præcepto, patet ex ipſo Tridentino; vnde illa omittens peccaret; hoc autem peccatum non videtur plus quàm veniale, vt contra Henrquez *lib. 11. cap. 2.* docent Sanchez *diſp. 38. num. 7.* Coninch *diſp. 27. num. 45.* Filiuc. *tom. 1. tract. 10. part. 1. cap. 6. num. 222.* Bonacina *tom. 1. quaſt. 2. de matrim. punct. 8. n. 39. verſ. Rogabis.* Hurtado *diſp. 5. diſp. 15. num. 50.* & alij, quia materia, ſeu omiſſio videtur eſſe rei leuis: & licet Tridentinum præcipiat, tamen ſub eo præcepto multa alia continentur, quæ ſunt magni momenti, vt quòd præmittantur denuntiationes; quòd celebretur coram Parocho; quare cum ſint alia grauiora, hoc autem leue, reſpectu illorum omiſſio erit grauis, reſpectu verò huius erit leuis, & peccatū veniale. Tenetur etiam Parochus interrogare contrahentes de mutuo conſenſu, videlicet, vtrum foemina velit ducere virum, & vir foeminam: patet ex Tridentino *ſup.* Hoc autem omittere videtur grauis omiſſio, & cõſequenter peccatum mortale, niſi aliàs Parocho conſtaret de mutuo conſenſu illorum, vt quia contrahentes interrogati proferunt alia verba. Ita citati cum Sanchez *diſp. 38. cit.*

**Dub. 6. Quot, & quales teſtes requirantur, & ſufficiant ad validitatem matrimonij.**

**1** Dico primò, ad validitatem matrimonij præter Parochum, aut alium Sacerdotem de licentia Parochi, requiri, & ſufficere ad minus duos teſtes: conſtat apertè ex Tridentino *ſeſſ. 24. cap. 1. ibi: Qui aliter, quàm præſente Parocho, vel alio Sacerdote de ipſius Parochi, vel Ordinarij licentia, & duobus, vel tribus teſtibus, &c.* Requiritur etiam, vt Parochus, & alij duo teſtes ſimul loco, & tempore exiſtant: vnde non ſatis eſſet, ſi ſucceſſiuè aſſiſtant, nam Tridentinum exigit præſentiam eorum cum Parocho copulatiuè, vt indicat illa particula, *Et*, aliàs enim non poſſunt eſſe conteſtes, nec plenè teſtificari de matrimonio, niſi omnes eſſent ſimul, quod eſt contra mentem Tridentini. Vide Sanchez *lib. 3. diſp. 41.*

**2** Dico ſecundò, non requiritur, vt ij teſtes ſint omni exceptione maiores, id eſt, quòd careant omni defectu, ob quod poſſent iure expelli à ferèdo teſtimonio, ſed ſufficiunt quicumque teſtes, modò habeant vſum rationis, & ſint doli capaces. Ita Sanchez *lib. 3. diſp. 41.* Coninch *diſp. 27. dub. 4. Filiuc. tom. 1. tract. 10. part. 1. cap. 6. num. 230.* Reginald. *lib. 31. num. 187.* Bonacina *tom. 1. q. 2. de matrim. punct. 8. n. 43.* Hurtado *diſp. 5. diſp. 14. num. 47.* & communiter Doctores. Ratio eſt, quia Tridentinum nullos excipit; ergo nulla eſt ratio, cur nos illos excipiamus, præſertim cum materia matrimonij ſit favorabilis, & fauores ſint

ampliandi: deinde, quia dicta qualitas teſtium in matrimonio in nullo iure reperitur requiſita; nam quod *cap. 1. de conſanguinitate*, & alijs dicitur, ad cauſas matrimoniales requiri teſtes omni exceptione maiores, loquuntur quantum ad diſſolutionem matrimonij, non verò ad ei aſſiſtendum: & quando de iure communi generaliter dicta maioritas expoſtulatur, procedit id in alijs negotijs, & non in favorabilibus, qualis eſt celebratio matrimonij. Hurtado *ſup. num. 47.* & pluribus Sanchez *lib. 3. diſp. 41. n. 3.* vide Villalobos *1. part. tract. 13. diſp. 23. num. 2.*

**3** Dixi, modò habeant vſum rationis: nam ſi illo careant, certum eſt eſſe inhabiles, & non idoneos; quia non poſſunt moraliter eſſe præſentes, nec rationem reddere, aut teſtificari de celebratione matrimonij: tales cenſentur infantes, dormientes, amētes, ebrij, & furioſi, quandiu carent lucido interuallo. Ita communis.

**4** Ex dictis colligitur, quæſcunque perſonæ doli capaces poſſe eſſe teſtes in matrimonio, cuiuſque ætatis, conditionis, & ſtatus exiſtant, vt impuberes, ſi vſum rationis habeant, foemina, aut vir, pater, mater, aut alij conſanguinei, vel familiares, Religioſi, infideles, excommunicati, infames; ij enim eſſi in alijs contractibus expellantur, non tamen in matrimonio, ob rationem dictam, vt docent citati.

**5** Nec requiritur, quòd ſint rogati, vt pluribus Sanchez *diſp. 41.* quia in nullo iure reperitur expreſſum quoad aſſiſtentiam matrimonij; ſufficit enim præſentia moralis, vt dictum eſt *dub. anteced.* quanuis alio prætextu ſint electi, vt ſi dolo ſint tracti, & vi detineantur: modò tamen aduertant contractum, vt dictum eſt *loco cit.* & docent Henrquez *lib. 11. cap. 13.* Coninch *diſp. 27. dub. 4. num. 44.* Ledesma *in ſum. cap. 7. de matrim. concl. 15.* Bonacina *ſup. num. 43. 44. & 45.* videndus cum Sanchez *diſp. 39. & 40.* quidquid Bonacina citatus *dub. ant. recedent. concl. 3.*

**Dub. 7. Quibus pœnis puniantur contrahentes clauſteſtine, tum etiam Parochus, & teſtes.**

**1** DE ijs latiſſimè, & doctiſſimè, vt ſolet, Sanchez *lib. 3. diſp. 1. & 2. & diſp. 42. & ſeqq. vſque ad 54.* Sed quia ex his multa ſpectant ad forū externum, & aliqua iam abierunt in diſſuetudinem, proinde noſ conſuetæ breuitati ſtudentes, ſolum attingemus principaliores, & vſu frequentiores.

**2** Prima igitur pœna, qua afficiuntur ipſi contrahentes abſque Parocho, & teſtibus, eſt, quòd ſint inhabiles ad ſic contrahendum: habetur expreſſe in Tridentino *ſeſſ. 24. cap. 1. ibi: Eos ſancta Synodus ad ſic contrahendum omnino inhabiles reddit.* Contrahetur hæc pœna ante omnem iudicis ſententiam, ſeu declarationem, vt communiter Doctores, quia hæc inhabilitas ad ſic contrahendum, non eſt propriè pœna, ſed effectus; aut actus legis ipſo facto irritantis aliter factum. Et cum in Tridentino ſolum ſiant inhabiles ad ſic contrahendum; hoc eſt, ad contrahendum ſine Parocho, ac teſtibus; ſic inde, quòd ij, qui ſic contraxerunt, poſſint poſtea, ſi aliud impedimentum non intercedat, valide ſa

facie

facie Ecclesie contrahere absque aliqua dispensatione, ex declaratione Cardinalium apud Sanchez *lib. 3. disp. 46* quidquid aliqui dicant, incurrere eos perpetuam inhabilitatem. Inde fit, nec opus esse aliqua declaratione, vt dissoluatur tale matrimonium; nec requiri Episcopi licentiam, vt contrahentes ab eo recedant, & nouum contrahatur, nisi quando illud publicatum fuisset, & timeretur scandalum. Filiucius *tom. 1. tract. 10. part. 1. cap. 5. num. 190.*

3. Secunda, poena est, vt vbi viget Tridentinum contrahentes absque Parocho, & testibus puniantur grauitar arbitrio Ordinarij, seu Episcopi, ideoque peccaret Ordinarius eos non puniens, nam id eis precepit Tridentinum *sess. 24. cap. 1.* Testes etiam clandestini, si qui ibi absque Parocho inueniantur, puniendi sunt condigna poenitentia ab Episcopo, eo quod prestant autoritatem matrimonio prohibito. Filiuc. *sup.* Vbi autem Tridentinum viget, contrahentes absque testibus, & forsitan absque proprio Sacerdote, sunt etiam puniendi poena arbitraria, vt statuitur *in cap. fin. de clandestina desponsat.*

4. Tertio, in aliquibus Dioccesibus lata est excommunicatio contra contrahentes absque Parocho, & testibus: in nostra valentina nulla est excommunicatio; consulat ergo vnusquisque suae Diocesis statuta.

5. Quarto contrahentes clandestine absque Parocho, & testibus requisitis, iure antiquo Castellae, *l. fin. tit. 3. part. 4.* tradendi erant in perpetuam feruitutem propinquioribus consanguineis vxoris. Hec autem poena iam non habet locum, quia mitior statuta est, *l. 41. Tituli*, quae habetur *l. 5. noua Re copil. tit. 1. l. 1.* nempe poena priuationis omnium honorum, & exilij ab ijs Regnis, & quod possint a parentibus exhaereditari, de quibus late Sanchez *disp. 47.* & breuius Hurtado *disp. 5. de matrim. diff. 26. num. 51.* & Coninch *disp. 27. dub. 9.*

6. Quinto Parochus, vel alius Sacerdos, etiam regularis, assilens matrimonio clandestino sine alijs testibus, suspenditur ab officio per triennium, *in cap. fin. de clandestina desponsat.* Hec autem poena non est latae sententiae, sed ferenda, vt patet ex verbo, *suspendatur*, vt docet Henric. *lib. 11. cap. 5. num. 6.* & alij, quod respicit actum, & ministerium iudicis futuri. Eadem poena puniendus est Parochus, qui licet non interfuerit tali matrimonio, tamen id sciens non prohibuit, *ex cap. fin. etc.* Filiucius *sup. num. 101.* Tenetur autem Ordinarius, causa cognita, talem suspendere ad triennium, quem poena absolueri non potest, quia non potest in decretis Concilij generalis dispensare. Sanchez videndus *lib. 3. disp. 51. et 52.* Villal. *tom. 1. tract. 15. diff. 27. num. 6.* & Coninch *disp. 27. dub. 9. no. 84.*

7. Deinde in Concilio Tridentino *sess. 24. cap. 1. de reform. matrim.* praecipitur, Parochum, vel alium Sacerdotem assilentem matrimonio absque alijs testibus, & alios testes absque Parocho, vel alio Sacerdote assilentes, grauitar puniendos esse, arbitrio Ordinarij: per quod quidem decretum cessauit suspensio illa triennalis secunda dicti *cap. fin. de desponsat. clandest.* vt docent Sanchez *lib. 3. disp. 48.* Filiucius *sup.* & Hurtado loco citato *diff. 17. num. 55.* quidquid Rodrig. *tom. 1. cap. 222.* & Coninch *sup. dub. 10.* Ratio est, quia rationi conformis est, vt quando lege imponitur mitior poe-

na, quam erat imposta lege antiquiori, cesset antiqua, praesertim quando tempore legis nouae delictum sit factum minus perniciosum Republicae; ergo per poenam arbitrariam impostam noua lege Tridentini, cessauit antiqua suspensio triennalis; quia illa arbitraria est mitior, & post decretum Tridentini matrimonium sic factum, vt pote nullum, est minus perniciosum Republicae, quam antea, quando validum manebat: ex quo constat, dictum caput finale correctum esse per Tridentinum.

8. Sexto, filij nati ex matrimonio clandestino contracto absque Parocho, & testibus requisitis, cum quocumque impedimento dirimente, sunt illegitimi, quanuis tale matrimonium cum ignorantia sit contractum, tum quia est nullum, tum quia ita habetur *cap. fin. de clandestina desponsat.* ibi: *Non expectes scientia, vel saltem affectatores ignorantia. videantur*, de quo late Sanchez *lib. 3. disp. 42.* & Coninch *disp. 27. dub. 9.* Etenim etsi alias, quando matrimonium publice contrahitur cum occulto impedimento, bona tamen fide ex parte alterius saltem, proles sit legitima, *cap. cum inter. et cap. cum tenore, qui filij sint legitimi*, & latius infra; in poenam tamen clandestine contrahentium, disposuit ius, quod eorum filij sint illegitimi. Aduertit tamen, & bene, Villalobos *tom. 1. tract. 13. diff. 27. num. 2.* hanc poenam non extendi ad eos, qui coram Parocho, & testibus valide contrahunt, omisis tamen absque causa denuntiationibus; nam horum filij sunt legitimi, quia tale matrimonium in facie Ecclesiae est validum, vt supponimus; ideo, &c. imò legitimat hoc matrimonium filios naturales ante natos. Villalobos *sup.* vide de hoc plura apud Sanchez *lib. 3. disp. 43. et 44.* quia multa exagitantur ibi, quae iam non sunt in vsu.

9. Septimo, in matrimonio clandestino mulier spoliata a viro, quasi possessione maritali, non restituitur ante omnia, sicut restitueda esset, si matrimonium factum fuisset in facie Ecclesiae, *ex cap. transmissa de restit. spoliae.* sunt enim matrimonia clandestina odiosa, ideoque, & merito, eis imponenda est poenitentia, vt pluribus Sanchez *disp. 45.*

10. Octauo clandestine contrahentes intra gradus prohibitos ignoranter, carent spe dispensationis obtinenda. Tridentinum *sess. 24. cap. 5.* indignus enim est, vt Ecclesiae benignitatem facile non experiatur, qui eius salubria monita temere contempserit. Operatur autem haec poena, vt docent Sanchez *disp. 45.* Coninch *sup. num. 81.* & Hurtado *diso. 5. diff. 22. num. 82.* Primo, quod Pontifex sine graui causa illicitè cum testibus dispenseret. Secundo, quod dispensatio sit irrita, nisi talis circumstantia exprimat. Tertio, quod habens priuilegiu dispensandi in impedimentis matrimonij, in hoc casu nihil possit, nisi particulatim in priuilegio exprimat.

11. Difficultas tamen est, vt rum matrimonium factum absque denuntiationibus illicitè omisis, cesset clandestinum, quoad poenas clandestini: seu an contrahentes coram Parocho, & testibus, omisis tamen sine causa denuntiationibus, incurrant supra dictas poenas impostas contra contrahentes clandestine proprie sine Parocho, & testibus. Affirmat Henriquez *lib. 11. cap. 6. num. 2. lit. M.* Sanchez cum alijs *lib. 3. disp. 1. num. 7.* quem sequuntur Coninch *disp. 27. dub. 9. 83.* Filiuc. *tom. 1. tract. 10.*

*cap. 5. num. 261.* Fundatur, quia caput fin. de clandestin. desponsar. sumptum ex Concilio Lateranensi aperte iubet, eos puniri, & vocat eorum matrimonium clandestinum; quod caput à Tridentino non reuocatur, sed illud approbat, vt patet initio capituli: & quanuis ipsum Tridentinum *cap. 1.* tantum iubeat puniri contrahentes sine Parocho, & testibus; tamen *cap. 5.* aperte punit omittentes denuntiationes. Quod procedit, ait Filiucius, etsi tale matrimonium publicè sit contractum: nam si omittantur denuntiationes, censetur adhuc clandestinum. At per tale matrimonium non incurri pœnas contra clandestinè contrahentes existimant (& valde probabiliter) Candelabrum aureum *1. part. n. 242.* Palacios *in 2. diff. 28. disp. 3.* Petrus Ledesma *7. 45. art. 5.* Molina *tom. 1. de iust. tract. 2. disp. 176.* quos sequitur Hurtado *disp. 5. diff. 22. num. 80.* Fundamentum, ex quo oppositum destruitur, est, quia matrimonium coram Parocho, & testibus requisitis factum, non est simpliciter, & absolute clandestinum; quia verè sit publicè, & in facie Ecclesiæ, & ipsi potest plenè constare; ergo pœnæ (quæ potius sunt restringendæ, quàm ampliandæ) impositæ contra matrimonium clandestinum, ita absolute nominatum, non comprehendunt hoc matrimonium, sed factum absque Parocho, & testibus, præsertim pœnæ impositæ à Tridentino *sess. 24. cap. 1.* quia expressè imponitur contra Clandestinum absque Parocho, & testibus ibi requisitis. Nec obstat dictum caput fin. quia negatur in dicto capite supponi matrimonium absque denuntiationibus celebratum, esse clandestinum, & ob illud imponi aliquas pœnas, quia tantum supponitur, esse clandestinum celebratum absque sufficientibus testibus, & ob illud imponuntur ibi pœnæ, non verò factum absque præmissis denuntiationibus; ac proinde Tridentinum, quanuis in hæret vestigijs Lateranensis, non approbat matrimonium absque denuntiationibus esse clandestinum, quia id non supponitur in decreto dicti capituli finalis desumpto ex Lateranensi, imò Tridentinum non in hæret vestigijs Lateranensis, nisi quoad præmittendas denuntiationes: & cap. illo quinto matrimonium absque denuntiationibus factum, quando absque eis scienter, siue ignoranter sit in gradibus prohibitis, punit Tridentinum pœna diffidentia dispensationis in eis gradibus, quod est indicium, & non leue, quod matrimonium absque illis celebratum non puniatur generalibus pœnis clandestini. Dixi, si omittantur illicitæ denuntiationes: nam si licitè præmittantur, vt infra, conueniunt omnes, contrahentes coram Parocho, & testibus, illis omisissis, nullas contrahere pœnas; nam vbi non est culpa, neque pœna.

*12* Nonò, Parochus, vel alius Sacerdos, tam secularis, quàm regularis, qui sine licentia proprii aulus fuerit non subditos matrimonio coniungere, aut benedicere, ipso iure tandiu suspensus maneat, quandiu ab Ordinario eius Parochi, qui matrimonio interesse debebat, seu à quo benedictio suscipienda erat, absoluitur. Ita ipsè verbis Tridentinum *sess. 24. de matrim. cap. 1.* Quæ suspensio est ab officio, & beneficio, quia Tridentinum absolute loquitur, & ita sentit Coninch *disp. 27. dub. 9.* Videtur tamen tantum esse ab officio, cum in ipso solum deliquerit; nihilominus tamen absteat se interim à beneficio, vt bene Sayr. *in thesaur. lib. 4.*

*cap. 15. num. 9.* Per hanc autem Tridentini dispositionem, ait Hurtado *sup. diff. 17. num. 56. vers. Obseruandum est,* & propter rationem dictam *sup. vers. Deinde.* corrigitur, & cessat pœna excommunicationis contra Religiosos matrimonia solennizantes, lata in *Clem. 1. de priuileg.* quod declarauit Congregatio Cardinalium, teste Hurtado, cuius declaratio aperte fauet sententiæ de cessatione suspensionis triennalis, de qua *diff. vers. deinde.*

*13* Decimò, Parochus omittens illicitè denuntiationes est suspendendus, vt habetur in *cap. inibiario fin. de clandest. desponsar.* confirmato à Tridentino *sess. 24. cap. 1.* ibi: *Concilij Lateranensis* (à quo desumptum est dictum caput) *vestigijs in hærendo,* non tamen de facto est suspensus, sed relinquitur iudicis arbitrio puniendus. In Diocesi Valentina est casus Episcopo absque censura referuatus; in aliquibus Diocesium, vt Salmanticensium, est imposita excommunicatio. Vide Ledesmam *in summ. cap. 7. de matrim. in fin.* vbi dicit, probabilius esse, contrahentes, omisissis denuntiationibus, non contrahere pœnas impositas à lege ciuili, nam hoc matrimonium in rigore nõ est clandestinum: ob quam rationem diximus *sup. num. 13.* esse valde probabile, nec contrahere pœnas à iure Canonico latis contra clandestinè contrahentes. Qui autem contrahunt coram Parocho, & testibus, præmissisque denuntiationibus, cõsummant tamen matrimonium ante benedictiones nuptiales, nullam iuris communis pœnam incurrunt, an verò peccent, infra *dub. 12. num. 5.* vide de ijs Henriquez *lib. 11. cap. 5. num. 6. 7. & 8. & cap. 7. per totum.* Ledesma. *cap. 7. cit.* & Barbosa *de offic. & potest. Episc. allegat. 32. à num. 182.*

*Dub. 8. Vtrum denuntiationes sint necessariae ad matrimonium, & quando sint faciendæ.*

*1* Nota, denuntiationes, seu proclamationes, esse monitiones quasdam, quibus monentur Christiani, antequam matrimonium contrahatur, vt si aliquod impedimentum noverint inter eos, qui matrimonium contrahere intendunt, illud aperiant, & manifestent. Fuerunt autem primò præcepta in Concilio Lateranensi, vt habetur *cap. fin. de clandestin. desponsar.* At quia in multis locis deferant fieri, Tridentinum *sess. 24. cap. 1. de matrim.* in nouauit huiusmodi decretum, & statuit, vt præmittantur ter à proprio Parocho contrahentium, tribus diebus continuis festiuis, in Ecclesia publicè inter Missarum solennia.

*2* Dico primò, monitiones non sunt necessariae ad valorem matrimonij. Ita Sanch. *lib. 3. de matrim. disp. 5.* Basilius *lib. 5. cap. 3.* & communiter Doctores, & dixi hoc *cap. dub. 1. supposit. 4.* Ratio est, quia etiam si Tridentinum præcipiat Parocho, quòd denuntiationes efficiat, aut præmittat, & quòd non assistat matrimonio, nisi illæ præcedant, nisi earum dispensatione obtenta; non tamen irritauit matrimonium aliter factum, sed tantum, quando fit absque Parocho, & alijs testibus, vt patet ex cõtextu; igitur cum Tridentinum in hoc nihil inno-uauerit, & ante illud, matrimonium absque denuntiationibus erat validum, fit inde, vt etiam nunc sit firmum,

firmum, consequenter eas non esse de essentia matrimonij, sed tantum de solennitate. Ita etiam Nauar. *conf. 17. de sponsal. & in man. cap. 22. num. 7.* vide Sanchez *disp. 5. cit. quest. 1.*

3 Dico secundò, quanuis denuntiationes non sint de necessitate matrimonij, sunt tamen de præcepto, vt tenet communis, & patet ex Lateranensi, & ex Tridentino *ubi sup.* Est tamen difficultas, quale peccatum sit eas omittere absque causa, aut dispensatione. Sotus in *4. dist. 28. q. 1. art. 2. ad 1. docet, esse tantum veniale, nisi in ea Diocesi, in qua id prohibetur, sub pœna excommunicationis iubeatur, quia, inquit, nec in Lateranensi, nec in Tridentino præcipiuntur graui pondere. Verius tamen, & tenendum est, peccare mortaliter Parochum, qui assistit matrimonio, non præmissis denuntiationibus, sine dispensatione, similiter & contrahentes, vt tenet cum alijs Sanchez *lib. 5. disp. 5. num.* Henriquez *lib. 11. cap. 7. Bonac. quest. 2. de matrim. part. 6. num. 7. Villalobos tract. 13. diff. 24. num. 3. Basili. Hurtado, Filiucius, & communiter Doctores. Ratio est, quia id expresse præcipit Tridentinum *sup. ibi: Præcipit sancta Synodus.* Et ex alio capite omisio denuntiationum est res grauis, imò præcepta vt grauis, seu sub graui pondere, ob incòmoda grauia, quæ inde sequi possent, contrahendo absque eis præmissis. Concedo tamen cum Sanchez, & alijs citatis contra Basilium, non esse peccatum mortale, vnam ex illis omittere, quando Parochus moraliter esset certus, nullum esse impedimentum, quia tunc non videtur omisio magni momenti. Ita etiam Ledesma in *sum. cap. 7. de matrim. concl. 6. ubi addit, Parochum, vel contrahentes non peccare mortaliter, omittentes bona fide denuntiationes existimantes esse factas; nam Còcilium ait, si presumptuose, quod arguit scientiam statuti, seu constitutionis. Adde cum Sanchez *lib. 3. disp. 10. nec peccare mortaliter Parochum, qui assistit matrimonio, omisio denuntiationibus timore mortis, secluso tamen contemptu: non enim videtur lex Ecclesiastica cum tanto damno obligare.****

4 Dico tertio, contrahentes matrimonium, non præmissis denuntiationibus, non solum peccant contrahendo, sed etiam vtendo matrimonio; & non solum peccant in prima vice, seu illud consummando, vt existimant Henriquez *lib. 11. cap. 6. n. 1. & alij apud Sanchez *lib. 3. disp. 11. num. 5.* quia, vt benè docent Sanchez *sup. num. 4. Nauar. cap. 21. num. 38. Coninch *disp. 27. num. 58. Filiuc. tom. 1. tract. 10. part. 1. cap. 5. num. 183.* semper se exponunt periculo fornicationis, nam fortè potest adesse aliquod occultum impedimētum. Quod procedit, etiam si contrahentes moraliter sint certi, nullum adesse impedimentum, vt cum alijs Bonacina *quest. 2. de matrim. part. 6. num. 9.* semper enim imminet idem periculum fornicationis, & violatur Tridentini præceptum. At Ledesma in *sum. cap. 7. de matrim. concl. 7. dub. 2.* existimat, taliter matrimonio vtentes non peccare mortaliter, si certi sint moraliter, nullum adesse impedimentum, ad sitque aliqua rationabilis causa, & ad sit periculum scandali, si de nouo fiant denuntiationes; quibus quidem concurrentibus signis, non videtur improbabilis hæc sententia, vt etiam sentit Villalobos *1. part. tract. 13. diff. 24. num. 10.* Procedit etiam conclusio, quanuis matrimonium celebratum fuerit, omis-**

sis denuntiationibus ex dispensatione, vt cum alijs Filiucius *sup.* Ratio est, quia Tridentinum *sup. dist. cap. 1.* vtrumque præcipit, & vt præmittantur denuntiationes contractui, & si omittantur ex dispensatione, postea præmittantur consummationi. Et confirmatur, quia ideo prohibetur matrimonium ante denuntiationes, vt vitetur copula fornicaria, si adesset aliquod impedimentum: at idem absurdum sequitur, si non præmittantur consummationi; ergo, &c. Limita tamen, nisi forte Ordinarius absolute in denuntiationibus dispensauerit, vt infra.

5 Dico quarto, vbi viget Tridentinum, dictæ denuntiationes faciendæ sunt à proprio Parocho, vt habetur expresse in dicto decreto: faciendæ autem sunt à Parocho, siue per se, siue per alium, cui ipse committat, vt confirmat praxis. Faciendæ etiam sunt tribus diebus festiuis continuis; quod intelligitur, quanuis inter eos mediant aliqui dies feriales, imò sic melius satisfit intento dicti decreti, quod est, vt melius impedimenta detegantur, & etiam sufficienter satisfit ipsis verbis decreti. Sufficiet etiam (quidquid aliqui dicant) vt fiant tribus diebus festiuis absque interuallo feriarum; quia sic sufficienter satisfit intentioni, & verbis Tridentini. Quando verò vna tantum præmittenda est denuntiatio, expectandum est aliquo temporis spatio post ipsam factam. Hurtado *sup. diff. 18. num. 60.* Non tamen videtur mortale, quando fiunt tres denuntiationes, non fieri tribus festis continuis, modò interpolatio non sit notabilis, vt tenet Sanchez *lib. 3. disp. 5. num. 8.* quidquid nimis rigidè Henriquez *lib. 11. cap. 7. num. 1.* vide Sanchez *sup. disp. 6.*

6 Dico quarto, denuntiationes faciendæ sunt in Ecclesia, vt habetur in dicto decreto Tridentini *sess. 24. cap. 1.* & non in quacunque, sed in propria Ecclesia, seu Parochia. Henriquez *loco cit.* Sanchez *disp. 6. num. 4.* Bonacina *sup. num. 10.* Hurtado, Coninch, Filiucius, & alij, & deducitur aperte ex ipso decreto, eo quòd in eo dicatur, faciendas esse à proprio Parocho contrahentium; faciendæ etiam in Parochijs vtriusque contrahentium, quando còtrahentes sunt diuersarum Parochiarum, sicut præctatur, quia sic poterunt sciri impedimenta; nam illi, qui sunt de Parochia mulieris, fortasse nesciunt impedimenta viri, & e contra. Ita declarauit Congregatio Cardinalium, & docent citati, & alij apud Ricciium in *praxi fori Ecclesiast. decis. 258.* & Bonacin. *sup.* Limitat tamen Hurtado *sup. vers. Terzid:* nisi quando ob parnam distantiam Parochiarum sufficiat in Parochia vnius, siue viri, siue foeminae, vt possint impedimenta manifestari. Hanc autem limitationem non admitto, nam non est secundum mentem Tridentini, nec sic possunt tam facile sciri, & manifestari impedimenta. Quando verò contrahens pertinet ad duas Parochias, sufficiet, vt fiant in qualibet earum, in qua sit sufficienter notus; conuenientius tamen est, vt fiant in Parochia illius parochi, coram quo contrahendum est matrimonium. Quòd si ad vnâ tantum Parochiam pertineat, & in ea non est sufficienter notus, faciendæ sunt cura, & diligentia proprij Parochi in ea Parochia aliena, in qua sit sufficienter notus, vt docet Hurtado: at etsi hoc expediat, non tamen iudicio necessarium; nam Trident. decretum solum loquitur de proprio Parocho, & consequenter de propria Parochia.

7 Nota, etsi in decreto Tridentini habeatur, vt de

vt denuntiationes fiant intra Ecclesiam inter Missarum solennia, hoc esse intelligendum communiter, & regulariter; nam aliquando possunt fieri extra Ecclesiam in loco, ad quem magna populi pars confluit, vt accidit in prædicationibus, etiam si locus non sit sacer; quia sic sufficienter seruatur intentio Tridentini. Sanchez *disp. 7. num. 9.* Bonacina *sup. num. 17.* Filiuc. Hurtado, & alij. Similiter docent posse fieri aliquando in diebus non festiuis, vbi, & quando magna pars populi conuenit, vt si insignis concionator concionem habiturus est, quia finis Tridentini est, vt multi sciant matrimonium contrahendum, & vt deregatur impedimentum, cui fit satis per denuntiationes extra Ecclesiam, etiam in die non festiuo in casibus dictis. Hoc autem ego non admitterem, nisi sit consuetudine introductum, vt bene Hurtado *sup. num. 61.* Hinc colligit Bonacina *sup. num. 19.* denuntiationes posse fieri in festo alicuius particularis Ecclesiæ, in qua magnus hominum coetus concurrit.

8 Dico quintò, denuntiationes faciendæ sunt, antequam matrimonium contrahatur, nisi adsit suspicio, quòd matrimonium malitiose impediatur; tuuc enim, vt ex dicto decreto constat, vna tantùm sufficiet ante matrimonium, imò si ob vnum timeatur, nulla erit necessaria: at postea ante matrimonij consummationem faciendæ sunt denuntiationes; sufficiet tamen tunc vna; vt declarauit Congregatio Cardinalium; quia ex vna parte in hoc casu Tridentinum contentum erat vnica denuntiatione ante contractum matrimonij faciendæ, & ex alia parte, vna denuntiatione postea facta, satisfit verbis Tridentini. Nec obstant illius verba ibi: *Ante consummationem fiant denuntiationes*, quia hoc in plurali dictum, potest sufficienter intelligi pro omnibus matrimonijs sic celebratis, collectiue (vt ita dicam) sumptis, non verò pro quolibet diuisiue. Poterunt etiam tunc omnes omnino omitti, si Ordinarius id iudicet expedire, vt dicitur in dicto decreto. Hurtado *sup. disp. 18. num. 62.* & alij.

9 Quam pœnam incurrat Parochus assistens matrimonio, omisis denuntiationibus absque causa, aut dispensatione, dictum est *dub. anteced. vers. Decimò.*

**Dub. 9. Quis possit dispensare, vt denuntiationes postponantur, vel vt omnino omittantur.**

1 Dico primò, iure antiquo Episcopus non poterat dispensare, vt matrimonium celebraretur sine denuntiationibus; erat enim præceptum in Concilio Generali, vt docet Henriquez *lib. 11. cap. 5. num. 5.* Quod quidem ius postea per consuetudinem scitam, & toleratam à Summo Pontifice abiit in dissuetudinem, de quo Syl. *marim. 6. q. 7. dicto 2.* & Sotus *disp. 18. quest. 1. art. 2.* Hodie tamen absque dubio aliquo potest Episcopus dispensare, vt omittantur aliquæ, vel omnes tres ante, & post matrimonium, si id iudicauerit expedire, vt decreuit expresse Tridentinum *sess. 24. cap. 1.* & conueniunt omnes Doctores.

2 Dico secundò, idem potest facere Prouisor, aut Vicarius Generalis Episcopi, vt contra Henriquez *lib. 11. cap. 5.* & Basil. *cap. 3.* docent Sanchez *lib. 3. disp. 7.* Bonacina *quest. 7. de marim. punct. 6. n. 7.*

*vers. Dixi.* Villalobos *tract. 13. diff. 24. num. 7.* Coninch *disp. 17. dub. 6.* Riccius *in praxi fori Eccl. decis. 259.* Filiuc. *rom. 1. tract. 10. part. 1. cap. 5. num. 176.* Hurtado *disp. 5. diff. 19. num. 62.* Nquar. *conf. 5. de clandest. desponsat. & alij.* Ratio est, quia etiam est Ordinarius, & idem tribunal, & eadem persona cum Episcopo. Vnde etiam Congregatio declarauit (vt refert Rebellus) quoad hoc nomine Ordinarij intelligi Episcopum, non est excludendus Ordinarius, qui est eadem persona cum Episcopo. Idem possunt facere Abbates exempti, & quilibet habentes iurisdictionem Episcopalem, nulli Diocesano subditi; vt docent citati contra Basilium, quia etiam isti verè sunt Ordinarij, vt diximus *hoc cap. dub. 3. num. 1.* & possunt comprehendendi nomine Episcopi, cum habeant iurisdictionem Episcopalem annexam suæ dignitati. Vicarius autem foraneus id facere non potest absque speciali Episcopi concessione; huius enim facultas est limitata, nec est eadem persona cum Episcopo. Ex dictis sequitur, sicut possunt Episcopi, & habentes iurisdictionem Episcopalem in denuntiationibus dispensare, tempus prorogare, vel abbreviare ex iusta causa, similiter & hanc facultatem alijs delegare, omnia etiam hæc posse facere Vicarij Generalem Episcopi, quia est Ordinarius, & nullibi impeditur, vt consequenter cum alijs docent Sanchez, & Coninch, & colligitur *ex cap. Clericos de off. Vic. in cap. 1. eod. 1. in 6.* Non autem poterit Vicarius Generalis hanc facultatem generaliter delegare, sed ad vnam, vel alteram causam in particulari, vt docent Bonacina *sup. num. 7. vers. Ex quo.* cum Sanchez *lib. 3. disp. 7. num. 10.* & alij.

3 Dico tertio, quando contrahentes sunt diuersarum Diocesum, potest Ordinarius vtriusque dispensare in denuntiationibus, & sufficit dispensatio Ordinarij vnus contrahentis, quauis matrimonium fiat in Diocesi alterius Prælati, & hoc propter connexionem inter contrahentes, ratione cuius, qui habet iurisdictionem circa vnum ex contrahentibus, censetur etiam habere in alium. Ita citandi; quia etiam sic satisfit decreto Tridentini; sicut etiam diximus *sup. hoc cap. dub. 2. num. 3.* Ob eandem rationem, contrahentes diuersarum Parochiarum validè contrahere coram Parocho vnus, etiam in Parochia alterius. Ita docent Hurtado *sup. num. 64.* Filiuc. *num. 175.* Sanchez *lib. 3. disp. 7. num. 7.* Coninch *disp. 27. dub. 6. num. 54.* Villalobos *sup. num. 6.* & cum alijs Bonacina *loco citat. num. 7. vers. Sed modò dubium*, vbi limitat hanc facultatem ad Episcopum, in cuius Diocesi celebratur matrimonium; hæc tamen limitatio non est necessaria, quia vt dictum est, propter connexionem matrimonij, etiã alter Episcopus habet iurisdictionem in casu in alterum contrahentem.

4 Dico quarto, Parochus non potest in denuntiationibus dispensare, vt cum Sanchez Coninch, Henriquez, & Basilio teneri Hurtado *disp. 5. diff. 10. num. 64.* & dicit communem Villalobos *sup. n. 8.* refertque ita esse declaratum à Cõgregatione Cardinalium. Et ratio est, quia in Tridentino *sess. 24. cap. 1.* vbi conceditur facultas dispensandi in denuntiationibus, tantùm conceditur Ordinario, & de Parocho in hoc nulla fit mentio, nisi tantùm vt assistat matrimonio. Vnde audiendi non sunt Veracruiz, & Vivaldus oppositum sentientes apud Hurtado

caso ubi supra. Poterit tamen in aliquo vrgenti casu contrahentes coniungere, omisis denuntiationibus ante contractum, modo fiant ante consummationem, vt docent Sotus in 4. dist. 24. quæst. 1. artic. 2. Ledesm. in summ. cap. 7. de matrimon. concl. 6. Sanchez lib. 3. dist. 8. & 10. Bonacin. tom. 1. q. 2. de matrimon. punct. 6. num. 7. versic. Dixi, & constabit in particulari dub. seq.

5 Dico vltimo, in Episcopo, vel alio, qui iuxta superius dicta potest in denuntiationibus dispensare, requiritur iusta causa ad dispensandum. Ita Henriq. lib. 11. cap. 5. num. 5. Sanchez lib. 3. dist. 8. Coninch. dist. 27. dub. 6. Filiuc. tom. 1. tractat. 10. part. 1. cap. 5. num. 117. & cum alijs Bonac. quæst. 2. de matrimon. punct. 6. num. 7. versic. Tertiò, & alijs. Ratio est, quia Tridentinum sess. 24. cap. 1 hoc negotium reliquit prudentiæ, & iudicio Ordinarij, vt possit dispensare, si ita expedire iudicauerit; quæ verba important arbitrium prudentiale, & regulatum ratione, Menoch. consil. 69. n. 62. & 63. volum. 1. At quando non adest iusta, & rationalis causa, non agit Ordinarius prudenter dispensando in denuntiationibus, & tunc non expedit, quia dispensatio est receptio iuris communis, quæ absque rationabili causa non expedit: quare peccabit mortaliter contrafaciens, nam materia est grauis, Filiuc. loco citat. Villalobos tractat. 13. dist. 25. num. 1. Non tamen requiritur iudicialis cognitio causæ, sed satis est, si Ordinarius informetur, & certior fiat de causa dispensandi, vt docent Sanchez dist. 8. Bonac. Filiuc. supra. & alijs contra Henriq. supra, & alios.

6 An autem aliquando teneatur Ordinarius in denuntiationibus dispensare, dicitur dub. seq.

### Dub. 10. Ob quas causas possit Ordinarius in denuntiationibus dispensare.

1 Nota, causas ad dispensandû, aliquas esse sufficientes ad dispensandum in denuntiationibus ante matrimonium, hoc est, vt possit fieri, illis non præmissis, modo tamen præmittantur consummationi, hoc est, quod illis non factis, non possit consummari matrimonium; alias esse sufficientes, vt omnino denuntiationes omittantur, tam antequam fiat matrimonium, quam post factum, etiam ante consummationem. Deinde aliæ sunt sufficientes, vt dispensare possit Episcopus, non tamen ad id teneatur; aliæ sufficientes, vt non tantum possit, sed etiam teneatur dispensare, vt infra; de quibus agunt Sotus in 4. dist. 28. quæst. 1. artic. 2. concl. 1. & debitum. Lopez in instrum. part. 1. cap. 87. Nauarr. cap. 22. num. 70. Syluest. matrimon. 6. quæst. 7. Henriquez cap. 16. copiosissime Sanchez lib. 3. dist. 9. Coninch dist. 27. dub. 6. Bonac. tom. 1. quæst. 2. de matrim. punct. 6. num. 7. versic. Rogabis, Villalob. 1. part. tract. 13. dist. 25. Filiuc. tom. 1. tract. 10. part. 1. num. 275. & 279. Basilius cap. 32. & Hurtado dist. 5. dist. 20.

2 Prima igitur causa ad dispensandum in denuntiationibus est, quando prudenter timetur matrimonium iniuste, & malitiose esse impediendum per maleficium, aut per parentum, tutorum, & aliorum fraudes, seu factiones, vt si tutor puellæ intendat, vt indigno nubat, ipsa verò digno nube-

re velit: in hoc conueniunt DD. & habetur expresse in Trident. sess. 24. vbi statutum est, vt tunc omittantur duæ, aut vna denuntiatio, & si ex vna adhuc timetur impediendum matrimonium, quod omittantur omnes tres, & contrahatur matrimonium; matrimonio verò contracto, quod fiat denuntiationes ante illius consummationem, nisi aliud Episcopus expedire iudicauerit, quo iudicante ita expedire, poterant etiam tunc omnes tres omitti. Et quamvis Tridentinum solum faciat mentionem huius causæ; eo ipso tamen quod id expresse concessit, etiam interpretatiuè concessit, quod dispensare possit Ordinarius in alijs casibus, vt omitti possint ante matrimonium, & etiam post illud contractum, ante eius consummationem, præsertim cum hoc relinquat iudicio, & arbitrio Episcopi; vt docent communiter DD. & Villalobos supra num. 3. refert ex Rebello, declarasse congregationem Cardinalium, ita; *Non solum ex causis hic expressis possunt hæ denuntiationes omitti, sed alijs etiam arbitrio Ordinarij, qui eas remittere potest, etiam post matrimonium contractum, & ante illius consummationem.*

3 Secunda causa dispensandi ne præmittantur, sed vt postponantur, est, quando non possunt præmitti absque notabili periculo iacturæ animæ, aut rei temporalis, aut absque impedimento operis notabilis misericordiæ, vt quando duo concubinarij intendunt contrahere, & prudenter timetur esse carnaliter miscendos, dum fiant denuntiationes: & quando vir in articulo mortis vult concubinam ducere, vt legitime filios ex ea habitos, vel vt discedat in bono statu; vel vt eam non relinquat in honoratam, quamvis ex ea non genuerit filios.

4 Tertia iusta causa, vt postponatur, est, quando instat tempus, quo nuptiæ solennes prohibentur, nec possunt prius proclamationes fieri, nec nuptiæ differri sine notabili incommodo, aut periculo animæ ob incontinentiam, præsertim quando essent primæ nuptiæ, quas non expedit consummare, ante solennem benedictionem.

5 Quarta causa iusta, vt denuntiationes omnino omittantur, etiam post factum matrimonium, est, quando non possunt fieri absque infamia contrahentium, vt si viuentes in concubinato habeantur publicè coniuges.

6 Quinta causa iusta dispensandi, vt omnino omittantur, est, quando nequeunt fieri absque pudore contrahentium, vt quando sunt senes, & quando valde senex contrahit cum valde iuvene, & quando valde nobilis cum ignobili.

7 Sexta causa dispensandi, vt omnino omittantur, est, quando contrahunt magnates, & non repente, & occultè, quia tunc in ijs facillè consistat impedimenta: imò generaliter est iusta causa dispensandi in quibuscumque, quando nullum est timor alicuius impedimenti, vt bene Hurtado dist. 20. cit. num. 70.

8 Septima iusta causa dispensandi, vt omnino omittantur, est, quando matrimonium prius publicè, & cum denuntiationibus contractum, postea constat esse nullum, quamvis hoc publicè constet, quia tunc ad dispensandum sufficit prior fama, ex qua nullum resultat impedimentum.

9 Octaua generaliter, ob quamcumque notabilem commoditatem contrahentium, siuè spirituales, siue temporales potest iuste dispensari ab Ordini;

Ordinario in denuntiationibus; aut præmittendis, aut omnino omittendis, vt commoditas, aut utilitas exegerit, & prudens Episcopus iudicauerit expedire, vt si virginis deflorator vellet eam ducere, & sit periculum mutandi animum, aut si debeat statim longius proficisci, & expediat eum antea contrahere matrimonium, vt proles legitimeatur, vel quia aliàs creditur, non depositurum serio affectum erga concubinam, & ita permanurum in malo statu.

10 Supradictis igitur causis concurrentibus, cõueniunt DD. citati, & ferè communiter omnes, posse Episcopum modo dicto dispensare: difficultas tamen est, quando non solum possit, sed etiam teneatur dispensare.

11 Filiuc. *tom. 1. tract. 20. part. 1. cap. 5. nu. 179.* Sanchez *disp. 10. quæst. 1.* & Villalob. *sup. n. 5.* breuiter respondent, teneri Episcopum dispensare quando scandalum sequeretur non dispensando, vel esset suspicio malitiosè impediendi, vel expediret valde ad bonum animæ: quando verò nulum publicum, aut notabile damnum sequitur, non tenebitur dispensare, sed erit gratia tunc dispensare. Ego autem existimo, loquendo in particulari, cum Hurtado, & Coninch teneri Episcopum dispensare in omnibus casibus supradictis, exceptis quintò, sextò, & septimò: nam tenetur dispensare, quoties dispensatio profuit notabiliter bono communi, aut ipsis contrahentibus, siue spiritaliter, siue temporaliter, vt contingit in 1. 2. 3. 4. & 8. exceptis 5. 6. & 7. quia potestas dispensandi in Prælatis est in bonum commune, & in bonum suorum subditorum, ideo, &c. Quare Episcopus nolens dispensare in illis casibus, quibus tenetur, peccabit; in alijs verò tribus non peccabit, quia non tenetur, cum illis solum agatur de cõmodo temporali procurando, vnde in illis tribus casibus poterit sine personarũ exceptione in vno, & non in alio dispensare, quia Pastor, seu Episcopus nõ tenetur ex officio omnibus commodis, præsertim temporalibus, suorum subditorum prospicere, sed solum notabili commo-õ spiritali, Coninch *disp. 27. dub. 6. n. 50.*

12 Nota, in casibus in quibus Episcopus tenetur dispensare, si non vult, nec sit periculum in mora, poterit superior adiri per apellationem, ad quæ causa tunc denouitur, qui tenebitur tunc dispensare, vel cogere inferiorem, vt dispenses Filiuc. *cap. exceptionem in 6. de except.* & cum eo Filiuc. *sup. n. 181.* Nihilominus tamen est in hoc casu liceat appellare, existimo non ad id teneri, præsertim quia in casibus in quibus licet, & tenetur Ordinarius dispensare, vel est periculum in mora, vel sequitur scædelum, aut notabile damnum, quibus concurrentibus non videtur obligandus inferior ad recurrentiũ ad alium superiorem, sed posse vti remedio sibi magis commo-õ, & à DD. approbato. Igitur, quando Episcopus noluerit dispensare in casibus, in quibus tenetur, vel dispensationem iuste petitam iniuste denegauerit, valde probabile, & tutum est, posse, omisis denuntiationibus, contrahentes inire matrimonium absque peccato, & Parochum illos cõiungere: idem dic, si Ordinarius non potest facile adiri, & est periculum in mora. Quæ doctrina procedit in his casibus. Primus, si timetur matrimoniũ malitiosè impediendum. Secundus, quando non possunt præmitti absque periculo notabilis iactu-

ra animæ, vt in secundo casu. Tertius, quando tempus, quò nuptiæ solennes prohibentur, instat, vt in tertio casu. Quartus, quando non possunt fieri absque infamia, vt in quarto casu. Quintus est, vt si virginis deflorator voluerit eam ducere, & sit periculum mutandi animum, vt in octauo casu. Ratio horum est; quia præceptum non contrahendi absque denuntiationibus tantum est Ecclesiasticum, quod non obligat cum notabili damno, nec cum dicto impedimento: imò in his casibus, ait Hurtado, *supra num. 72.* non est necessaria dispensatio, quamuis Ordinarius possit commodè adiri, & sit paratus dispensationem concedere, quia dispensatio non est necessaria, vbi præcepti obligatio cessat: ideoque in Tridentin. *sess. 24. cap. 1.* in casu, in quo est suspicio, quòd matrimonium iuste impediatur, dicitur, quòd denuntiationes omittantur, nulla facta mentione dispensationis. Ego autem existimo semper esse adendum Episcopum, si commodè fieri potest, vt sit generaliter in omnibus casibus, quando inferior potest, non existente copia superioris dispensare: nec obstat Trident. *supra*, imò fauet nostræ sententiæ, nam præmitti, vel omitti denuntiationes, relinquit iudicio, & arbitrio Episcopi, ergo requirendus est, si commodè fieri possit.

13 Nota secundò, non requiritur cognitio iudicialis causæ, vt Ordinarius dispense: tenetur tamen se informare de veritate causæ, & etiam, an sit aliquod impedimentum, & sufficit hæc informatio extraiudicialis, & in foro conscientiæ, vt docent Filiuc. *num. 177.* Villalob. *n. 2.* Hurtado *nu. 72.* Sanchez. *disp. 8.* Basilius, & alij. Ratio est, quia Trident. id relinquit iudicio, & arbitrio Episcopi ob idque, vt consequenter docet Villalob. *supra*, poterit Episcopus in his extra suum territorium dispensare, quia non exercet iurisdictionem contentiosam, sed voluntariam.

14 Adde, quando Episcopus ex iusta causa dispense non posse imponere ei, cum quo dispense aliquam pecuniæ multam pro fabrica Ecclesiæ, vel alio opere pio, quia dispensatio faciendæ est gratis, vt generaliter disponit Tridentin. *sess. 25. cap. 18. de reformat.*

*Dub. II. Quænam impedimenta sint manifestanda ex vi denuntiationum.*

1 Nota, aut impedimentum est publicum, seu probabile per testes, aut occultum, & improbabile: deinde, aut ex manifestatione sequitur infamia, aut non.

2 Dico primò, si impedimentum sit publicum, aut possit per testes probari, tenemur illud manifestare, quamuis ortum sit ex peccato infami, vt ex fornicatione cum consanguinea: in hoc conueniunt DD. & meritò, quia est quasi quædam iuridica interrogatio, in qua iudex iuste, & iuridice interrogat, ob idque, & ad obuiandum peccato contrahentium, tenemur iusto iudicis præcepto obedire: tenemur tamè prius contrahentem cõ tali impedimento, si commodè, & absque scandalo possumus, corrigere, seu monere iterum atque iterum, si est spes emendæ, vt desistat, qui si monitus perseverat, erit denuntiandus.

4 Dico secundo, si impedimentum sit occultum ita ut ipse solus noverit, ob idque testibus probari non possit. Maior. *diff.* 21. q. 2. & supplementum Gabriel. quos sequitur Basil. c. 34 existimant, neminem teneri ad denunciandum, quia aiunt, neminem teneri denunciare, quod probare non potest. At Sanchez *lib.* 3. *diff.* 13. n. 2. Nauarr. c. 22. n. 83. Cou. *de matr.* 2. p. c. 6. s. 10. n. 21. Conin. *diff.* 27. *dub.* 7. Filiuc. *tom.* 1. *tract.* 10. c. 5. n. 183. Villalob. p. 1. *tract.* 13. *diff.* 26. n. 1. Bonac. *tom.* 1. q. 2. *de matrim.* *punct.* 6. n. 10. quorum opinionem, ut verior omnino tenendam censeo. Ratio est, quia quilibet tenetur detegere peccatum inferens damnum proximo, seu tertio, ex S. Tho. 2. 2. q. 70. *artic.* 1. ad 2. que communiter sequuntur DD. & dixi in Decalog. *lib.* 8. c. 2. *dub.* 2. tale autem est non detegere impedimentum, nam si dirimens est, si non detegatur, erit in perpetuo concubinatu; si est impediens, fieret iniuria, Sacramento eo quod contraheretur cum peccato mortali, & quia tales contrahentes peccarent mortaliter. Etenim quilibet tenetur vitare peccatum proximi, si commode possit, praesertim quando id a superiore praecipitur, at denuntians impedimentum, quavis ipse solus sciat, potest illud peccatum vitare; ergo tenetur impedimentum, etiam occultum, detegere: quod procedit, quavis non possit impedimentum probare, quia non tendit haec denuntiatio ad punitionem criminis admisi, sed ne admittatur, quo in casu denuntiator, si deponat ut testis, & iuratus, sufficit, cum agatur de peccato euitando, & non de punitione, ut dixi in Decalog. *lib.* 8. c. 3. *dub.* 2. n. 8. procedit etiam haec sententia, quavis quis sub secreto (intellige extra confessionem) & iuratus sciuerit impedimentum occultum, & quavis ortum sit ex peccato infamante. Hurtad. *sup.* *vers.* *Id autem*, Filiu. *loco cit.* n. 185. *vers.* *An autem*, ex Sanch. *sup.* *nu.* 6. Ratio est, quia maior ratio habenda est salutis animae proximi, quam seruandi secretum, & fama illius, nec obligat iuramentum ad non denunciandum, quod alias tenetur, saltem ex praecipio superioris id praecipientis, medijs denuntiationibus. Tenetur tamen, ut dictum est, & a fortiori in hoc casu, ante denuntiationem praemittere admonitionem iteratam, qua diu speratur correctio, praesertim si impedimentum oriatur ex peccato occulto, nisi periculum sit in mora; quod si non pareat monitus, erit denunciandus Praelato, modo id facere possit absque considerabili incommodo, aut sine scandalo aliorum, ut docet citati. Quare persona particularis, si ex reuelatione impedimenti timeat sibi graue damnum probabiliter euenturum, non tenetur reuelare, nam non tenetur bono proximi cum tanto suo damno consulere. Quod si sciens impedimentum sit persona publica, cui ex officio competat prospicere salutem spirituali proximi, tunc tenebitur reuelare impedimentum cum suo notabili damno. Quid si ipsi contrahenti sequatur ex reuelatione impedimenti graue damnum? Respondeo, si sequatur ei damnum iuste, puta, quia ex hoc manebit in perpetua paupertate, esse reuelandum, quia magis consulendum est salutem spirituali: si vero sequatur damnum iniuste, quia scilicet punietur publice propter delictum occultum, non est reuelandum; quia reuelatio fit ad peccata vitanda, at in hoc casu non vitantur, imò maiora sequuntur, sic a reuelatione excusatur, si ex ea scandalum graue probabiliter timeatur, etiam si sciens impedimentum il-

lud probare possit, & quavis mandatum denunciandi sub excommunicatione sit positum. Nauarr. c. 22. n. 83. Ledesm. *in sum.* c. 7. *de matrim. concl.* 8. videndus, & alij

4 Dico tertio, seruatis supradictis, denunciare etiam tenetur impedimentum ille, qui illud audiuit a personis fide dignis, si ille, aut illa illud non denuntiat, nam ad impedendum matrimonium sufficit vnus testis, imò infamia, seu fama impedimenti At si audiuit a persona non fide digna, denunciare non tenetur; esset enim leuis tunc denunciando; non tamen est impossibile, ut tenet Hurtado *supra* *num.* 76. teneri etiam in hoc casu denunciare, quando impedimentum non inducit infamiam, quia tunc ea denuntiatio non obest, & prodesse potest, cum inde aliqua cognitio defami possit; non vero tenetur quando infamia inducit, neque tenetur quando audiuit, neque meminit a quo, quavis impedimentum non sit infame; neque tenetur quando audiuit a persona nihil certi scienti, ita DD. *supra* citati.

5 Dico quarto, non solum alij, sed etiam ipsi contrahentes interrogati, an sint aliquo impedimento irretiti, tenentur fateri veritatem, quavis impedimentum sit occultum, & infame, si nolunt a matrimonio desistere, ut docent Sanchez *lib.* 3. *disputat.* 14. Coninch, Basilium *supra*, Filiucius *loco citato*, *num.* 187. Nam hic cum non procedatur ad puniendum, sed ad vitandum peccatum mortale, possunt ab Ordinario interrogari, quavis nulla infamia praecedat, cum sit id fauorabile ipsis contrahentibus: etenim quando agitur de periculo animae, ut hic, potest exigi iuramentum a reo, ex Abb. *capit.* *continebatur*, *de sponsat. impuberum*, *num.* 8. Quod si contrahentes iam sunt dispensati in impedimento occulto, quavis occulte tantum, & in foro conscientiae, non tenentur impedimentum manifestare, quia tunc impedimentum reputatur, ut nullum ac proinde interrogati negare possunt, vitando mentali restrictione: imò si is interrogatus Notario, vel Iudici ipsius confessionem exipienti dicat, se habere impedimentum, sed iam obtinuisse dispensationem in foro conscientiae, potest Notarius, vel Iudex id non scribere, & monere, ut se corrigat, id negando cum restrictione, & delere confessionem, si forte iam sit scripta, ante quam ipse confitens subscribat, minime vero postea, quia iam tunc est iudicialis confessio, inceptumque iudicium, & confessio deducta ad forum contentiosum. Sanchez videndus *lib.* 3. *disputat.* 14. Ob eandem rationem alij, qui sciunt impedimentum occultum, si etiam sciunt dispensationem, quavis occultam, non tenentur illud reuelare, Hurtado *diff.* 5. *diff.* 21. n. 76. *vers.* *Et non*. Ratio est, quia contrahentes in hoc casu valide, & sine peccato contrahunt.

6 Ex his sequitur contra Basilium *cap.* 35. Parochum, qui extra confessionem scit impedimentum occultum, quavis infame, non posse in matrimonio procedere, sed teneri illud ordinario Iudici denunciare, quavis ipse solus sciat: similiter Ordinarius, quando extra confessionem nouit impedimentum occultum, quavis infame, non potest dare licentiam ad contrahendum, quavis ipse solus sciat, sed tenetur illud ad Nuntium, vel ad alium Iudicem legitimum deferre: limita tamen, nisi quando



quando Parochus, & Ordinarius sciunt dispensationem occultam, quia tunc, quando non est ipsis denunciatum, possunt dissimulare, quia iam impedimentum tunc reputatur, ut nullum. Quod si aliquis denuntiet Parocho, vel Ordinario, tunc neuter poterit dissimulare, sed tenetur non admittere dispensationem; ideo non poterit illos coniungere, donec afferant dispensationem pro foro exteriori, quia illa solum prodest pro foro interiori. Dixi, *extra confessionem*, quia quando sciunt impedimentum ortum ex peccato noto tantum in confessione, non possunt illud denunciare, poterit tamen intra confessionem monere poenitentem, ut desistat, non autem extra confessionem, nisi prius petita venia (si commodè potest) loquendi cum illo de auditis in confessione, quando creditur profuturum, & ipsum non ægrelaturum eam veniam ab ipso peti, ijs enim concurrentibus, tenebuntur eum secreto monere, ut à matrimonio desistat. Hurtado *sup. num. 77. Villalob. 1. p. tract. 13. diff. 26. n. 3. Vide Sanch. lib. 3. disp. 15. §. 16.*

7 Colligitur secundò, quando opponitur aliquod impedimentum coram Parocho non posse ad matrimonium procedere, quavis possint prosequi denuntiationes, sed teneri illud ad Ordinarium deferre, qui testimonio alicuius testis quamvis singularis, matrimonium impedit, ne contrahatur.

8 Colligitur tertio, quando dispensatio conceditur pro solo foro conscientie, seu interiori, si postea matrimonium iam contracto detegatur impedimentum, recurrendum esse ad Vapà pro foro externo, non quòd matrimonium sit nullum coram Deo, sed quòd in foro exteriori iudicandum sit nullum; potest tamen benignus iudex tacere, & relinquere eos in suo matrimonio, si nullu ad sit instantia, quia reuera est matrimonium, & dispensatio fuit valida. Sanchez videndus *lib. 3. disp. 15. n. 14. §. 17. vide etiam Barbosa in varijs, vbi de locis, loco 50. n. 4. §. 5.*

9 Tribus ergo monitionibus factis, si aliquod impedimentum non apparuerit, quòd obstat, Parochus ad matrimonium procedere potest absque alia Episcopi licentia, habet enim ad hoc facultatè à iure, & ex officio, ut docent Nauarr. c. 21. n. 60. Syluest. *matrim. 2. in fin. & alij*, & prius interrogatis contrahentibus de mutuo, & reciproco eorum consensu; dicat hæc, aut alia verba pro consuetudine regionis: *Ego vos coniungo, in nomine Patris, &c.* Id est, declaro esse coniunctos, quæ quidem verba non sunt de essentia, ut dixi *sup. r. 3. dub. 5. & hoc cap. dub. 5.* & docent Henric. *lib. 11. c. 7. n. 1.* Demum tenetur Parochus habere librum, & in eo scribere nomina coniugum, & testium, & locum, & tempus, in quo celebratum est matrimonium; quia id precipitur in Trident. *sess. 24. c. 1. ad quod tenetur sub mortali, quia est res gravis, utpote maximè conduens ad evitandas lites, & inconuenientia, quæ ex omissione dictorum oriri possunt.* Hurtado *disp. 5. diff. 21. n. 78. Henric. lib. 11. c. 7. n. 4. & alij.*

*Dub. 12. Vtrum benedictiones nuptiales, vulgò Velaciones, adhibendæ sint.*

**D**ico primò, benedictiones nuptiales, quibus iam coniugati benedicuntur solemniter, nõ

esse necessarias ad valorem matrimonij. Ita communis DD. & ratio est, quia matrimonium supponitur validum ante ipsas, quando adhibentur. In Can. autem. 30. *quæst. 5.* quando dicitur, coniugium, cui non accedunt benedictiones, non esse legitimum, tantum significatur, non esse secundum totum decorè, & secundum totam honestatem requisitam à lege, seu iure.

2 Dico secundò, benedictiones nuptiales esse necessarias ex præcepto, ita etiam communis DD. & constat ex 30. *quæst. 5. præsertim ex cap. 3.* & ex consuetudine id declarante, qua in omnibus Diocesis iam coniugati compelluntur ad eas recipiendas: consequenter sequitur esse peccatum illas omnino omittere; est tamen difficultas, an sit mortale aut veniale. Ochauia *1747. §. 9. §.* docet esse mortale, quia sunt magni momenti, & valde congruentes progressui matrimonij. Sanchez verò *lib. 1. disp. 82. n. 6.* quem sequitur Hurtado *disp. 5. diff. 23. n. 83* docet esse tantum veniale, & meritò, secluso tamen scandalo, & contemptu, quia tantum sunt sacramentale quoddam, quod non apparet magni momenti, neque valde congruens progressui matrimonij.

3 Dico tertio, benedictiones illas nuptiales prohibitas esse fieri ab aduentu, vsque ad diem Epiphaniæ inclusivè, & a feria quarta Cinerum, vsq; ad octavam Resurrectionis inclusivè; in alijs verò temporibus, etiam in eis, in quibus antiquitus prohibite erant, nunc permittuntur fieri: patet ex Trident. *sess. 24. cap. 10.*

4 Dico quartò, stando in iure communi, quando vnus ex coniugatis, siue vir, siue foemina contrahit secundas nuptias, & in prioribus benedictionem accepit, nuptias illas secundas non esse benedicendas, saltem respectu illius, qui eas accepit, quia benedictiones solemnes Ecclesiæ non repetitur eidem rei, ex cap. *vir 3. de secundis nuptijs*, quod verum est, etiam quando primæ nuptiæ benedictæ inveniuntur fuisse nullæ, ut docet Sanch. *supra*, & bene Hurtado *loco cit. num. 84.* & Filiuc. *107. n. 170. 10. p. 2. c. 4. num. 169.* & dixi *supra*, At quia circa hoc varix sunt consuetudines, & dispositiones synodales, & rituales in varijs Diocesis, standum erit propriæ consuetudini, ideo consulendi sunt Rituales, & consuetudines.

5 Dico quinto, regularem, vel sæcularem, qui absque licentia Parochi, vel Ordinarij benedixerit nuptijs sibi non subditorum, tandiu manere suspensum, quamdiu Ordinario Parochi, ad quem pertinebat benedicere, videatur, ut statuit Trident. *sess. 24. cap. 1.* ob quam poenæ impositionem, cessare videtur poena excommunicationis lata in Clement. 1. *de priuileg.* contra Religiosos matrimonia solennizantes, ut docet Hurtado *sup. n. 85.* & dixi *hoc cap. dub. 7. versic. Nono.* Sacerdos autem proprius benedicens secundò nuptias, in casu non permisso, venit puniendus ab Episcopo grauiter, aut leuiter, secundum delicti circumstantias, ut cum Sanchez *loco citat. num. 20.* docet Filiuc. *sup. n. 170.*

6 Dico sexto, qui contrahunt matrimonium coram Parocho, & testibus, ac præmissis denuntiationibus, illud tamen consummant ante benedictiones nuptiales, nullam de factò iuris poenam incurunt, ut dixi *sup. hoc cap. dub. 7. in fin.* inò nec peccant mortaliter, nisi ad sit scandalum, aut contemptus; &

aliquando nec venialiter, si adfit aliqua causa, nam de hoc nullum est præceptum, & Tridentinum solum hortatur: aliquando verò erit sanum consiliu, ante benedictiones consummare, præsertim si adfit periculum incontinentiæ. Alicubi tamen imponitur excommunicatio, si in eodem lecto, & lecto iugiter cohabitent ante benedictiones, vt in Salmaticensibus constitutionibus, in nostra autem Valentina Diocesi nulla est imposita censura. Vide de ijs Henriq. lib. 11. c. 5. num. 7. & c. 7. n. 3.

7 De matrimonio clandestino, & poenis clandestine contrahentium videre etiam poteris Barbofam de offic. & potest. Episcop. allegat. 32. vbi num. 196. tenet esse peccatum mortale contrahere matrimonium sine licentia Episcopi, temporibus quibus prohibita sunt: quod intellige, nisi aliud ferat approbata consuetudo, modò benedictiones non adhibeantur: & à num. 198. vsque ad 204. tenet tempore interdicti, nec matrimonium, nec benedictiones absque priuilegio celebrari posse; sed de ijs dixi in expositione Bullæ lib. 1. §. 3. dub. 2. num. 1. & dub. 9. per totum, & dicetur Deo fauente, vbi de censuris, & infra de impedimentis impedientibus tantum.

## C A P. VII.

### De matrimonio coacto.

*Dub. 1. Vtrum matrimonium contractum ex metu iniusto cadente in virum constantem sit nullum.*

1 **N**Ota, metum alium esse intrinsecu à causa naturali, seu non libera procedentem; vt à fera, tempestate, &c. aliu extrinsecum, ille scilicet, qui procedit à causa libera, vt ab homine. Rursus, aliu esse cadentem in virum constantem, qui etiam dicitur grauis, seu probabilis; alium cadentem in viru inconstantem: deinde alius est iuste illatus, alius verò iniuste: demum alius inferitur ad extorquendum matrimonium, alius verò minimè, sed in alium finem: quid ij sint, dixi in Decalog. tom. 1. lib. 2. c. 2. dub. 3. n. 1. vbi de voto ob metum factu, & tom. 2. lib. 7. c. 16. dub. 4. n. 1. vbi de contractibus metu factis, vide ibi, ac Bonacia. tom. 1. q. 3. de matrim. punct. 1. à n. 1. vsque ad 7. Nihilominus tamen circa diuisionem metus in grauem, & leuem, de quo est præcipua difficultas, breuiter dico.

2 Metus grauis, probabilis, aut cadens in viru constantem, ille dicitur, quo quis cogitur eligere minus malum ad maius vitandum, vt facit naua, qui metu procellæ ne pereat, projicit in mare merces; quando ergo malum, quod minatur, est maius, quàm illud, quod per metum fit, dicitur cadere in viru constantem; nam illud constans vir eligeret eo in casu. Metus leuis, seu cadens in virum inconstantem, ille dicitur, quo aliquis maius malum, & inconueniens eligat ad euitandum minus malu, vt si quis iuret se contracturum ob metum, ne perdat vnum aureum.

3 Mala autem, quæ inferunt grauem metum, hæc dicuntur. Primò metus mortis, vel mutilationis ali-

cuius membri; vt manus, pedis, oculi, narium, & aurium; tum etiam magni cruciatus, verbera atrocis, vincula, carcer perpetuus, aut longinquus. Item, seruitus, stuprum, siue in viro, siue in foemina, vel amissio status honorifici, C. de hi, qui metus causa fiunt, cap. cum dilectus de hi, qui vi, & l. ne timorem, ff. quod met. causa. Item, metus amissionis omnium bonorum, vel maioris, aut magnæ patriæ, aut notabilis. Item, metus infamiæ iuris, aut facti, cum melius sit bonu nomen, quàm diuitiæ multa. Item, metus excommunicationis iniusta; quia excommunicatio est grauis poena: secus si iusta sit, quia excommunicatio iusta facile alijs medijs caueri potest, videlicet sublata contumacia, & quia est medicina. Idem existimat dicendum Henriq. lib. 11. cap. 9. n. 5. & Basil. lib. 4. c. 5. absolutè de timore reuerentiali, qualis est filiorum respectu parentis, aut tutoris; vxoris respectu viri, & serui respectu Domini: verius tamen est precise, & absolutè hunc timorè non esse grauem, sed leuem, nisi coniunctus sit cum minis, vel cum timore malæ tractationis, vel cum alio incommodo, vt contingit, quando patres truculenti solèt inferre graue damnum filijs non obedientibus. Idem dic de precibus importunis, hæc enim non inducunt grauem metum, nisi in voluât vim aliquam, aut damnum aliquod: vnde nec grauis indignatio prædictarum personarum solum, nec importuna præces seorsum, seu precise inducunt grauem metum, quidquid Basilius supra, vt dixi dub. 4. de contract. cit. & docet Hurtad. disp. 6. diff. 1. n. 2. vide Sanch. lib. 4. disp. 6. & 7. & Bonac. sup. n. 6. Ex his constat quisnam metus dicendus sit leuis, videlicet ille, qui iuxta superius dicta non censetur grauis.

4 Adde cum Sanchez lib. 4. dispus. 3. & §. Coninch disp. 28. dub. 2. num. 33. Bonac. vbi sup. vers. Adde, ex S. Tho. q. 47. artic. 2. ad 2. relinquendū esse arbitrio prudentis viri, iudicare, quinam metus sit cadens in constantem virum, & qui non cadens: nam metus non est considerandus, nec metiendus ex causa, ex qua nascitur, & ex natura rei, sed potius ex persona, cui incutitur: vnde aliquando metus, qui ex obiecto est leuis, ex circumstantijs loci, & personæ, ac temporis potest esse grauis, non enim omnes homines æqualiter mouentur, etiam seruata virtute constantiæ, cum possit aliquando contingere, vt aliquis maius malum reputet colaphum, aut leuem verberationem, aut victus priuationem per aliquot dies, quàm contrahere matrimonium, quod solet contingere in foeminis, ac viris meticulosis; quare contrahere matrimonium cum huiusmodi metu, censetur contrahere cum metu cadente in virum constantem.

5 Adde etiã, metum cadentem in virum constantem, non solum censerem, quãdo aliquid ex prædictis malis imminet nobis, seu propriæ personæ; sufficit enim quòd immineat alicui personæ coniunctæ, quod aliqui recentiores non improbabiler extēdunt ad consanguineos, & affines (ex copula tamen licita) vsque ad quartum gradum, tum etiam ad amicum, maximè familiarē, quia amicus est alter ego: sed probabilius, & verius Henriq. sup. n. 5. id limitat vsq; ad primum tantum gradum, seu ad has personas, vt sunt parētes, coniuges, filij, fratres, sorores, nepotes vel alij arctissimo necessitudinis vinculo nobis coniuncti, de quo Bonac. sup. cum alijs.

8 Nota etiam, dubium hoc procedere in casu quo hic, qui per metum contrahit, verè, & realiter consentit, ex metu tamen, ita quòd aliter non esset consensurus; nam si reuera non consentit, sed tantum fingit, & simulat se consentire, certum est, tale matrimonium iure naturæ, & Ecclesiastico esse inualidum omnino, & irritum; quia vt suprà dictum est, consensus internus est de substantia huius, & cuiuscumque contractus. His suppositis.

7 Dico igitur, metus grauis seu cadens in virum constantem iniuste illatus à causa extrinseca, seu libera, animo extorquendi matrimonium, irritat illud in vtroque foro. Nauarr. cap. 22. n. 5. Henriquez lib. 11. c. 9. n. 2. Sotus dist. 29. q. 1. Sanch. lib. 4. disp. 14. Coninch disp. 28. dub. 1. n. 5. & 16. Bon. 3. 3. punct. 8. n. 2. & cõmuniter DD. cũ S. Tho. dist. 29. q. 1. vnic. 9. 1. & ita supponitur in cap. significauit 2. de eo qui duxit in uxorem, ibi: Cum locum non habeat consensus, vbi metus, vel coactio intercedit. & cap. veniens eodem, ibi: Nisi metu coactus, &c. & cap. significauit de eo qui, ibi: Si constituerit, quòd tanta vis illata fuerit. Et Merito quidem, etenim conuenientissimum fuit, talia matrimonia ab Ecclesia irritari in vtroque foro: tum, quia cõiunctio Christi significata per matrimonium libera fuit: tum, quia id requiritur in dissolubilitas matrimonij, & illius onera, vt omnino libere contrahatur: sequitur etiam quàm plurima damna, & exitus infelices ex matrimonio coacto. Procedit hæc conclusio, etiam si contrahens cogatur contrahere cum incerta de certis: & quamuis contractum sit in presentia consanguineorum, modò metus non cessauerit. Filiuc. tom. 1. tract. 20. p. 1. c. 4. n. 104. Sanchez supra num. 21 cũ alijs: vnde non est audiendus Cardinal. c. 2. de his qui, dicens tale matrimonium non esse irritum, sed irritandum, sicut contingit in alijs contractibus: tum, quia est cõtra cõmunem Theologorum, & Canonistarum: tum, quia etsi Ecclesia nõ irritauerit omnino alios contractus, irritauit tamè matrimonium ob rationes dictas vt constat ex dictis iuribus, & dixi vbi de contractibus, dub. 4. cit. Hinc constat, si pater inueniens cum filia stupratorem incutiat metum mortis, mutilationis, aut aliud graue malum, ex dictis eo fine, vt ducat filiam stupratam, si stuprator ex hoc metu consentiat, matrimonium esse nullum, quia talis metus est grauis, illatus à causa extrinseca, scilicet homine, & animo extorquendi matrimonium.

8 Est tamen difficultas apud DD. an metus grauis non solum irritet matrimonium iure Ecclesiastico, sed etiam iure naturali. Nam Couarru. 2. part. cap. 3. s. 5. quem sequitur Basilius lib. 4. cap. 24. docent, esse etiam irritum iure naturæ. Henriquez verò dist. cap. 9. Lefius lib. 2. cap. 1. dub. 7. n. 57. Sanchez disp. 14. citat. Filiuc. supra num. 109. Hurtado diff. 2. & cum alijs Bonac. supra n. 8. in fin. & alij, verius docent tale matrimonium non esse irritum iure naturæ, sed irritandum, vt contingit in alijs contractibus, vt dixi loco citato, & quia sequeretur etiam, quòd metus leuis irritaret iure naturæ matrimonium, quod est falsum, vt infra, nam hic etiam metus tollit liberum consensum. Hinc sequitur matrimonium per vim, & metum grauem celebratum inter infideles esse validum, nisi extet aliqua lex inter eos irritans tale matrimonium. Sanchez lib. 4. disput. 14. num. 3. Bonacina supra

num. 9. & alij. Ratio est, quia matrimonium celebratum per metum grauem non est inualidum iure natura, vt dictum est, sed iure Ecclesiastico, cui non subsunt infideles. Hoc tamen pro certo habet eum communi, matrimonium graui metu contractum non esse irritum iure diuino, quia de illo nõ constat: concludendum igitur est, tale matrimonium esse irritum omnino solo iure postiuo Ecclesiastico.

9 Dixi in conclusione, metum grauem irritare, nam si metus ex se, & ex circumstantijs sit leuis, nec iure Ecclesiastico irritat matrimonium, vt docet S. Thom. dist. 29. quest. vnic. art. 3. quest. 1. Sotus dist. 29. quest. 1. artic. 3. Sanchez cum alijs disput. 17. Filiuc. supra num. 116. Bonacina supra num. 8. Hurtado supra, & communiter DD. quia nec iure naturæ, nec Ecclesiastico est irritum, sicut nec sunt irriti alij contractus ob talem metum celebrati, vt dixi in Decalogo lib. 7. c. 18. dub. 4. n. 7. & confirmat vltus Ecclesia talia matrimonia approbans; nõ enim fauet Ecclesia contrahenti ex metu leui, ac contrahenti ex metu graui; nam hic rationabiliter operatur eligendo minus malum ad maius vitandum: non verò ille, ideoque metus leuis non tollit libertatem, quam ius requirit ad matrimonium: & confirmatur, quia hic metus non irritat votum, nec professionem; ergo, &c. Quòd si metus ex se leuis ratione circumstantia personæ, loci, vel temporis prudenter iudicatur grauis, tunc dirimet matrimonium; quia tunc absolute potest dici grauis, & verè potest dici tale matrimonium contractum ex metu cadente in virum constantem; ideoque erit irritum, Henriquez lib. 11. c. 9. n. 34. & c. 17. n. 1. Filiuc. supra num. 116. & alij, & patet ex supradictis.

10 Dixi secundo, iniuste illarum, nam si metus iuste incutiat, tunc matrimonium ex illo metu extortum validum est, vt docent Henriquez lib. 11. cap. 9. Ledelm. de matrimon. quest. 47. artic. 3. dub. 1. Coninch disp. 28. dub. 1. Filiuc. tom. 1. tract. 10. part. 1. c. 4. n. 107. Sanchez disp. 14. num. 13. Hurtado. disp. 6. diff. 3. num. 13. & alij. Ratio est, quia talis metus magis censetur oriri ab intrinseco, cum procedat ex lege, & natura delicti, quàm ab extrinseco, sic valet matrimonium, quando quis comminatur, se accusaturum eum, qui virginem deflorauit, nisi eam doceat; nam tunc nõ censetur inferri metus, sed potius metus iam conceptus ex delicto censetur conferri, offerendo matrimonium tanquàm medium: & confirmatur, quia hic metus non rescindit ceteros contractus, nec professionem, ex Nauarr. consil. 27. de regul. & consil. 28. de his quæ vi, & alijs. Limitant tamen hanc doctrinam Rebelus quest. 11. sect. 2. & cum alijs Bonac. quest. 3. punct. 8. quando metus incutitur ob causam, propter quam quis iure compelli potest ad matrimonium, vnde valet matrimonium, quòd quis virginem stuprauit per vim, & eã ducit metu accusationis. Item valet matrimonium, quòd stuprator dolosus contraxit cum stuprata, per metum excommunicationis, vel mortis, mutilationis, aut alterius grauis mali incussum sibi à iudice ad extorquendum consensum, quando scilicet lex statuit sub poena excommunicationis, vel mortis, vel alterius mali, vel habetur cap. 1. & 2. de adulterijs, & docent citati: iudex enim iuridice procedens non dicitur propriè inferre metum, propterea iudex per excommunicationem.

tionem cogens sponfos ad contrahendum ex iusta causa, non reddit propterea matrimonium inualidum, vt si sponsus noluerit sine iusta causa stare sponfalibus. Quod procedit etiam si sententia materialiter sit iniusta, modò iudex procedat secundum allegata, & probata, Sanchez *supra num. 8.* Secus autem dicendum, ait Bonacina, quando quis cogitur absque occasione ab ipso data ex se inducente ad eam coactionem: sic, ait, inualidum est matrimonium quando quis metu accusationis duxit virginem, quam cognouit, ipsa uoluntarie consentiente, nam in hoc casu non tenetur eam alias ducere, etsi accusatio tunc licita sit ad petendam iniuria satisfactionem, non uero in ordine ad matrimonium. Item nec ualet matrimonium contractum à Principe cum filia alterius, metu iusti belli, alias iuste inferendi ab illo Principe, aut si quis minatur, accusare aliquem de furto, nisi talem mulierem ducat, ita Bonacina. Nihilominus tamen prior sententia absolute uidetur probabilior, vt etiam sentiunt Filiuc. *supra*, & Villalob. *1. part. tract. 13. diff. 37. n. 7.* Tum, propter rationes dictas: tum, quia tunc matrimonium non est inualidum iure naturæ, vt constat ex conclusione, quia hic metus non aufert sufficientem libertatem: neque iure Ecclesiastico, quia non constat esse irritari, nisi matrimonium factam ex metu graui iniusto, & ad id exterius incusso, vt significatur iniuriis in dicta conclusione adductis.

11 Dixi tertio, à causa extrinseca seu libera, nimirum ab homine, vt si homo alteri comminatur graue malum iniuste, nisi Bertam ducat: unde ualet matrimonium contractum ob metum grauem ortum à causa intrinseca, seu naturali, vt quando quis, v. g. contrahit cum concubina metu tepelstatis imminētis, vel pessimæ feræ, vel morbi periculosi, vel inferni timore, vt tenet DD. cōmuniter, quia metus non est extrinsecus, nec à causa libera, animo extorquendi matrimonium, sed intrinsecus, & à causa naturali, ad quem euadendum ille sponte, & uoluntarie eligit matrimonium tanquam medium. Sanchez *disp. 12. lib. 4.* Henriq. *dist. c. 9.* & alij.

12 Dicitur quarto, animo extorquendi matrimonium, unde conueniunt DD. matrimonium contractum ob metum grauem iniuste ab homine incussum, esse validum, si non incutitur ad finem extorquendi matrimonium, sed ob alium finem. Ratio est, quia Ecclesia non illud irritauit, & metus non est causa, sed occasio matrimonij, non enim ab aliquo inducitur ad matrimonium, sed potius ipse uoluntarie se mouet, & eligit matrimonium ad vitandum malum alio sine comminatum, & imminens: ob quam rationem ualet matrimonium, cum more damnatus ob sua crimina, sponte, vt euadat mortem, eligit matrimonium meretricis, iuxta morem, aut statutum alicuius regionis. Item, si huic iam ad mortem damnato iudex promittat libertatem, si ipsius filiam ducat. Item quando parentes inueniunt stupratorem cum filia, & uolunt illum interficere in vindictam, nulla facta mentione matrimonij, ipse uero stuprator sponte, vt euadat periculum, eligit matrimonium, & promittit ducere eam: at si probabiliter presumitur, malum illud illatum esse animo extorquendi matrimonium, esset irritum. Item ualet matrimonium, si inuasus à Petro etiā iniuste, postulat à Ioāne auxiliū, qui nō uult illud da-

re, nisi contrahat cum filia ipsius Ioannis: similiter si medicus non uult mederi Ioanni, nisi Ioannes cum filia ipsius medici contrahat, quia id petit tanquam stipendium. Item, ualet matrimonium si inuasus à tyranno dicat: *Ne me occidas, & ego tuam filiam, aut aliquam ex tuis mulieribus ducam*, dummodo metus non sit incussum animo extorquendi matrimonium: eodem modo ualet matrimonium, quo obsessus contrahit cum filia obsidentis, vt eua-deret molestiam obsessionis, modò obsessus non fuerit ad hunc finem. Item, ualet matrimonium contractum ab eo, quem medicus dixit periculum ob humorum abundantiam, nisi duceret uxorem. Vide de his, & similibus, Henriquez *lib. 11. cap. 9.* Sanchez *lib. 4. disp. 12.* Filiuc. *tom. 1. tract. 10. part. 1. cap. 4. quest. 2.* Villalobos *tom. 1. tract. 13. diff. 37. num. 2.* & Bonacin. *tom. 1. q. 3. de matrim. punct. 8. à num. 16.*

### Dub. 2. In quo aliqua de matrimonio coactio resoluuntur.

1 QVæres primò, an matrimonium inualidum propter metum cadentem in virum constātem, postea fiat validum per copulam subsequutam. Afirmat Paludan. Bartol. Ledesm. & Angel. apud Hurtado *disp. 6. diff. 6. num. 21.* dicendum tamen est, nullo modo reualidari, si copula graui metu sit extorta, vt docent (quidquid dicant citati) Nauarr. *cap. 22. num. 51.* Henriq. *lib. 11. cap. 9. num. 7.* Sanchez *lib. 4. disp. 18. num. 5.* Coninch *disput. 28. dub. 4.* Basilius *lib. 4. cap. 17.* Hurtado *sup. num. 22.* & cum alijs Bonac. *tom. 1. quest. 3. de matrim. punct. 8. num. 14.* Ratio est, quia non potest esse validum matrimonium, nisi validus sit consensus, sed cōsensus per metum grauem extortus est inualidus; ergo etiā est inualidum matrimonium, quamuis consummatum sit, per metum, nam consensus non suppletur per copulam habitam ex metu.

2 Quid si copula subsequuta, non fuit coacta, sed libera? Respondeo, si habita sit affectu fornicario, & non coniugali, certum est, non reualidari tale matrimonium; quia non est signum affectus coniugalis: si autem habita sit sponte, & affectu maritali, reualidatur tale matrimonium, modò alter non coactus perseueret in consensu, vt dixi *supra*, quia vt dictum est, loco citato, cum non sit necesse, quòd consensus sint simul tempore, & consensus vnus fuerit legitimus, si alter libere accedat, uidetur satis esse; quod quidem sufficienter exprimitur per copulam sponte affectu maritali habitam, cap. *is qui fidem de sponsalib.* & deducitur ex cap. *2. de eo qui duxit S. Thom. dist. 29. quest. vnic. artic. 2. quest. 2.* Nauarr. *ubi sup.* Filiuc. *num. 113.* & alij. Eodem modo ratificatur per diutinam cohabitationem spontaneam, quamuis non intercedat copula, si permaneant in tali matrimonio, etiā data opportunitate fugiendi, aut recedendi, ex cap. *ad id 21. de sponsalib.* talisenim cohabitatio uidetur signum liberi consensus de nouo habiti. Nota tamen, Hurtado *ubi supra num. 20.* existimare, prædicta matrimonia his duobus vltimis modis reualidari quidem, sed tantum in foro exteriori. At uerius est, in utroque foro reualidari vt dixi *dub. citat.* nam copula affectu maritali habita, quando aliter

aliter non potest exprimi internus consensus, est sufficiens signum illius, quidquid Hurtado,

3 Quæres secundò, an matrimonium nullum ob metum grauem, fiat validum propter iuramentum. Respondeo, & dico primò, si contrahens ex metu graui, eodem metu matrimonium confirmat iuramento, iurando se ex animo contrahere, etiamsi addat, se semper tale matrimonium ratum habiturum, non validatur matrimonium tali iuramento. Ita ex cap. 2. de eo, qui duxit, ubi expresse habetur, eum, qui post matrimonium metu contractum, & iuratum aliam duxit, per mansurum cum secunda, & prius matrimonium fuisse nullum: & ratio est, quia tale matrimonium est irritum defectu liberi consensus; at iuramentum non supplet defectum consensus substantialiter requisiti. Ita Doctores communiter. Ex quo fit, si iuramentum apponatur matrimonio contracto per metum per verba de presenti, vt: *Duco te, & iuro me ducere*, esse nullum, sicut est matrimonium, quia iuramentum sequitur naturam actus, super quem cadit; & tacitè includit easdem conditiones ipsius actus; at matrimonium, super quod cadit, est nullum; ergo. Quod procedit, etiamsi hoc iuramentum addatur voluntariè tali matrimonio coacto, vt cum communi Hurtado supra num. 22. quia ex natura rei, neque ex aliquo iure positiuo matrimonium nullum validatur iuramento. Consequenter sequitur hoc iuramentum nulla egere dispensatione, aut relaxatione, ubi nullum est iuramentum, nulla obligatio, nullumque vinculum. Sanchez lib. 4. disp. 20. num. 15. & cum alijs Filiucius tom. 1. tract. 10. part. 1. cap. 6. num. 121. & Bonac. quest. 3. de matrim. punct. 8. num. 26. & 27.

4 Dico secundò, si contrahens matrimonium per metum grauem ex eodem metu promittit cum iuramento se semper tale matrimonium ratum habiturum, seu illi non contrauenturum, seu de nouo illud contracturum, nec etiam tunc hoc iuramentum obligat, nec eget aliqua relaxatione, vt docent Sanchez sup. quest. 4. num. 19. Filiucius loco cit. num. 122. contra Henriquez dict. cap. 9. Coninch disp. 28. dub. 4. & Hurtado sup. num. 23. Ratio est, quia est contra bonos mores, & bonum publicum, vti tali matrimonio nullo, quod non potest conualescere absque nouo consensu libero. Ita etiam Bonacina sup. num. 29.

5 Quæres tertio, vtrum quando matrimonium fuit nullum ob iniustum metum, cuius alter contrahens fuit causa, iste, qui fuit causa, teneatur postea contrahere, si velit ille, qui fuit coactus. Certum est in hac re, eum qui omnino liberè contraxit cù coacto ex metu irritate matrimonium, non teneri postea contrahere cù eo, quado non fuit causa dicti metus, quia ex nullo capite obligatur; nam hoc matrimonium nullam parit obligationem, cum sit nullum ex parte vtriusque, nam est relatiuum, & si in vno est inualidum, erit etiam in alio: ideoque non coactus, si ignorauit alteri fuisse metum incussum, non est cogendus stare matrimonio, sed potest ab illo recedere, cognita eius nullitate, vt colligitur ex cap. 1. de eo, qui duxit, quia cum non adfit dolus, non est, cur cogendus sit. Difficultas ergo est, an qui metum incussit, aut fuit occasio illius, teneatur contrahere de nouo, si alter velit. Affirmant Nauar. cap. 22. num. 5. Henriq. cap. 50. Coninch disp. 28. num. 7. Basilius lib. 4. cap. 17. Quod colligunt ex

cap. 1. de eo, qui duxit, ne scilicet deceptor ex dolo commodum reportet: tum quia iniuriam intulit, quam aliter rescire non potest: tum etiam quia idem contingit in alijs contractibus coactis, vt in venditione, in qua tenetur stare emens, si coactus venditor velit. Negat verò Sanchez lib. 4. disp. 15. & cù eo Hurtado disp. 6. diff. 4. num. 16. nisi aliàs ex tali matrimonio coacto sequutum sit aliud damnum extrinsecum, quod nequit aliter resciri, & est adeò graue, vt ob eius reparationem non iudicetur rigidum, ad tantum obligari. Hanc sententiam probant, quia, inquit, non tenetur ratione consensus, eo quòd fuerit nullus; nec ratione damni extrinseci, quia supponimus, nullum esse, aut tale, quòd exigat hanc reparationem. Nec, aiunt, obstat dictum caput primum, nam ibi non continetur poena coactionis, sed deceptionis, incurranda post sententiam iudicis. Vtraque opinio valde probabilis: ego verò in priorem inclinarem, quia æquitati, & rationi videtur conformior. Vide Sanchez dict. disp. 15. Henriquez lib. 11. cap. 10. num. 5. & Bonacina. tom. 1. quest. 3. de matrim. punct. 8. num. 33. vbi in rigore reputat veriorè sententiam Sanchez. Non tamen displicet cum Bonacina, sententiam Nauarri, & aliorum intelligendam esse, quando ipse contrahens metum incussit, vel fuit conscius metus; nam si ipse est immunis, poterit alio inuito resilire, quia immunis est à culpa, & dolo, ideoque contra ipsum non militat ratio Nauarri. Subintelligit tamen, modò aliunde, seu extrinsecus non intercedat damnum, quod aliter non possit reparari.

6 Quæres quartò, vtrum peccet, qui contrahit matrimonium ex metu illud irritante. Respondeo, & dico, si hic ignoret inuincibiliter, matrimonium sic contractum esse nullum, & præbit ex se verum consensum, nullo modo peccat, vt de se patet, quia bona fide procedit: si autem sciat esse nullum, aut ignorantia sit culpabilis, præbitque verum, & non fictum consensum; quantum in se fuit, non peccauit nec venialiter, vt docent Sanchez lib. 4. disp. 16. Coninch disp. 28. dub. 3. Basilius cap. 16. Hurtado sup. disp. 5. Filiuc. loco cit. n. 112. & cù alijs Bonac. sup. num. 30. vbi ait cum Sanchez, hoc procedere, etiam quando matrimonium contrahitur per metum grauem cum iuramento. Ratio est, quia etsi matrimonium sit irritum, tamen ipse non est, qui illud irritat, sed Ecclesia, & talis consensus desinit esse vera materia, & vera forma, non causa ipsius, sed quia meritò Ecclesia illo irritauit. Vide Sanchez disp. 18.

7 Quòd si coactus fictè consentit, & solis verbis, Sotus in 4. dist. 29. quest. vnic. § Hic dicitur, existimat peccare mortaliter, quia alterum decipit in re graui. Sanchez verò, Coninch, Basilius, Hurtado, & Filiucius tenent, & meritò, non peccare mortaliter, quia nullam iniuriam alteri infert, illum decipiendo, quia ex iusta causa profert verba, quibus alter decipitur. Nec est mendacium perniciosum, nec irritat Sacramentum, qua parte fictus est, sed tantum quia coactus est: imò nec peccat venialiter, si verba profert cum æquiuocatione, aut restrictione mentali, vt docent citati, quia tunc ex iusta causa æquiuocat alterum.

8 Quæres quintò, an sponsalia metu graui celebrata sint inualida, sicut est matrimonium: huic quæstioni satisfeci cap. 1. dub. 3. vers. Quæres tamen. vbi

vbi contra ibi citatos, & Filiuc. tom. 1. tract. 10. pars. 1. cap. 4. num. 118. dixi, probabilis esse, talia sponsalia non esse irrita, sed irritanda; consequenter dico, si his sponsalibus addatur iuramentum, obligare, quia potest sine peccato adimpleri, & aliàs sponsalia, cui adhibentur, sunt valida. Ita Henric. lib. 11. cap. 9. num. 6. cum Syl. verb. Sponsalia. quest. 6. in fine. Alij verò ibi citati, quod etià existimat probabilis Filiucius sup. existimant, talia sponsalia esse irrita, consequenter docent, non firmari iuramento per iniustum metum extorto, nec iuramentum indigere relaxatione, idque confirmant, quia cum etiam iuramentum metu extortum sit, relinquit consensum in suo valore, vel nullitate; ergo si antea erant inualida, eodem modo remanebunt. Vtraque opinio probabilis, & tuta.

**Dub. 3. Vtrum superior, aut parens possit subditum, aut filium compellere ad matrimonium.**

**I** Dico primò, nullus Princeps secularis, aut Ecclesiasticus potest compellere quempiam, regulariter loquendo, vt matrimonium ineat. Ita communis Doctorum, quia de essentia matrimonij est verus consensus, ad quem praestandum nemo cogi potest, nisi voluerit. Dixi, regulariter, quia aliquando poterit ij subditos ex praeepto obligare, & compellere, vt cum consensu contrahant, quando scilicet id exigit bonum commune, aut aliqua iustissima causa, id enim dicitur naturalis ratio. At si subditus etiam in hoc casu non consentiat, erit nullum matrimonium defectu consensus substantiàliter requisiti, vt saepe dictum est. Filiucius tom. 1. tract. 10. cap. 4. num. 121. & DD. communiter.

**2** Dico secundò, domini temporales, & magistratus, qui suos subditos, vel quotiescunque alios ad matrimonia cogunt sine causa, siue directè, siue indirectè, sunt excommunicati ipso facto à Tridentino sess. 24. cap. 9. ibi: Praecipit sancta Synodus, &c. quae excommunicatio est maior, vt bene probant Sanchez lib. 4. disp. 22. Coninch disp. 28. dub. 5. quia nomine, anathematis, in iure excommunicatio maior significatur Canon. debent 11. quest. 3. & Canon. fin. 30. quest. 4. At in Tridentino dicitur, sub anathematis poena, quam ipso facto incurrant. Dixi, sine iusta causa, nam si causa iusta adsit, aut coactio iusta sit, non incurritur hoc in casu excommunicatio. Hurtado disp. 6. diff. 7. num. 26. non enim tunc peccant, vt dictum est, consequenter non debent censuram, & poenam incurrere.

**3** Circa hanc excommunicationem nota, non comprehendi dominos cogentes sua mancipia ad contrahendum, neque parentes, qui cogunt ad id suos filios, nec Parochus, si cogat suas oues; quia Concilium loquitur de cogentibus, qui habent iurisdictionem in foro externo seculari, vt pater ex praefatione capituli citati, iuxta quam intelligendum est decretum, l. fin. de hered. instit. Sanchez, & Bonac. tom. 1. quest. 2. de matrim. punct. 8. n. 34. Sanchez sup. Coninch disp. 28. dub. 5. Hurtado sup. diff. 8. Nec includit haec excommunicatio superiores, qui non cogunt ad matrimonium, sed tantum impediunt, ne fiat; nam Concilium non loquitur de prohibentibus, sed de cogentibus. Henric. lib. 11.

cap. 6. Sanchez sup. & Bonacina cum alijs loco cit. Nec incurrit hanc excommunicationem Episcopus, qui non est dominus temporalis, quia non habet iurisdictionem in foro externo seculari; imò neque Imperator, neque Rex, vt Sanchez, Hurtado sup. Henricus lib. 11. cap. 9. num. 5. & Villalobos 2. part. tract. 13. diff. 38. num. 4. quantum habeant dictam iurisdictionem, quia isti exprimi debent, vt incurrant excommunicationem, vt exprimuntur in Tridentino sess. 22. cap. 11. de reform. & in Bulla aene Domini.

**4** Dico secundò, parentes non possunt cogere filios absque iusta causa ad matrimonium, vel ad tales nuptias, sed liberè debent contrahere, vel eligere alium statum. S. Thom. dist. 29. quest. unica, art. 4. Sanchez lib. 1. disp. 14. num. 4. & disp. 22. num. 4. Bonacina sup. quest. 4. de matrim. punct. 7. num. 22. Filiucius tract. 10. part. 1. cap. 4. n. 124. & communiter Doctores, quia in matrimonio est seruitus perpetua, ad quam homo, qui liberè est conditionis, non potest compelli. Et quantum ad hoc sunt sui iuris, ideoque peccant parentes absque iusta causa impediens matrimonium filiorum, quia filius est sui iuris circa electionem status; non tamen incurreret excommunicationem supradictam, vt dictum est vers. Circa. num. 4.

**5** Dixi, absque iusta, nam ea intercedente, possunt parentes cogere filios ad matrimonium, quando filij aliàs promissione, aut aliunde tenentur, modò tamen coactio sit moderata, absque vi, & metu graui, vt decet patrem, quando verò aliàs filij non tenentur matrimonium inire, & nolunt statum matrimonij eligere, sed meliorem, vt cælibatus, aut Religionis, non possunt à parentibus, adhuc paterna increpatione, ad matrimonium cogi, quia contra rationem est, filium, qui sui iuris est ad eligendum statum, & vult meliorem eligere, cogi adhuc leuiter ad statum minorem. At supposito, quòd filius velit matrimonium contrahere, poterit à parentibus paternè tantum, & leuiter cogi ad matrimonium ipsi maximè expediens, & simili coactione ipsum retrahere à matrimonio ipsi indigno, quando filius ad id non habet rationabilem causam: non tamen poterit cogi adhuc leui coactione ad matrimonium ordinariè expediens, neque retrahi à simili matrimonio (quando non adest rationabilis causa) ob omnimodam libertatem filij ad electionem status perpetui. Hurtado sup. diff. 8. & communiter Doctores.

**6** Hinc fit, quando adest iusta causa, nec Principem, nec parentes peccare mortaliter, impediens medijs suauibus absque vi, & metu, ne filij contrahant matrimonium inæquale, aut indignum, quia hoc non est incurtere metum grauem, sed leuem, nec impeditur filius absolutè matrimonium inire, sed tantum tale, nempe indignum. Filiucius sup. n. 126. vide Sanchez disp. 22. & nostrum Salon 2. 2. quest. 61. quest. 5. art. 6. dum dicit, posse parentes comminari poenam exheredationis. Quòd si filius teneretur ad tale matrimonium, ratione fidei praestitæ, peccaret mortaliter parens impediens, non tamen incurreret supradictam excommunicationem, vt dictum est.

**7** Hoc tamen pro certo habet, matrimonium inuitum à filijs, inuitis, & contradicentibus parentibus, esse validum, nec posse annullari, vt habetur in Tri-

in Tridentino *sess. 24. cap. 9. 1. de reform. de matrim.* & habet communis Doctorum. Certum etiam est, consensus parentum non essetatis ad matrimonium, vel ad sponsalia, sed opus est, ut filij etiam consentiant, ut constat *ex cap. sufficiat 27. quest. 2. & cap. tuas de sponsal. duorum*. In capite autem *alizer 30. quest. 5. & cap. fin. 32. quest. 2.* consensus parentum exigitur de honestate, non verò de necessitate. Filiucius *sup. num. 127.* & pluribus Bellarm. *lib. 1. de matrim. cap. 19.*

8 Quæres tamen primò, an filius teneatur ad contrahendum matrimonium, quod pater promisit, aut præcepit. Huic quæstioni satisfactum est *sup. cap. 1. dub. 9. vers. Quintò.* ubi dixi, filios non teneri implere sponsalia, quæ pro ipsis contraxerunt. Consequenter dico, filium (etiã nisi non eligat meliorem statum) non teneri contrahere matrimonium, quod parentes promiserunt, & volunt fieri, ut contra Nauar. *cap. 14. num. 15.* & contra aliquos docent Sanch. *lib. 4. disp. 23.* Coninch *disp. 28. dub. 5.* Hurtado *sup. diff. 9. n. 32.* Sotus *dit. 27. quest. 24. art. 2.* & cum Ricardo, Abbate, & alijs Filiucius *sup. num. 128.* Ratio est, quia matrimonium est perpetua seruitus, ideo quilibet est sui iuris, & in hoc independens ab alio, etiam quando vult eligere matrimonialem statum: durum enim esset, homines pro mera voluntate aliorum, quanvis parentum, contra propriam, ad perpetuam quasi seruitutem obligari. Nec obstat caput primum de sponsal. *impub.* nam satisfactum est illi *dub. 9. cit.*

9 Quæres secundò, an filij possint licitè, & sine peccato inire hoc, vel illud matrimonium, parentibus inuitis, seu resistentibus. Huic quæstioni satisfeci in Decalogo *lib. 4. cap. 1. dub. 13.* ubi quæritur, an filij teneantur obedire parentibus in matrimonio contrahendo: vide ibi, & Sanchez *lib. 4. disp. 23.* Filiuc. *tom. 1. tract. 10. cap. 4. quest. 9. num. 128.* Hurtado *disp. 6. diff. 20.* & Villalobos *1. part. tract. 13. diff. 39.*

10 Quæres tertio, an parentes possint exhæredare filios, eo quòd contrahant contra ipsorum voluntatem. Huic quæstioni satisfeci in Decalogo *lib. 4. cap. 1. dub. 3. num. 16.* & *lib. 7. cap. 18. dub. 10. num. 11.*

11 Quæres quartò, vtrum iudex possit prohibere, ne contrahat filius familias, quando periculum est, ut magnum scandalum oriatur ex illo matrimonio. Respondeo cum Bonac. *quest. 4. de matrim. punct. 17. num. 26.* posse iudicem Ecclesiasticum, si consideratis prudenter omnibus circumstantijs, probabiliter timetur ex eo matrimonio oritura scandala notabilia, aut rixas inter parentes, ac consanguineos, illud prohibere. Tum quia in tali tuentur filius contrahendo peccat, ut docent Nauar. *cap. 14. num. 15.* Sayr. *in Clavi Regia lib. 7. cap. 5. num. 12.* & dixi in Decalogo *lib. 4. cap. 1. dub. 10. num. 13.* Prælati autem debet peccata impedire. Tum quia iuxta superius dicta, in tali euctu parentes possunt impedire tale matrimonium, & licitè implorare superioris auxilium; ergo superior potest, ac debet suam interponere autoritatem. Quod etiam verum existimat Sanchez *lib. 1. disp. 14. etiã si sequuta sit copula sub spe matrimonij: hoc tamen non est facile admittendum, ut bene Bonacina sup. num. 27. nisi filius, alia ratione, possit occurrere damno sponsæ defloratæ, cum ex iustitia teneatur*

damnum sponsæ evitare; aut nisi tam graue sit scandali periculum, ut præponderet dano sponsæ.

## CAPVT VIII.

## De matrimonio conditionato.

Dub. 1. Quod matrimonium sit conditionatum.

1 Nota primò, contractibus matrimonij, sicut alijs contractibus, & dispositionibus, posse aliquid adijci per modum demonstrationis, seu tanquam demonstratio; per modum causæ, seu tanquam causa; per viam modus, seu tanquam modus, & aliquando per modum conditionis, seu tanquam conditio. Tunc fit dispositio cum demonstratione, quando denotatur aliqua qualitas personæ, cù qua contrahitur, quæ denotatur particula, *Qua*, ut si dicatur: *Duco te, qua es virgo, qua pulchra, qua nobilis, &c.* Tunc fit cum causa, quando contractus fit explicando motiuum, quo quis adducitur ad contrahendum, ut solet explicari per particulam, *Quia*, ut si dicatur: *Contraho tecum, quia es diues, nobilis, &c.* Tunc fit sub modo, quando in contractu adijcitur aliquod onus, quod solet explicari per particulam, *Vt*, ut si dicatur: *Duco te, ut mihi inferuias, aut, duco te, ut dixer.* Tunc fit sub conditione, quando apponitur aliqua conditio ad suspendendum matrimonium, quæ solet significari per particulam, *Si*, ut *Do tibi equum, si cognatus es meus, aut, dum modo cognatus sis meus: vel, duco te, si parentes consenserint.*

2 Nota secundò, conditionem definiri posse, modificationem contractus, seu id, à cuius existentia, valor contractus, aut dispositionis dependet: seu suspensio contractus ex incerto euentu: ex quibus definitionibus duæ priores conueniunt omnibus conditionibus, tam de præterito, quàm de præsentis, & futuro: vltima solum conuenit de futuro, quia solum hæc suspendit contractum, ut constabit. Diuidunt autem communiter Doctores conditiones primò, in generales, siue intrinsecas, quæ etsi non exprimantur, insunt tamen in contractu, ut *Volo te in uxorem, si viuas, aut consentis, aut si non es soror mea.* Et in particulares, ex quibus aliæ sunt intrinsecæ, ut *Contraho tecum, si non es mea consanguinea: aliæ verò extrinsecæ, sed necessariò euenturæ, ut Contraho tecum, si eras Sol oriatur: aliæ impossibiles, ut Si digito calum tetigeris: aliæ contingentes, & possibiles, ex quibus aliæ sunt honestæ, & aliæ turpes; & ex turpibus quædam sunt contra substantiam matrimonij, & bona illius, ut *Contraho tecum, si generationem prolis euites: aliæ verò non, ut Si furtum feceris, tecum contraho.* Denique conditio, alia est de præsentis, alia de futuro, de quibus omnibus Syl. *matrim. 3. §. 1. Nauar. cap. 22. num. 62. Henriquez lib. 11. cap. 12.* & Doctores infra citandi, & dixi in Decalogo *lib. 2. cap. 2. ubi de voto conditionato, dub. 2. & lib. 7. cap. 16. dub. 9.* & constabit clariùs infra.*

3 Nota tertio, causam, demonstrationem, modum, & conditionem eo differri, quòd conditio propriè

proprie sumpta per se suspendit contractum; causa vero, demonstratio, & modus non suspendunt per se contractum, sed solum aliquando per accidens, quando interuenit aliquod impedimentum dirimens, vt quando quis contrahit cum ea, quae est serua, sed credit esse liberam, vt si dicat: *Contraho tecum, quae es libera, vel quia es libera*: aut quando adijcitur onus repugnans substantiae matrimonij, vt si dicat: *Contraho tecum, vt sumas venena sterilitatis*. Vide Sanchez lib. 1. disp. 19. Coninch disp. 29. dub. 4. Bonac. tom. 1. quaest. 2. de matrim. punct. 10. n. 2. & quae de ijs dixi in Decalogo lib. 7. cap. 16. dub. 9.

4 Nota quartò (quod est maximè aduertendum) cum communi Doctorum, in foro conscientiae circa valorem, aut nullitatem matrimonij conditionati, semper standum esse intentioni contrahentis, sub conditione, qualiscunque illa sit, siue turpis, siue impossibilis, ita vt conditione non existente, non fiat matrimonium; vnde cum conditio impossibilis nunquam sit ad actum reducenda, impossibile erit tale matrimonium, & nunquam fiet. Ratio est, quia sine consensu interno matrimonium subsistere non potest; at supponimus, contrahentem determinasse suam intentionem ad conditionem etiam impossibilem; ergo sine conditione non fiet matrimonium; quanuis aliquando in foro exteriori pro qualitate conditionis oppositum praesumatur, & iudicetur, vt infra.

5 Quòd si dubius sit animus apponentis conditionem, tunc erit standum praesumptioni fori externi, & reiecta conditione, iudicandum matrimonium valere. Filiuc. tom. 1. tract. 10. part. 1. cap. 4. num. 136. ex Syl. supra, & communiter Doctores. Denique in dubio, pro utroque foro est iudicandum pro matrimonio.

6 His obseruatis, respondeo, & dico, contractum matrimonij, cui apponitur conditio extrinseca, absque cuius existentia potest validè celebrari, esse conditionatum, vt si dicatur: *Duco te in uxorem, si es nobilis*, quia ex eius appositione aliquid noui intenditur, & sine illa potest stare matrimonium. Si vero apponatur conditio necessaria, & intrinseca, vt *Duco te in uxorem, si consenseris*, non censetur matrimonium conditionatum, sed absolutum, quia ita est necessaria, vt absque existentia talis conditionis nequeant contrahentes conari ad contrahendum, ideoque non magis refert apponere illam conditionem, ac illam tacere, cum per illam nequeant contrahentes aliquid noui intendere, consequenter est ita absolutum, ac est, quando dicta conditio apponitur: ob quam rationem idem dicendum est de conditionibus omnibus generalibus, & quae insunt in contractu, quando apponuntur eo modo, quo insunt, vt si dicat: *Contraho tecum, si vixerimus, &c.* Quòd si conditio sit necessaria, sed non ita, vt si deficiat, & non existat, contrahentes nequeant conari ad perficiendum contractum, vt quando dicitur: *Volo te in uxorem, si non es consanguinea mea*, censetur matrimonium conditionatum, vt tenet Hurtado disp. 7. diff. 1. num. 3. & 4. cum Coninch disp. 29. dub. 2. quia per eam potest aliquid noui intendi, nempe vt non contrahatur matrimonium illicitè contra pietatem consanguineis debitam; & non inducatur poena diffidentiae dispensationis impositae à Tridentino sess. 24. cap. 5. de reform. matrim. contra scienter contrahē-

tes in gradibus prohibitis. At si nullo modo, aut per nullam dispensationem potest fieri matrimonium, videtur dicendum, ac de conditione necessaria, & intrinseca, cum eadem ratio militari videatur. Filiucius tom. 1. tract. 10. part. 1. cap. 4. n. 138. & quia tacitè inest, & intelligitur.

7 Sed quares primò, vtrum condiciones appositae matrimonio illud suspendat vsque ad notitiam existentiae illarum, v. g. si quis dicat: *Contraho tecum, si es nobilis*, ignorans esse nobilem, cum reuera sit nobilis; aut tale matrimonium suspendatur vsque dum habeat notitiam nobilitatis, an verò sit ipso facto validum, cum reuera subsistat, & sit conditio impleta. Coninch disp. 29. num. 1. existimat suspendi vsque ad notitiam. Verius tamen Sanchez lib. 5. disp. 7. & cum eo Hurtado disp. 7. diff. 2. num. 7. docent valere ipso tunc ante notitiam, si conditio existat. Ratio est, quia qui contrahit sub dicta conditione, v. g. nobilitatis vxoris, non alligat suum consensum notitiae, sed existentiae rei; ergo cum tunc existat nobilitas, ex tunc erit matrimonium validum; secus si nobilitatis conditio non existat, quia consensus praestatur dependenter ab illa. Ex his constat, matrimonium contractum sub conditione de praeterito, aut praesenti, statim absolute valere, aut esse omnino nullum; valere quidem absolute, si conditio existat; & esse omnino nullum, si conditio non existat.

8 Quares secundò, vtrum matrimonium contractum sub conditione de futuro, ob qua suspenditur vsque ad euentum conditionis, fiat validum euentu ipso, seu illius adimpletionem solum, absque nouo consensu; vel an adimpleta conditione, necessarium sit adhibere nouum consensum, vt fiat matrimonium. Sanchez lib. 5. disp. 8. Hurtado supra diff. 3. num. 10. & cum alijs Filiuc. loco cit. n. 145. tenent adimpleta conditione de futuro, absque alio nouo consensu, validum esse matrimonium, argumento à contrario sensu, ex cap. super eo de conditionibus appositis, & quia dispositio adueniente conditione purificatur, & censetur perfecta, l. potior ff. qui potior in pignore, vt etiam contingit in alijs contractibus. Innoc. cap. super eo cit. Nauar. cap. 22. num. 63. & alij. Oppositum autem tenent Sotus in 4. dist. 29. quaest. 2. art. 1. Henric. lib. 11. cap. 116. Basilius lib. 3. cap. 14. sicque quando dicitur: *Contraho tecum, si pater tuus consenserit*, quando postea pater consentit, requiritur nouus contrahentium consensus, vt fiat matrimonium, aliter tale matrimonium solum habebit rationem sponsalium; quam opinionem existimo veriore, & deducitur ex cap. super eo 5. de conditionibus appositis, dum dicitur, eum, qui contraxit cum foemina sub conditione dicta, non esse compellendum ad matrimonium ante aduentum conditionis, vbi supponi videtur, impleta conditione, compellendum fore ad contrahendum matrimonium, ac proinde solo euentu conditionis non esse perfectum. Et ratio est, quia consensus de praesenti sub conditione de futuro non est in rigore de praesenti, vt significatur in dicto capite; sed potius videtur de futuro, quia videtur alligatus euentui de futuro; ergo non sufficit ad matrimonium, sed tantum ad sponsalia, nisi de nouo tunc accedat consensus. Idem dicit, & bene, Filiucius securius esse, requiri nouum consensum.

9 Quares tertio, an quando matrimonium fuit celebra-



celebratum coram Parocho cum conditione de futuro, requiratur necessàriò noua præsentia Parochi, & testium, quando impletur conditio. Sanch. lib. 5. disp. 8. Filiuc. supra 146. & alij. respondēt negatiue, sicut validè assistunt matrimonio factò per procuratorem, absque eo quòd coram eis fiat assignatio procuratoris, & absque eo quòd ostendatur eis assignatio illius. At non tantum securius, vt existim at Filiuc. sed probabilius, ac verius est, requiri tempore adimpletionis nouam præsentiam Parochi, & testium, sicut etiam requiritur nouus consensus, vt dixi *quasi, anteced.* & ita tenent Coninch *disp. 29. num. 15.* Hurtado *supra diff. 7. num. 24.* Gutier. *de matrim. cap. 81. num. 7.* Ledesm. *in sum. cap. 7. de matrim. conclus. 5. in fin. & omnes alferentes* requiri nouum consensum, vt Henriquez *lib. 11. cap. 5. num. 8. & cap. 12. num. 5.* Ratio efficax est, quia ad valorem matrimonij, vbi Tridentinum viget, necessarium est, quòd Parochus, & testes assistant matrimonio absoluto, & essentialiter perfecto, & non sufficit assistere matrimonio essentialiter inchoato, & imperfecto; at matrimonium absque adimpletione conditionis non est essentialiter perfectum quoad exterius, sed inchoatum; ergo consequenter fit, quando matrimonium celebratum fuit coram Parocho, & testibus cum conditione de præterito, aut præsentì, debere eis constare de verificatione, seu adimpletione conditionis, vt docent citati pro hac secunda sententià, vt si quis dicat: *Contraho tecum, si es nobilis*: debet etiam constare Parocho, & testibus esse nobilem; ideoque requiritur noua eorum præsentia, dum habetur notitia adimpletionis huius conditionis. Nec obstat instantia de matrimonio celebrato per procuratorem; nam hoc est perfectum essentialiter, verum, & absolutum, vt dictum est.

*Dub. 2. Quando matrimonium conditionatū sit validum, & quando non.*

**I** Dico primò, conditiones extrinsecè necessariæ non suspendunt, sed habentur pro nõ adiectis, vt *Duco te in uxorem, si cras Sol oriasur*, ac proinde validum erit matrimonium sub his conditionibus celebratum, ante expectationem euentum conditionis, non solum in foro externo, sed etiam interno, modò contrahentes non habuerint intentionem suspendendi consensum, vsque ad conditionis euentum. S. Thom. *dist. 29. quest. vnica, artic. 3.* Nauarr. *cap. 22. num. 67.* Sanchez *lib. 5. disput. 2.* & cum alijs Bonac. *tom. 1. quest. 2. de matrim. punct. 10. num. 5.* & communiter DD. Probatur *ex l. pupillus, §. qui sub conditione. ff. de nouar. vbi dicitur: Qui sub conditione stipularur, quo omnino exitura est, pure videtur stipulari.* Ratio est, quia cum adsit consensus de præsentì, & talis conditio sit determinata in sua causà naturali, & quasi præsens, censetur iam adimpleta: ob idque etiam valet matrimonium statim cum hac conditione, *Si Antichristus nascetur*, quia ex infallibili scripturæ testimonio certum est, Antichristum nasciturum; idem dic de alijs conditionibus, quæ certo sciuntur euenturæ. Idem etiam Dei de conditionibus necessarijs de præterito, vel præsentì, vt: *Contraho tecum, si fuisti Roma, vel si es virgo.* Sanchez *locè*

*citat. num. 7.* Bonacin. *supra num. 7.* & alij. hæc tamen conditiones non sunt admittendæ à Parochis in matrimonio. Dixi in hac conclusio ne, *modò contrahentes, &c.* nam etsi conditio necessaria habeatur pro non apposità, tamen quando vterque, vel alter contrahens intendit suspendere suum consensum, vsque ad conditionis euentum, non erit validum matrimonium, vsque ad conditionis impletionem, quia tunc consensus præstatur in ordine ad illius impletionem, & dependenter ab ea, & non aliter; sicut nec valet matrimonium, quando apponitur conditio necessaria, dum non cognoscitur necessaria, sed existimatur contingens; in ijs enim casibus deficit consensus de præsentì. Bonac. *sup. n. 5.* & Hurtado *disp. 7. diff. 6.*

**2** Aduertunt tamen, & benè Sanch. *lib. 5. disp. 2. num. 3.* Henriq. *lib. 11. cap. 12. nu. 4.* Coninch *dub. 1. num. 8.* & Bonac. *sup. num. 6.* conditiones necessarias aliquando apponi, non vt conditiones, sed ad præiniendum, & determinandum tempus, vt si dicat: *Contraho tecum, si pater meus de vita migrauerit*, id est, quòd pater migrauerit; quo in casu certum est, matrimonium suspendi vsq; ad mortem patris, & antea non fuisse validum, & factum, sed faciendum.

**3** Dico secundò, quando apponitur matrimonio conditio impossibilis, & contrahentes ita apponunt eam, vt nollent contrahere nisi dependenter à subsistētia illius, vt cum dicitur: *Contraho tecum, si cælum digito recigisti, aut retigeris*, in foro conscientie non valet matrimonium, nam deficit verus consensus, cum fiat dependenter à conditione, quæ fieri non potest. Ita communis Doctorum apud Bonacinam *tom. 1. quest. 2. de matrim. punct. 19. num. 16.* si verò loquamur quoad forum externum, si aliunde constat ex aliqua coniectura, conditionem impossibilem fuisse seriò appositam, non reijcitur ab Ecclesia, sicque iudicandum est, non esse matrimonium: id autem poterit prudenter conijci, si contrahentes quando contrahunt, id expriment, aut si constat, se nolle contrahere, aut quando inter ipsos est magna disparitas. Hurtado *disput. 7. diff. 10.* & alij. Quòd si non constat, an conditio impossibilis sit appositã seriò, an verò iocose, & animo irridendi, in foro exteriori præsumitur, & iudicatur matrimonium validum, & conditio habetur pro non adiecta, & censetur iocose appositã, consequenter non suspendit contractum, vt habet communis, *ex cap. fin. de conditionibus appozitis*, vbi dicitur: conditiones appositæ in matrimonio, si turpes, aut impossibiles sint, debent propter fauorem eius pro non adiectis haberi: & meritò quidem, quia quando oppositum non constat, præsumit Ecclesia contrahentes in re adeò graui, & sancta nolle nugari, & iocose agere; & suum actum irritum reddere: intelligitur autem hoc decretum, siue conditio sit in possibilis ex natura rei, vt *Contraho tecum si cælum digito recigeris*: siue à iure, vt *Contraho tecum, si licet contrahere inter consanguineos*: siue de facto, vt *Contraho tecum, si des decem mille*, cum sit pauper, modò tamen cognoscant contrahentes conditionem esse impossibilem: addit etiam Filiuc. *supra num. 140.* & h. o. d. contrahentes habeant noticiam dispositionis dicti cap. fin. *de condit. appozit.* nam dictum caput disponit, quòd videtur contra ius naturæ, conditio enim

enim impossibilis, ex sua natura significat dissen-  
sum; velle ergo, vt significet consensum, seu vt ha-  
beat pro non adiecta, contra ius naturæ videtur,  
atque adeo non potest obligare ignorantes; quare  
videtur vix in foro exteriori euenturū casum, in quo  
iudicandum sit validum matrimonium contractum  
sub cōditione impossibili, quia vix hoc ius erit no-  
tum, saltem fœminæ contrahenti. At Hurtado *vbi*  
*sup.* tenet, hoc decretum locum habere, siue igno-  
retur à contrahentibus, siue non, quia absolute lo-  
quitur, & in omnibus his casibus est eadem ratio  
præsumendi. Obseruat tamen, & benè, Hurtado,  
quòd quanuis in dubio, an conditio impossibilis  
sit seriò apposta, præsumatur in foro exteriori,  
fuisse iocose appositam: nihilominus tamen in fo-  
ro interiori conscientie procedendum est, ac si fue-  
rit seriò apposta, & ac si matrimonium fuerit nul-  
lum, & consequenter non poterunt vt coniu-  
ges procedere, ne se exponant periculo accedendi  
ad non coniugem, nisi priùs contrahant sub condi-  
tione, nempe si matrimonium sub cōditione impos-  
sibili antea celebratum, non fuit validum.

4. Dico tertiò; conditio contra substantiam, &  
essentiam matrimonij, aut contra bona illius radi-  
caliter, seu quoad obligationem sumpta, irritat ma-  
trimonium, siue turpis illa sit, siue honesta. Ita cō-  
munis Doctorum. Ratio est, quia destruit illius na-  
ram, & essentiam, sicut contingit in alijs contra-  
ctibus; quare ex natura rei, & iure naturali illud  
annullat: quod explicatur in capite fin. *de condit.*  
*apposit.* vbi afferuntur hæc exempla: *Contraho tecum,*  
*si generationem proles euites, vel, donec inueniam dig-*  
*niorem, aut, si pro quæstu adulterandam te tradas:*  
nam de substantia matrimonij est consensus in so-  
cietatem perpetuam, & ad fidem seruandam, ac pro-  
lem suscipiendam, *cap. omne 27. quæst. 2. at sine*  
*substantia, seu essentia nihil potest subsistere, cap.*  
*sua nos de sponsalib.* vide Sanchez *lib. 5. disp. 10.*  
*num. 3. Lesium lib. 2. cap. 18. dub. 15. num. 122.*  
*Coninch disp. 29. dub. 3. Bonacina tom. 1. quæst. 2.*  
*de matrim. punct. 10. num. 9. Filiuc. tom. 1. tract.*  
*10. part. 1. cap. 4. num. 148. & Hurtado disp. 7.*  
*diff. 8. Quod verum est, quanuis conditio illa non*  
*exprimatur, sed solum mente retineatur, quia etiã*  
*tunc tollit verum consensum, & destruit substan-*  
*tiam matrimonij, & hoc de iure naturæ, quanuis*  
*iure Ecclesiastico habeatur pro non apposta, eo*  
*quòd interior sit, & caput finale loquatur de con-*  
*ditionibus expresse appostis. Intellige tamen, mo-*  
*dò istæ conditiones apponantur in ipso contractu*  
*matrimonij; secus si post iam ritè contractum, nam*  
*tunc iam supponitur validum. Intellige etiam quã-*  
*do ipsæ conditiones apponuntur de præterito, vel*  
*præsentis; si subsistunt, ex tunc erit validum; inua-*  
*lidum verò, si non existant, nam conditio de præ-*  
*terito, vel præsentis non suspendit actum, l. insti-*  
*curio talis. ff. de condit. apposit. Bonacina sup. vide*  
*Sanchez lib. 5. disp. 9.*

5. Dixi, contra bona matrimonij radicaliter, &  
quoad obligationem sumpta: nam si bona matrimonij  
non sumantur radicaliter, seu quoad radicalem obli-  
gationem ex mutua corporum traditione ortam,  
sed tantum in se ipsis, seu quoad executionem  
obligationis, ita vt reuera contrahens intenderit  
se obligare ad illa, non tamen exequi obligatio-  
nem, non irritatur matrimonium, vt si quis contra-

hendo matrimonium habeat intentionem se obligã-  
di ad vinculum insolubile, & simul tunc intendat  
dimittere postea vxorem, non habitando cum eas  
tunc enim verum erit matrimonium, nam saluatur  
eius substantia, & essentia, eo quòd executio obli-  
gationis non sit de illius essentia, sicut nec est in  
voto, aut alijs contractibus.

6. Dixi etiam, quanuis conditio sit honesta, vt  
quando dicit: *Contraho tecum cum conditione, vt vi-*  
*uas in perpetua castitate, aut, vt ingrediaris Religio-*  
*nam;* est enim matrimonium cum tali conditione  
celebratum, nullum, vt docent S. Thom. *dist. 28.*  
*quæst. vnica, art. 4. ad 3. Sotus dist. 29. quæst. 2.*  
*art. 3. Syl. matrim. 4. quæst. 7. Nauar. conf. 11.*  
*de voto, num. 12. Filiucius sup. num. 149. & alij*  
*cum Sanchez lib. 5. disp. 10. num. 2. Ratio est, quia*  
*etsi non sit de essentia matrimonij, vt quis inten-*  
*dat expresse copulam, aut prolem, est tamen de es-*  
*sentia, vt non obligentur coniuges ad eam non in-*  
*tendendam, quia ius, & potentia ad copulam est*  
*de essentia matrimonij, vt diximus sup. Contrarium*  
*tamen tenent Coninch disp. 24. dub. 4. numer. 4.*  
*Hurtado disp. 7. diff. 9. num. 33. & cum alijs Bo-*  
*nacina supra numer. 13. afferentes non esse con-*  
*tra substantiam matrimonij, cum posita tali con-*  
*ditione, possit subsistere mutuum dominium in*  
*corpora; verior tamen est prior opinio, nam di-*  
*cta conditio posita, non potest manere plenum,*  
*& perfectum dominium, & ius in corpora. Lici-*  
*tum tamen est, contrahentes manere in perpetua*  
*castitate, & profiteri Religionem, quando non pon-*  
*itur in celebratione matrimonij hæc tanquam cō-*  
*ditio, quia si non deducitur in pactum, non tollit*  
*ius, & obligationem essentialem ad corpus, & ad*  
*copulam. Henriquez cum alijs lib. 11. cap. 8. n. 22.*  
*lit. M. & lib. 2. de matrim. cap. 2. num. 10.*

7. Nota, conditionem contra substantiam ma-  
trimonij, illud irritare, quanuis ab altero con-  
trahentium sit apposta, vt docent Sanchez *lib. 5.*  
*disp. 13. Hurtado sup. diff. 8. num. 21. & alij. Ra-*  
*tio est, quia matrimonium coalescit ex consensu*  
*duorum; ergo si vnus sit irritus, irritum etiam erit*  
*matrimonium.*

8. Ex hac tertia conclusione sequitur primò,  
esse inualidum matrimonium, cum hac conditio-  
ne: *Contraho tecum, si voueas nunquam petere, nec*  
*reddere debitum. Sotus supra art. 4. Filiucius num.*  
*150. Item, cum pacto de non cohabitando in per-*  
*petuum (secus si ad tempus) Filiucius sup. Bon-*  
*acina loco citat. num. 15. cum Sanchez, & alij. Item,*  
*cum hac conditione: Si filios occidas, & mures.*  
*Bonacina num. 10. quia omnes hæc conditiones vi-*  
*dentur esse contra substantiam, & bona matrimo-*  
*nij. Valet tamen cum hac conditione: Si prolem ab-*  
*ijcias, & alijs exponas Sanchez lib. 5. disp. 5. num. 12.*  
*Bonacina num. 11. Item non valet cum hac condi-*  
*tionem: Si domi semper manseris, aut vestis nigri colo-*  
*ris semper gestes, si adhibeatur tanquam conditio,*  
*& non tanquam modus, quia hoc videtur contra*  
*insolubilitatem matrimonij. Bonac. num. 12. San-*  
*chez videndus lib. 5. disp. 9. Item, inualidum est ma-*  
*trimonium cum pacto, vt non petam, reddam tamen,*  
*quia licet reddendo possit generari proles, videtur*  
*tamen auferri totalis traditio corporum, ex qua*  
*oritur æquale ius, & mutuum ad corpus alterius.*  
*Filiuc. num. 150. contra Bonac. sup. num. 14. vbi,*  
*& benè,*

& bene addit, valere matrimonium cum hac conditione: *Contraho tecum si neges mihi, debitum, quoties illicite petiero*, quia non est contraria proli. Demum vitiat matrimonium pactum de obligatione intrandi, vel de facultate ingrediendi Religionē post consummationem matrimonij, quia videtur contra bonum matrimonij; est autem licitum pactū ingrediendi Religionem ante consummationē, quia iure inest, Filiuc. loco cit. n. 150.

9 Dico quartò, conditionem turpem, si est contraria substantiæ matrimonij, certum est, illud irritare, modo dicto *concl. 3*. Si non est contra substantiam matrimonij, si conditio turpis est de præterito, vel præsentī, vt *Contraho tecum, si furcum admisisti, aut aliquem occidisti, aut si es inimica Petri*, non suspendit matrimonium, sed illa verificata valet matrimonium, aliter non; nam non inducit ad faciendum aliquod turpe, sed factum supponit, ita DD. cōmuniter. Quòd si conditio turpis non contraria matrimonij subsistentiæ sit de futuro, vt *Contraho tecum, si furcum admisseris, vel uxori Petri dederis venena sterilitatis*, si taliter contrahentes, ita seriò apponant dictam conditionem turpem, vt *Contrahere noluit, nisi illa existat*, tunc in foro cōscientiæ matrimonium erit validum, si conditio impletur, aliter non, quia deficit consensus, deficiente conditione, quem Ecclesia non potest supplere, vt diximus *conclus. 2*. de conditione impossibili, ideoque in hoc casu talis conditio habetur pro adiecta. Quòd si non constat, an seriò, an iocose fuerit apposta, præsumit Ecclesia, fuisse iocose, & non seriò appositam, & matrimonium esse validum, ac si conditio talis non esset adiecta, & consensus absolutus, ne scilicet præsumat peccatum faciendum, ac proinde matrimonium, cui conditio hæc fuit apposta, iudicat validum; quod decretum habet locum, etiam si ignoretur à contrahentibus, vt existimat Hurtado *disp. 7. diff. 11. nu. 45*. Probabile tamen est, valde requiri scientiam huius dispositionis, & quòd contrahentes sciant, conditionem esse turpem, vt diximus de conditione impossibili, & cum alijs Villalobos *1. part. tract. 17. diff. 30. num. 5*. Quòd si ex aliqua coniectura constat, turpem conditionem esse seriò appositam, vt quando contrahentes id expresserunt, aut si inter contrahentes est magna disparitas, tunc non reiicietur ab Ecclesia, quia non videtur rationabiliter præsumendum oppositum, ideoque habebitur pro adiecta, & expectandus erit illius euentus: in foro tamen conscientiæ in dubio coniuges nō procedere possunt, vt coniuges, nisi de nouo contrahant, nempe sub conditione, si matrimonium antea celebratum sub turpi conditione, non fuit validum, ne se exponant periculo accedendi ad nō coniugem. Hurtado *sup. vide Sanch. lib. 5. disp. 5*.

10 Ex hac quarta cōclusionē sequitur, hanc conditionem, *Contraho tecum, si te inuenero virginem*, esse turpem, & ab Ecclesia reiiciendam, si inuentio faciendā est per vsum, nam exponit se periculo habendi vsum, absque matrimonio: si verò faciendā sit iudicio medicorum, aut matinarum, aut alio modo licito, non erit turpis, consequenter non erit reiicienda ab Ecclesia, sicque tunc tanquā honesta suspenderet matrimonium, Nauarr. *cap. 22. num. 66*. Filiuc. Hurtado, & alij communiter. Iste autem conditiones, *Contraham tecum, si ante me non*

*concubas, vel, si in primo concubitu placueris*, si prima intelligatur de concubitu fornicario, habetur tanquam non adiecta, quia turpis est, si de matrimoniali, suspendit, donec impleatur, illa autem impleta, est verum matrimonium. Syluest. *matrim. 3. quæst. 4*. Nauarr. *cap. 22. num. 65*. secundā verò tanquam turpis reiicitur, & habetur in foro exteriori pro non apposta. Filiuc. loco cit. n. 154.

11 Dico quintò, conditiones impertinentes suspendunt matrimonium, quia à iure non reprobantur, nam *cap. fin. de condit. apost.* tantum reiicitur turpes, quia incitant ad peccandum, ac impertinentes non incitant; tales cēsentur, *Contraham tecum, si nauis ex Asia venerit, aut si Petrus in Papā eligatur*, quæ quidem conditiones suspendunt matrimonium, vsque ad earum impletionem, aut verificationem, quibus verificatis, subsistit matrimonium, & non aliter. Ita Filiuc. *num. 156*. & cum multis Sanch. *lib. 5. disp. 18*.

12 Dico sextò, conditio honesta, & possibilis, si est de præterito, vel præsentī, non suspendit matrimonium, sed si vera est, valet matrimonium, si falsa, non valet, S. Thom. *dist. 20. q. vnic. artic. 3. q. 3*. Sanch. *lib. 5. disp. 6*. Henriq. *lib. 11. c. 17. num. 5*. Coninch *disp. 29. dub. 1*. & Bonac. *tom. 1. q. 2. de matrim. punct. 10. n. 20*. & communiter DD. Ratio est, quia conditio de præterito, vel præsentī, cum non sit propriè conditio, non suspendit, sed ex eo quòd res est, vel non est oratio, dicitur ex tunc vera, vel falsa: vnde si quis dicat, *Contraho tecum, si es diues, si das tantam dotem, si patri placeat*, valet matrimonium, ijs verò existentibus, aliter non.

13 Dico septimò, matrimonium contractum cū conditione honesta, & possibili de futuro, non est validum ante aduentū conditionis, *cap. super eo, cap. de illis, de condit. apost.* modò apponatur id ipso actu contrahendi, & non postea. Nauarr. Sanch. *lib. 5. disp. 8. num. 5*. Filiuc. *tom. 1. tract. 10. cap. 4. n. 143*. Henriq. *sup. n. 3*. alij citati, & cōmuniter DD. Ratio est, quia contrahentes non intendunt contrahere nisi dependenter ab illa conditione; ergo expectandus est illius euentus ad validitatem matrimonij. Est tamen difficultas, an quando impletur conditio, requiratur nouus consensus, & noua præsentia Parochi. Negatiuè respondet Filiuc. *sup. n. 45*. Sanchez *disp. 8*. & alij, sed probabilius videtur oppositum, vt dixi *hoc cap. dub. 1. q. 2*. & etiam tenet Villalob. *1. part. tract. 17. diff. 31. n. 5*.

14 Ex hac conclusionē sequitur, quando quis contrahit matrimonium cum duabus per verba de præsentī cum conditione de futuro fieri matrimonium illius, cuius conditio prius adimpletur. Syluest. *matrim. 3. q. 10*. Sanch. *lib. 5. disp. 8. n. 15*. Coninch. *disp. 29. dub. 1. n. 20*. & cum alijs Bonac. *sup. n. 21*. si verò vtriusque conditio simul adimpleatur, reputo verius cum Coninch Sanch. Bonac. *sup.* & Hort. *disp. 7. diff. 12. n. 50*. necitum matrimonium valere. Ratio est, quia incertitudo vitiat matrimonium, *cap. in literis*, sed in hoc casu matrimonium est incertum, perinde ac si cum duobus contractum esset eodem tempore, ergo est inualidum.

15 Sed dices, quid dicendum de matrimonio celebrato sub hac conditione, *si patri placuerit*. Respondeo, si apponatur tanquā de præterito, vel præsentī, valet matrimonium, modò tamen pater tunc præstet consensum, quia tunc verificatur conditio.

Quod si intelligatur de futuro, vt communiter contingit, tunc si pater dissentit, non valebit matrimonium, bene verò si consentiat; si verò nec consensum, nec dissentum exprimit, standum erit intentioni contrahentium, & habenda erit ratio coniecturarum, an taciturnitas habenda sit pro consensu, an pro dissensu, quando contrahentium intentio nõ constat; in dubio autem, regulariter loquendo, habetur pro assensu, ideoque iudicandum matrimonium validum, eo quòd hæc conditio videatur adhiberi ad hunc sensum, *Si patri non displicet, aut, si non contradicat*, vnde si pater moriatur, antequam rogatus sit, an sibi placeat, valet matrimonium, quia tunc repugnare nequit, vt contra Basil. lib. 3. in fin. docet Henric. lib. 11. c. 12. n. 5. Coninch disp. 29. dub. 1. n. 8. & dub. 2. n. 29. Sanch. lib. 5. disp. 6. c. 7. nu. 19. Hurtado disp. 7. diff. 5. n. 18. in fin. Quòd si tẽpore appositionis huius conditionis pater iã obiecit, si id sciebant contrahentes, valet matrimonium, quia tanquam impossibilis conditio habetur pro non adiecta: si ignorabant, ait Filiuc. tom. 1. tract. 13. p. 1. c. 4. n. 144. non valere matrimonium, quia conditio non potest impleri: at quia sensus huius conditionis est, vt patri non displiceat, aut non contradicat, & mortuus non potest contradicere, verius videtur esse matrimonium, vt dictum est. Denique si appositæ hac conditione, *Si patri placuerit*, si reuera dissentit, postea verò consentit, non esset validum matrimonium; è contra verò esset validum, si prius consentit, quamvis postea dissentiat, ita Sotus in 4. dist. 20. q. 2. artic. 3. Sanch. lib. 5. disp. 7. Basil. sup. Villalob. 1. p. tract. 13. diff. 33. inum. 4. quia ex l. boues, ff. de verb. signif. verbum simpliciter dictum intelligendum est pro prima vice. Attamen Nauarr. c. 22. n. 61. Coninch. sup. dub. 2. & cum his Hurtado, valde probabiliter tenent; valere matrimonium, quando pater dissentit, si postea consentiat intra tempus aliquod, intra quod, attentis circumstantijs, contrahentes contrahere volebãt quia tunc non deficit conditio: ob eandem rationem existimant, matrimonium non valere, quanuis pater primò consentiat, si postea intra breue tempus dissentiat, & repugnet.

16 Dices etiam, vtrum matrimonium contractum inter inhabiles, aut impeditos, in quo solet Papa dispensare, sub conditione, *si Papa dispensauerit*, perficiatur facta dispensatione, absq; nouo consensu. Suppono tale matrimonium esse validum, sicut valida esse sponsalia diximus lib. hoc, c. 1. dub. 12. n. 4. & docet Sanch. lib. 5. disp. 5. n. 24. & disp. 8. n. 10 & cum alijs Bonac tom. 1. q. 2. de matr. punct. 10. n. 23. quia hæc conditio est possibilis, & honesta. Ad quæsitum ergo respondendo dico, tale matrimonium nõ perfici absque nouo consensu, quanuis dispensatio obtineatur, vt dixi hoc dub. concl. 6. c. dub. 1. q. 2. & tenent Sot. dist. 29. q. 2. Henric. lib. 11. c. 12. & alij. Ratio est, quia etsi consensus sit de præsentibus, est tamẽ inter personas, quæ de præsentibus sunt inhabiles; Sanch. verò lib. 5. disp. 8. Coninch disp. 29. nu. 33. & Hurtado admodum probabiliter tenent, matrimonium in casu dicto perfici obtenta dispensatione, absque nouo consensu, quia consensus fuit datus de præsentibus inter personas habiles ad contrahendum cù dicta conditio, & perseverat, vsq; ad tẽp. implementationis conditionis. Nihilominus tamẽ prior sententia non solum est tutior, sed etiam verior videtur.

### Dub. 3. Quam vim habeant sponsalia conditionata.

1 **Q** Vanuis omnia, quæ dicta sunt de matrimonio conditionato, intelligi possint de sponsalibus, & eis facile applicari valeant, vt docent Syluest. vers. Sponsalia, q. 5. & communiter DD. cum S. Tho. in 4. dist. 27. q. 2. arr. 1. eo quòd sponsalia sint via ad matrimonium. Nihilominus claritatis gratia breuiter, quid de ijs dicendum, sit proponam.

2 Dico primò, sponsalia celebrata sub conditione necessaria, statim sunt valida, & inducunt impedimentum publicæ honestatis, modo illa conditio cognoscatur, vt necessaria, & non adsit intentio suspendendi consensum, vsque ad conditionis euentum, vt patet ex dictis dub. 2. concl. 1.

3 Dico secundò, conditio contra substantiam matrimonij appositæ sponsalibus irritat illa, quòd conditio ponitur implenda post matrimonium, seu quando cadit immediatè super ipsum matrimonium, & non immediatè circa ipsa sponsalia, vt promitto me contracturum matrimonium, quod tãtum duret vsque inueniam aliam pulchriorem te, aut, vt tenearis procurare sterilitatem, vel adulterari, quia qui sic promittit contrahere, non promittit contractum possibilem, ideo sponsalia sunt nulla, si verò dicta conditio non cadat immediatè supra matrimonium, sed super sponsalia, seu est adimplenda ante matrimonium, non illa irritat: vt Promitto me contracturum tecum si sterilitatem procuraueris, aut si fornicationem comiseris ante matrimonium, aut si ante illud aliam pulchriorem te non inuenero, aut si per fornicariam copulam te virginem inueniam; quia cum hæc sint ante matrimonium mandanda executioni, conditione impleta, manent sponsalia absoluta, Bonac. cum Sanchez, & alijs, quæst. 2. de matrim. punct. 10. num. 27. Hurtado disp. 7. diff. 13. & alij. Peccant tamen huiusmodi contrahentes, consequenter non tenentur adimplere huiusmodi conditiones: conditionibus tamen adimpletis, tenentur seruare fidem, eo quòd præcesserit promissio de re, quæ est possibilis, & honesta postquam patratum est delictum licet supponatur aliquid inhonestum, vt patet à simili de voto.

4 Dico tertio, conditiones impossibiles, & turpes, quæ non sunt contra substantiam matrimonij, habentur pro non adiectis in foro exteriori, in quotalia sponsalia iudicantur statim fuisse valida, ac si tales conditiones non fuissent appositæ, siue dictæ conditiones cadat immediatè supra matrimonium, siue super sponsalia, vt docent Sanchez lib. 5. disp. 17. & cum alijs Bonac. sup. nu. 27. quidquid Hurtado diff. 14. consequenter fit, ex his in eodem foro externo oriri impedimentum publicæ honestatis. Probatur conclusio, quia sicut hæc conditiones in matrimonio habentur pro non appositæ, in cap. fin. de condit. apposit. ita habendæ sunt pro non appositæ in sponsalibus, quæ sunt via ad matrimonium, ex l. oratio, ff. de sponsalibus. Hinc fit, iuxta nostram sententiam, sponsalia celebrata hoc modo: *Contraham tecum, si te virginem inuenero per fornicationem, vel, si permiseris coitum*, esse statim valida in foro externo. Sanchez. dispensatione 16.

Bonacin. *supra num. 28.* & alij apud Sanchez. Dixi semper, *in foro externo*, quia in hoc foro quando non constat fuisse serio appositas, præsumitur pro sponsalibus, & habentur tanquam non appositæ, in foro autem interiori, seu conscientie talia sponsalia non sunt valida ante conditionis euentum, si contrahentes illa habeant intentionem promittendi dependentem tantum ab illa conditione, vt diximus *dub. 2. conclus. 2. & 4.* de matrimonio taliter conditionato. Consequenter fit, in foro conscientie, ex his non oriri impedimentum publicæ honestatis. Bonac. *supra num. 28. versic. Dixi.* Cōditio autem turpis de præterito, vel præsentī, quæ non est contra substantiam sponsalium, nõ illa suspendit, sed sunt valida, si illa subsistit, aliter non, vt dixi *dub. 2. conclus. 4.* à fortiori idem dicendum est de conditione honesta de præterito, vel præsentī, vt ibidem dixi *conclus. 6.* quia hæc cum non suspendant, non sunt verè conditiones.

4. Dico tertio, conditio honesta, & possibilis de futuro habetur pro apposita, suspendit sponsalia, & non sunt valida ante eius euentum. Hæc cōclusio probatur eodem modo, ac septima cōclusio *in dub. 2.* vbi dixi, matrimonium taliter conditionatum non esse validum, vsque ad euentum conditionis.

5. An conditio hæc, si Papa dispensauerit, suspendat sponsalia, & illa sint valida conditionata, dixi *hoc lib. c. 1. dub. 12. num. 4. & hoc cap. dub. 2. vers. Di. es.*

6. Quomodo autem intelligenda sit hæc conditio, si patri placuerit, si apponatur sponsalibus, patet *ex dub. anteced. vers. Sed dices.* nam eadem est ratio in sponsalibus, ac in matrimonio.

**Dub. 4. Quid operentur tempus demonstratio, causa, & modus quando apponuntur matrimonio, & sponsalibus.**

1. Dico primò, circa tempus, vt accipio te in meam in crastinum, conueniunt DD. suspendere matrimonium vsque ad illud tempus, & eo tempore accedente, ex tunc valere absque nouo consensu, nisi interim fuerit reuocatus. Ratio est, quia tempus ad id apponitur, vt vsque ad illud suspendatur id, cui apponitur, & vt ex eo incipiat valere, quia sensus est: *Ex nunc volo, & consentio, vt cras incipias esse mea.* Hurtado *disp. 7. de matrim. dist. 15. n. 57* Quando verò tempus apponitur sponsalibus, vt *Contraho abhinc vno anno*, non suspendit sponsalia, sed statim sunt pura, sed nõ obligant ante tempus præscriptum: ratio est, quia id quod in diem stipulamur, statim debetur, quamuis non possit exigi, vsque ad illum diem. Filiuc. *rom. 1. tract. 10. part. 1. cap. 4. n. 158.*

2. Dico secundò, quando in matrimonio apponitur demonstratio, vt *Contraho tecum, quæ es diues*, aut causa, vt *Contraho tecum, quia es diues*, si apponatur præcisè per modum demonstrationis, & causæ, non irritant matrimonium, quamuis sint falsæ, sed semper habentur pro non adiectis, in quo etiam conueniunt DD. Ratio est, quia hæc accidentia, non pertinent ad substantiam cōsensu in matrimonio, sed tantum ad opiniones rerum, quas habent contrahentes, vel ad causas, quæ ipsos mouent, ideoque nec materia, nec consensus deficit, quia ij nõ

eliciuntur dependentem ab illis. Dixi, præcisè, nam si illa apponatur per modum conditionis, tunc iudicandum erit sicut de illis, vt *Contraho tecum, quæ es libera*, nam sic sensus est: *Si es libera contraho, & non aliter.* Idem dic, si dicatur: *Contraho tecum, quæ das centum.* id est, si des centum: similiter vitiant matrimonium, si reducantur ad errorem personæ, vel conditionis, vt *Contraho tecum, quæ es libera, vel primogenita.* Tum his deficientibus est inuandum matrimonium, non præcisè quia deficient demonstratio, & modus, sed quia tunc per hæc denotatur materia necessaria matrimonij, quæ deficit tunc illis deficientibus. Hurtado, & Filiuc. *supra*; vide Sanch. *lib. 5. disp. 19.* Sotum *dist. 29. q. 2. art. 1.* & Syluest. *matrim. 3. q. 12.*

3. Dico tertio, circa modum, si modus appositus sit contrarius substantiæ, vel bonis matrimonij, ipsum vitiat, vt si dicatur: *Contraho tecum, vt procrees venena sterilipatis*, vel, *vt te adulterandam tradas.* Syluest. *matrim. 3. q. 12.* Nauarr. *cap. 22. num. 67* & cum alijs Sanchez *disp. 19.* & Filiuc. *sup. nu. 157.* contra Sotum *in 4. dist. 29. quæst. 2. artic. 1.* & Hurtado *sup. dist. 15. nu. 60. & 61.* & Villalobos *1. p. tract. 13. dist. 36.* oppositum non improbabili tenentes: Probatur conclusio, quia obligat ad aliquid contrarium substantiæ, vel bonis; contrahens enim sub illis modis obligatur ad illos seruandos. At si modus non repugnat substantiæ matrimonij, nõ illud vitiat, sed statim valet, & obligat ad illud implendum, vt *Contraho tecum, vt tibi des centum*, vel *contraho cum mille aureis, vt habeas, unde emas prædium.* Ita citati, & communiter DD. quia eo modo tantum significatur aliquid faciendū post matrimonium, iam absolutè, & perfectè factum: si verò modus sit turpis, vel impossibilis, valet matrimonium, reiecto illo, vt *Contraho tecum, si digito calum tangas:* patet *ex c. fin. de condit. apposit.* & ex supradiçtis.

4. Ex dictis satis constat, quid dicendum quando modus, causa, aut demonstratio apponuntur sponsalibus, mutato nomine matrimonij in nomen sponsalium.

C A P V T IX.

De impedimentis matrimonij.

**Dub. 1. Quinam habeant facultatem statuendi impedimenta matrimonij.**

1. Sppono tanquam certum, & de Fide, esse in Ecclesia potestatem ad statuenda impedimenta matrimonij, non solum impediencia, sed etiam dirimentia: patet id ex multis Canonibus, in quibus impedimenta sunt constituta, vt infra, & præcipuè ex Trident. *sess. 24. c. 3. & 4.* Ratio est, quia Ecclesia potest irritare contractus, quando nõ sunt sub certa forma, solemnitate, aut cum certis conditionibus, at matrimonium est contractus, aut fundatur in contractu, ergo, &c. quo in casu Ecclesia non irritat Sacramentum, sed fundamentum illius, quod est contractus, & etiã inhabilitat personas, vt diximus vbi de matrimonio clandestino, & docent communiter DD. Hæc autem potestas Ecclesiastica, vt Ecclesiastica est,

ea est, solum se extendit ad fideles baptizatos, eo quod infideles sint extra Ecclesiam. Dixi, *vt Ecclesiastica*, nā si Ecclesia habeat infideles sibi subditos, poterit tunc circa hoc facere, quod alias posset Princeps respectu illorum, vt infra.

2. Suppono secundò, ad inducenda impedimēta, requiri iustam causam, non modò ad hoc, vt licite fiat, sed etiā, vt validè in priori omnes conueniūt, quia potestas huiusmodi cōcessa Ecclesiæ, est ad ædificationem, & ad rectam eius administrationem, & non ad destructionem: quod etiam non possit validè sine iusta causa, docent multi cum *Sanch. lib. 7. disp. 2.* quia cum matrimonium iure naturali, & diuino cuilibet concedatur, excepto primo gradu consanguinitatis, vt infra, nō videtur pro arbitrato interdici, ne fiat vsq; ad tertium, vel ad quartum; oppositum autem tenet cum Veracruz, & Couarr. *Villalob. p. 1. tract. 1. 4. diff. 1. n. 1.* at in re tam graui verior videtur nostra opinio.

3. Dico primò, non solum Concilium generale, quod Ecclesiam vniuersalem representat, sed etiam Summus Pontifex, qui est totius Ecclesiæ caput, potest statuere impedimenta dirimentia, ita communis Catholicorum, & patet ex multis decretis Cōciliorum generalium, & Pontificum, quibus multa impedimēta introducta sunt, vt de singulis cōstabit. Hinc fit, posse Papam alicui priuatè ex iusta causa prohibere, ne validè cum certa persona contrahat matrimonium, quia si id potest generaliter facere, ergo etiam in particulari ex virginti causa: consequēter poterit, interueniētē iusta causa, Papa aliquam personam ita reddere inhabilem ad matrimonium perpetuò, vt irritus sit aliter contractus, vt fertur egisse Vrbanum V. de quo late *Sanch. sup. disp. 2. n. 8.* & cum eo, & alijs tenet *Filiuc. tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 1. n. 9.*

4. Dico secundò, si respiciatur ius naturale, & diuinum, Episcopus in suo Episcopatu posset inducere impedimenta, etiam dirimentia, est contra Suárez *tom. 5. disp. 7. sect. 4.* & *Coninch disp. 3. nu. 8.* sed eam tenent, & meritò *Sanch. lib. 7. disp. 1. Basil. lib. 6. c. 1.* *Filiuc. sup. n. 10.* *Hurtado disp. 12. diff. 2. n. 5.* Ratio est, quia quidquid potest Papa in tota Ecclesia, potest Episcopus in suo Episcopatu, nisi Papa referuet, vt alibi dixi. Etenim Episcopus ex vi sui officij est plenè, & perfectè Pastor, & Princeps in sua Dioecesi, quanuis subordinatus Pōtifici, ergo habet plenam potestatem condendi in sua Ecclesia, seu Dioecesi quascunque leges, & statuendi quidquid saluti spirituali animarum suorū subditorū expediat, & consequenter statuendi impedimēta matrimonij, quā quidem potestati habet ex vi suæ ordinationis, & consequenter à Christo Dño, quāuis subordinatā Sūmo Pontifici, ideoq; potest ab eo in totū, aut in partē impediri. Hodie tamē nō potest Episcopus ea statuere, quia Papa sibi reseruauit ex generali cōsuetudine, vt cū *Couarr. & alijs docet Sanch. sup. disp. 2. n. 9.* & *Villalob. 1. p. tract. 1. 4. diff. 1. n. 2.*

5. Dico tertio, Princeps infidelium potest suis subditis impedimēta dirimētia matrimonium statuere, est cōmune apud *Sanch. lib. 7. disp. 3.* Ratio est, quia cum Regia potestas sit instituta ad bonū cōmune, ad eā spectat, prouidere ea, quæ desiderantur ad hūc finem, sic potest statuere impedimenta, sicut alios ciuiles contractus irritare, aut solennitatem in eis seruandam præcipere, ideo *S. Tho. 4. contra gentes, c. 78.*

dixit matrimoniū, in quantum ciuile contractū, subijci ordinationi legis ciuilib. *Filiuc. sup. n. 1.* Ab hac autem potestate, *Sot. 4. dist. 39 q. vnic. art. 1. Sanch. disp. 3. n. 6.* *Nauiar. conf. 4. de conues. consing.* excipiunt Rempublicā Hebræorū, quæ hodie, cū non sit libera, nec habeat Principē, non potest impedimēta statuere. Illa autē, quæ cōtinebatur lege Moyli, *Leuit. 1. 8.* expirarunt Christi morte, quia erant leges iudiciales, & cęremoniales. Quòd si Iudæi ante Christi passionē, quando habebant Rempublicā, aliquid impedimētū statuissent, hodie etiā persecuerasset, quia huiusmodi leges sæculares non sunt abolitæ per Christi mortē. Hinc sequitur, fideles subditos Principibus infidelibus teneri eorum legibus iustis irritantibus matrimonia in omnibus ijs casibus, in quibus tenentur ad alias eorum leges, est enim in ijs, ac alijs eadem ratio.

6. Dico quartò, Princeps sæcularis fidelis ex vi suæ iurisdictionis potest statuere impedimenta etiā dirimētia suis subditis baptizatis, ita *DD. citati Bonac. tom. 1. q. 3. de matrim. puorū. 1. n. 4.* & *Villalob. 1. p. tract. 1. 4. diff. 1. n. 4.* contra *Basil. lib. 6. c. 2.* & *Hurtad. disp. 12. diff. 1. n. 6.* Probatur hæc cōclusio iisdē rationibus ac tertia. Nec obstat quòd matrimonium sit Sacramētū, quia materia illius, ac fundamentū, est contractus ciuilib. quæ ex parte potest illum irritū reddere, perinde ac si Sacramētum non esset. Dixi, *ex vi, &c.* nam hodie ab Ecclesia est eis talis facultas ablata, & meritò, eo quòd contractus matrimonij in Ecclesia Catholica est eleuatus ad esse Sacramēti, ideo hoc Ecclesia sibi reseruauit, *c. suā de ordin. cogn. dy. c. 1. de sponsal.* Princeps autē infidelis potest adhuc suis subditis, quia non subijciuntur legibus Ecclesiæ. Dixi etiam, *suis subditis, baptizatis*, quia circa matrimonia infidelium sibi subditorum potest sicut infidelis circa suos, quia reseruatō Papæ, non est circa matrimonia infidelium, quia hæc non sunt Sacramēta. *Filiuc. sup. n. 4.* cum *Sanchez loco cit. n. 8.* Ex his sequitur primò, causas matrimoniales infidelium, qui subditi sunt Principibus fidelibus, non pertinere ad Iudices Ecclesiasticos, sed ad laicos, quia est contractus more temporalis, *Sanch. lib. 7. disp. 3. n. 9.* *Filiuc. sup. n. 5.*

7. Sequitur secundò, fidelē habentē domicilium apud infideles, si ibi contrahat, teneri ad leges Ecclesiasticas, quia hæ obligant fideles vbiq; terrarum: secus dicendū de infideli contrahente extra patriā suā in loco subiecto Principi fideli, aut infideli, cū impedimento irritante in sua patriā, quia extra patriā non adstringitur patriæ legibus. *Sanchez sup. n. 10.* & *Filiuc. loco sup. cit.*

8. Nota, non quanlibet prohibitionem, quæ prohibet Papa aliquos contrahere, irritare matrimonium aliter factum, sed tantum, quando prohibitio habet decretum irritans, secus si tantum est simplex præceptum, & prohibitio, vt de facto contingit in impedimentis, quæ tantum impediunt, *ex cap. 2. de matrim. contra interd. Ecclesiæ.* vbi expresse dicitur, non esse dissoluendum matrimonium, ex eo quod initum sit contra prohibitionem Ecclesiæ, & tenet communis ex *Sanchez disp. 2. num. 10.* At quanuis matrimonium contra simplicem prohibitionem, seu præceptum sit validum, tamen si prohibitio Iudicis fuit legitima, separandi sunt coniuges ad tempus in pœnam delicti, *cap. 1. de matrim. contra interd. Ecclesiæ.* quando autem in *cap. 2. eodem tit.*

rit. dicitur, non esse separandos, intelligendum est, de separatione perpetua, ex Gloss. cap. tua fraternitas, vers. poteris, de sponsa duorum, quo in casu soli coniugi culpabili interdicens est vsus coingij, ne scilicet petat, quavis debeat reddere: quod si uterque sit reus, utriusque erit prohibendus vsus: quod si adsit periculum incontinentiæ, non est separandum matrimonium, sed imponenda alia pœna, de quo late Sanch. lib. 7. disp. 2.

9 Dico quintò, consuetudo legitime præscripta, & à superiore saltem tacite approbata, potest inducere impedimenta dirimentia, Sanch. lib. 7. disp. 4. Bonac. q. 2. de matrim. punct. 1. n. 7. Filiuc. sup. n. 15. Hurtado loco cit. n. 8. Villalob. ubi sup. n. 8. & communiter DD. Ratio est, quia cõsuetudo habet vim inducendi, & abrogandi leges, vt DD. communiter in materia de legibus, vbi de consuetudine: debet autè hæc cõsuetudo esse mixta ex Clericis, & laicis, nam soli laici non possunt inducere legem Ecclesiasticam, Sanch. sup. n. 11. Filiuc. & Bonac. Similiter cõsuetudo legitime præscripta potest derogare legi Ecclesiasticæ statuti impedimentu dirimens, efficiendo habiles eos, qui alioquin erant inhábiles ad contrahendum, ita citati, eo quod cõsuetudo legitima habeat vim derogandi legem, & hoc deducitur ex cap. fin. de consuetud. generaliter id statuente, de omni consuetudine, quæ non est contra legem naturalem, vel diuinam; ergo consuetudo habet vim derogandi impedimenta dirimentia solo iure Ecclesiastico introducta. Vide Sanch. supra num. 13. & 14. Hoc tamen pro certo habe, consuetudinem non posse habere vim ad dissoluendum matrimonium iam factum, etiamsi adiuuaretur ratione scandali in illo interuenientis, vt. ex cap. fin. de sponsa duorum docent communiter DD. ex Filiucio supra num. 12. non enim est recedendum à veritate iuris diuini ob scandalum, ex cap. 2. de operis noni nuntiar. & ex regula, qui scandalizauerit, de regul. iur. in 6.

### Dub. 2. Quot sint impedimenta matrimonij, & quomodo obligent.

1 Quantum ad primum conueniunt Doctores, impedimenta matrimonij alia dici, & esse impedientia, & dirimentia simul matrimonium: alia verò impedientia tantum. Impedimenta dirimentia dicuntur, non quòd dirimant contractum, quando illi iam contracto superueniunt, sed quòd dirimant matrimonium subsequens, ita vt tale matrimonium sit inualidum. Impedientia tantum illa dicuntur, quæ matrimonium reddunt illicitum, sed non inualidum, id est, quod peccant contrahentes, matrimonium autem tenet. Nunc de dirimentibus, & postea de impedientibus agemus.

2 Conueniunt etiam Doctores, impedimenta dirimentia esse quatuordecim, ex quibus duodecim sunt, aut de iure naturali, aut iure Ecclesiastico introducta, & alia de iure nouo Tridentini, vt de singulis constabit, quæ omnia sequentibus versibus continentur.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,  
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas,  
Si sis affinis, si forte coire nequibus.

Si Parochi, & duplicis desit presentia testis,  
Raptus sit mulier, nec parti reddita iura  
Hæc facienda venant connubia, facta retractant.

Impedimenta verò impedientia tantum, communiter etiam duodecim tantum a DD. assignantur, de quibus sigillatim infra.

3 Conuenientissimum fuit, vt Ecclesia præter impedimenta dirimentia iure naturæ, alia statueret, ita vt alienum sit a pietate, asserere contrarium, quia est quid pertinens ad bonos mores, & aliquo modo ad fidem: quare Trid. sess. 24. Cap. 4. anathema dicit asserentibus, Ecclesiam errasse in impedimentis matrimonij statuendis; etenim in republica bene ordinata statui debent ea, quæ pertinent ad rectam eius gubernationem, talis autem est lex de matrimonio, eiusque impedimentis. Filiuc. tom. 1. tract. 10. p. 2. c. 1. n. 27. & communiter DD.

4 Quantum ad secundum conueniunt DD. esse peccatum mortale, contrahere matrimonium cum impedimento dirimente, quia est contra præceptum, aut ius naturale, si impedimentum sit iuris naturalis, vt contrahere cum consanguinea in primo gradu ascendentium, aut descendentium, aut iuris positiu Ecclesiastici, si impedimentum sit de iure Ecclesiastico, aut contrahere cum consanguineis in cæteris gradibus, cum affine, &c. Hoc autè præceptum, seu prohibitio est quid graue; ergo eius transgressio erit peccatum mortale. Non tamè est duplex peccatum mortale ex se, & præcisè, contrahere cum impedimento, vt quidam non improbabiler dixerunt, videlicet vnum contra præceptum iuris naturalis, aut Ecclesiastici, alterum verò contra Religionem, quod est sacrilegium: sed est vnum tantum peccatum vnam solam ex se malitiam continens, transgressio nimirum præcepti naturalis, vel Ecclesiastici, contra prohibitionem in impedimento inclusam. Ita Sanchez lib. 7. disp. 5. num. 1. Filiuc. tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 1. n. 27. Hurtado disp. 12. de matrim. diff. 3. num. 11. & alij. Ratio est, quia tunc non irritatur Sacramentum matrimonij, cum contractus inter taliter impeditos, qui est fundamentum matrimonij, non sit validus, sed irritus ex Ecclesiæ statuto, seu prohibitione; ergo tunc tantum peccatur contra prohibitionem, aut naturalem, aut positiuam in impedimento inclusam, quia impedimento dirimente non tantum dirimitur matrimonium, sed etiam prohibetur.

5 Dixi, præcisè, & per se, nam ex alio capite, & quasi per accidens contrahere cum impedimento dirimente potest inuoluere aliam malitiam præter transgressiois præcepti naturalis, aut Ecclesiastici, vt si contrahat sic, & habeat copulam cum consanguinea, vel affine committit incestum; cum infideli, sacrilegium; cum habente impedimentum impotentia naturalis, peccatum contra naturam reductiue; cum habente impedimentum voti, Ordinis sacri, vel matrimonij, sacrilegium; si copula sit cum rapta, habet malitiam raptus: at si impedimentum sit criminis, copula tantum habet malitiam fornicationis; ita citati.

6 Sed dices, an metus excusare possit à peccato contrahendo cum impedimento. Respondeo, si tantum sit impediens, metus grauis excusare potest à culpa. Ratio est, quia leges Ecclesiasticæ non

obligant cum tanto periculo, nempe vitæ, vel grauis mali. Eodem modo posset quis excusari contrahendo cum impedimento dirimente, animo solû contrahendi, nõ verò consummandi, sicut nec peccat mortaliter contrahens ex metu cum impedimẽto consanguinitatis, vide plura apud Sanchez *lib. 7. disp. 5. n. 4.* Hanc autem doctrinam limitat Hurtado *supra diff. 4. num. 16.* quando impedimentum prohibitum est solo iure Ecclesiastico, secus si impedimentũ sit iuris naturalis, vt impotentia naturalis, & consanguinitas in primò gradu lineæ rectæ. Nihilominus tamen absolutè dici potest, metum illum excusare à mortali sic contrahentem, modò non habeat animum consummandi; quia tunc non fit validum matrimonium, sed tantum intentatur. Dixi, *modò, &c.* Nam cum tale matrimonium fit irritum, copula non est licita, ideo non potest illam intendere.

*Dub. 3. Quomodo error personæ, & qualitatis dirimat matrimonium.*

**S** Vpono primò cum communi, errorem, qui potest in matrimonio concurrere, esse triplicem. Primus dicitur, *circa substantiam personæ*, vt si quis ducat Franciscam, credens esse Catharinam, vt contigit Iacob ducenti Liam, quam existimabat esse Rachel. Secundus dicitur, *error conditionis*, non illius conditionis, quæ modificat, aut suspendit contractum, sed conditionis seruilis, aut libertatis, vt quando existimat liberam eam, quam ducit, & est serua. Tertius, *error qualitatis*, vt quòdo quis ducit Bertam putans esse nobilè, diuitem, virginem, &c. sed postea comperit esse ignobilem, pauperem, aut defloratam. In hoc dubio solùm agimus de primò, & tertio errore, in sequenti de secundo.

**2** Sponno secundò, quemlibet ex tribus erroribus posse esse duplicem. Primus est error antecedens matrimonium, qui dicitur dans causam contractui, quia scilicet causa est, vt matrimoniũ fiat, quod aliter non fieret, si adesset scientia illius erroris. Secundus est concomitans, seu incidens in contractum, ille scilicet, qui non est causa contractus, sed reperitur in contractu, & cum illo coniungitur, nihilominus tamen contractus etiam fieret, quamuis non interueniret talis error: sit exemplum, si quis putans puellam esse filiã Principis, nubat cum illa, alioqui minimè nupturus, si sciisset, non esse talem, dicitur habere errorem antecedentem: si quis verò nubat cum ea, quam putat esse filiam Principis, cum tamen non sit, sed etiam si id sciisset, adhuc tamen illam duxisset, dicitur esse errorem concomitantem. Vide de ijs in *Decalog. lib. 7. cap. 16. dub. 3.*

**3** Dico primò, error substantiæ personæ antecedens irritat matrimonium iure Ecclesiastico, & naturali, ita communiter Doctores. Quòd irritet iure Ecclesiastico patet, *ex cap. unic. 29. quest. 1. cap. tua nos de sponsalib. in 6.* Quod etiam sit inuàlidum iure naturæ, patet, quia hic error aufert consensum in materiam substantialem contractus matrimonij, quia in hoc contractu personæ contrahentes sunt materia (etsi remota) substantialis; at consensus in materiam substantialem contractus ex na-

tura sua, seu iure naturali ipsius contractus est necessarius ad valorem illius; ergo eo sublato, tollitur naturaliter matrimonium. Hinc fit, errorè personæ irritare matrimoniũ, etiam inter infideles, eo quod iure naturæ, cui infideles etiam sunt subiecti, sit inuàlidum; sequitur etiam neque Ecclesiam posse statuere, vt error personæ matrimonium nõ dirimat, eo quòd non possit supplere consensum, & materiam substantialem, vt pluribus Sanchez *lib. 7. disp. 18. n. 16.*

**4** Dico secundò, matrimonium celebratum cū errore concomitante inuàlidum est, ita tenent (quidquid aliqui dicant) Sanchez *lib. 2. disp. 34. & lib. 7. disp. 10. num. 6.* Henriquez *lib. 11. cap. 10. num. 1.* Coninch *disp. 31. dub. 1. num. 9.* Villalob. *part. 1. tract. 14. disp. 5. nu. 3.* Filiuc. *tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 1. num. 31.* Hurtado *disp. 12. diff. 1. num. 1.* & cum alijs Bonac. *tom. 1. quest. 3. de matrimon. punct. 1. num. 4.* Ratio est, quia ad valide contrahendum requiritur legitimus consensus, & positius in certam, & determinatam personam, hic autem deficit, quando adest error concomitans; nihil est enim volitum, quin sit præcognitũ; & quamuis hic error non faciat inuoluntarium simpliciter, facit tamen inuoluntarium secundum quid, seu non voluntarium; at ad matrimonium requiritur voluntarium positiuè; ergo talis error irritat matrimonium. Hinc fit, esse inuàlidum matrimonium, quando quis contrahit cum Franciscam, putans esse Ioannam, ita tamen est habitualiter affectus, vt si sciret esse Franciscam, etiam contraheret. Ratio est, quia etsi reuera sit Ioanna, consensus tamen positius, & actualis solum fertur in Franciscam, & non in Ioannam, cum solum oriatur ex voluntate contrahendi cum Ioanna: imò erit etiam inuàlidum, quamuis tempore concursus hunc eliceret actum: *Ducerem Ioannam, si scirem esse Ioannam;* nam ad matrimonium requiritur positius consensus de presenti, hoc autem modo contrahendo solum indicat intentionem, & voluntatem eius, quod facturus esset, si illam nosset; esset autem validum si diceret: *Contraho cum tali persona, qualiscunque illa sit,* quia tunc datur consensus positius circa præsentem, & determinatam personam. Bonacin. Sanchez, & alij.

**5** Dirimit autem matrimonium error personæ in foro conscientiæ, quamuis vincibilis sit, aut erret ex ignorantia, etsi crassissima, nam etiam tunc aufert consensum essentialiter requisitum: erit etiã inuàlidum in foro exteriori, si probari possit etenim etsi error, aut ignorantia vincibilis sufficiat ad peccandum, non autem ad validè contrahendũ, quia ad peccandum sufficit, se exponere periculo faciendi contra præceptum, cui se exponit, quia ex errore, aut ignorantia vincibili peccati operatur; ad validè autem contrahendum cum aliqua, v.g. cū Franciscam, non sufficit se exponere periculo contrahendi cum illa, sed requiritur vera, & positua voluntas contrahendi cum illa, quæ voluntas non stat cum errore illius personæ, quamuis vincibili, nisi errans habeat voluntatem contrahendi cum persona sibi proposita, quæcumque illa sit, quod rarissimè, aut nunquam contingit in contractu matrimonij. Hurtado *supra num. 2.* & alij.

**6** Sed dices, si putans baptizare Petrum, baptizat Ioannem, tenet Baptismus; ergo si existimàs



contrahere cum Francisca, contrahat cum Ioanna, valebit etiam matrimonium. Respondeo concedendo antecedens, si habeat legitimam intentionem, nam hic intendit baptizare eum, quicumque sit, nego tamen consequentiam, quia matrimonium, eo quod requirit indiuiduam vitæ consuetudinem, requirit certum, & determinatum consensum in certam, & determinatam personam. Vide Henriquez *lib. 11. cap. 10. numer. 3.* & Ledesma *in summ. cap. 11.*

7 Dico tertio, error qualitatis non irritat communiter matrimonium, ideoque matrimonium contractum cum hoc errore erit validum. Ita communiter Doctores. Quod procedit, etiam si sit antecedens, & dans causam contractui, ut docent Sanchez *lib. 7. disp. 18.* Coninch *disp. 31. dub. 1.* Filiucius *sup. num. 33.* Hurtado *loco cit. diff. 2. num. 4.* & cum alijs Bonacina *sup. num. 6.* & communiter Doctores, quidquid Medina *de re lib. 1. quest. 33.* Ratio est, quia error qualitatis personæ non impedit perfectum, & simpliciter voluntarium, & liberum consensum circa personam ipsam, quæ est materia (et si remota) substantialis matrimonij: etenim etsi quando error qualitatis est causa contractus matrimonij, efficiat inuoluntarium secundum quid; at cum hoc inuoluntario fiat voluntarium simpliciter, & consensus positivus, quod sufficit ad valorem matrimonij. Nec est eadem ratio matrimonij, & aliorum contractuum, qui sunt ipso facto irriti, ex iuris dispositione, quando celebrantur per dolum datam ipsis causam, modo quo dixi *dub. 2. sup. citat.* Procedit etiam, quanuis errans contrahat expresse motus à qualitate, circa quam errat, ut bene Hurtado *sup. num. 6.* contra Basilium *lib. 4. cap. 11.* quia ex eo quod expresse moueatur à qualitate illa, & ita, ut si non erraret circa illam, non contraheret, non tamen contrahit dependenter ab illa qualitate, tanquam à conditione, sed tantum motus ab illa, tanquam à causa finali.

8 Dixi communiter, nam assignantur à Doctoribus duo casus, in quibus error qualitatis dirimit matrimonium. Primus est, si quis contrahat sub conditione qualitatis, aut si qualitas illa apponatur à contrahente, tanquam conditio, etiam si mente retineatur, ut si dicat: *Contraho tecum, si es diues, si nobilis, aut virgo*, in hoc enim casu, si conditio vera sit, erit verum matrimonium; aliter enim erit inualidum, quia deficiente qualitate, deficit conditio, & consequenter consensus sub conditione præstitus; debet autem conditio esse actualis, id est, quod apponatur actu in ipso actu contrahendi matrimonium, aut saltem virtualis, id est, quod permaneat ab actuali prius habita, ita ut non sit per contrarium actum reuocata; nam sicut hæc virtualis intentio, si sit affirmatiua, sufficit ad constituendum matrimonium, ita & ad illud dissoluendum, si sit negatiua: non autem sufficit intentio habitualis, quare validum esset matrimonium, etiam si esset in habituali dispositione, ut abstinere à matrimonio illo, si nosset, foeminam illam esse corruptam, pauperem, aut ignobilem, ut docent Sanchez *lib. 7. disp. 18. num. 21.* Henriquez *sup. num. 2.* Ledesma *loco cit. cap. 12. concl. 4.* Syl. *marrim. 8. quest. 1.* Sotus *dist. 35. quest. vnic. art. 2.* Couar. *2. part. cap. 3. §. 7. num. 3.* Filiucius *sup. num. 32.* & alij. Ratio est, quia ut dixi *in hoc cap. dub. 1.* habitualis

dispositio, & animi præparatio non facit actum conditionalem.

9 Secundus casus, in quo error qualitatis irritat matrimonium, est, quando transit, seu redundat in errorem personæ, id est, quando ex errore qualitatis erratur circa personam: est commune Doctorum. Ad cognoscendum autem, quando error qualitatis redundet in errorem personæ. Si Thom. *in 4. dist. 30. quest. 1. art. 2. ad 3.* Syl. *marrim. 8. quest. 1. d. d. 4.* & alij, tradunt hanc regulam, nempe, si consensus contrahentis feratur in personam sibi præsentem directè, & formaliter, tunc error qualitatis non redundat in errorem personæ, nec irritat matrimonium; si verò feratur directè, & formaliter in personam, cui illa qualitas inest, ut in filium Regis, & indirectè, & quasi materialiter in personam præsentem quatenus existimatur filius Regis, error erit personæ matrimonium irritans. Alias autem regulas assignat Sanchez *lib. 7. disp. 18. num. 25.* quæ possunt reduci ad hanc, nimirum, si error sit circa qualitatem, quæ certam personam designat, quæ contrahenti prius non erat notâ absque illa qualitate, tunc error qualitatis redundat in errorem personæ, & irritat matrimonium, modo non constet, mentem contrahentis fuisse in personam præsentem, quæcunque illa sit, consentire, v. g. Berta contraxit matrimonium cum Titio, qui se fingebat filium Regis Hispaniarum, cuius verè non erat filius, nihilominus Berta filium Regis sibi in mente prospicit, in illumque consentire voluit directè, in hoc casu error qualitatis dicitur redundare in errorem personæ, consequenter tale matrimonium est inualidum, quia Berta cõsentit in personam, quam sibi in mente proposuit; cum autem sibi proposuisset personam filij Regis Hispaniarum, & non personam Titij, sequitur ipsam cõsensisse in filium Regis, non verò in Titium, quanuis Titius sit præsens. Quando verò qualitas non respicit, neque determinat certam personam, & indiuiduam, eo quod persona erat iam perfectè nota absque illa qualitate, ut si certò cognoscebat Petrum, cui nubit, fallò tamen existimabat esse filium Regis; tunc error qualitatis non redundat in errorem personæ, sed est error solius qualitatis, ideo non irritat matrimonium, eo quod adsit consensus absolutus circa illam personam cognitam absque illa qualitate, v. g. si quis se fingit nobilem, aut diuitem, aut Ducem, aut filium Regis, non explicans cuius Regis sit filius, & Berta existimans illum habere illas qualitates cõtrahit cum illo, valet matrimonium, quia talis error est error solius qualitatis, & nõ personæ, quia qualitas illa apposita non determinat certam, & indiuiduam personam distinctam ab ea, quæ præsens est: sic similiter valet matrimonium ob eadem rationem, quando Berta cõtrahit cum eo, qui se fingit filium vnigenitum Regis, cum reuera habeat alios fratres: secus verò si Berta contrahat cum eo, qui se fingit primogenitum, cum reuera sit secundò genitus. Sanch. videndus *ubi sup. num. 26.* Item, est validum matrimonium, quando Petrus cõtrahitur matrimonium cum primogenita Cais, voluit eam videre, an esset pulchra, cui Petro ostenditur alia pulchra, eo quod primogenita erat deformis, & postea contrahit cum primogenita, aut quia cõtrahit per procuratorem, aut quia non aduertit: ratio est, quia non interuenit error personæ, sed qualitatis;

litatis; fecus tamen dicendum est, si Petro promissa fuerit una ex filiabus Caij indeterminatè, non determinando primam, vel secundam, vel tertiam; tunc enim si ostendatur illi una, & vult cum ea contrahere, non valet matrimonium, si alia supponatur, quia per qualitatem visam fuit determinata persona. Sanchez *dict. disp. 18. n. 35.* Coninch *disp. 31. dub. 1. num. 10.* Bonacina *dict. punct. 1. num. 9.* Vide etiam Henriquez *lib. 11. cap. 10.*

10 Ex dictis colligitur tãquam certum, non vitari matrimonium, quando persona perfectè cognita est, & solum errata in nomine, nam vt dicitur *l. in venditione. ff. de contrab. empt.* nihil facit error nominis, cum de corpore constat. Villalobos *part. 1. tract. 14. diff. 5. num. 5.* Vnde valet matrimonium, si eam, quam ducit, putat vocari Mariam, & vocatur Ioanna.

11 Nota, etsi sponsalia celebrata cum errore qualitatis, aut per dolum dantem causam contractui sint valida, modo dicto *cap. 1.* non tamen esse validum matrimonium modo explicato, eo quod matrimonium indissolubile sit, non verò sponsalia. Vide Sanchez *lib. 7. disp. 18.* & cum alijs Bonacin. *sup. num. 9. in fin.*

12 Nota etiam, non peccare aliquem occultãrem defectum suum, aut parentum, aut si fœmina celet defectum virginitatis; non enim tenetur se prodere, vtiturque suo iure conseruãdi bonum nomen; alij inquirant, si velint. Henriquez *lib. 11. cap. 10. num. 2.* Nauar. *cap. 14. num. 13. q. 32.* & quæ dixi *sup. hoc lib. cap. 2. dub. 13. concl. 1.* & in Decalogo *lib. 8. cap. 8. dub. 1. num. 9.*

*Dub. 4. Quomodo error conditionis, seu cõditio seruitutis dirimat matrimonium contrahendum.*

**L**oquitur dubium de ijs, qui sunt propriè serui, aut mancipia, & nullo modo liberi, de illis scilicet, qui a domino vendi possunt, non verò de adscriptitijs, & originarijs ab ijs ortis, quia non sunt ij verè serui.

1 Dico primò, error conditionis seruilis in contractu liberi cum ancilla, vel liberæ cum seruo irritat matrimonium, quando cõditio errantis sit deterior, vt quando liber cõtrahit cum serua, quam credebat esse liberam; vel libera cum seruo, quem credebat esse liberum. Ita communiter Doctores, & est definitum in *cap. 2. q. 3. in fin. de coniug. seru.* & meritò, quia serui non possunt commodè matrimonio inseruire, & ne fieret iniuria personis liberis; esset enim magna inæqualitas, si matrimonium esset validum, quando sit deterior cõditio errantis, id est, quando liber contrahit cum serua, quam credebat esse liberam. Extenditur autem hæc conclusio ad seruum, qui reuera est seruus tempore contractus, quanuis postea libertate sit donandus; nam tempore verè est seruus, & erratur in cõditione, vt supponimus; at si tempus sit breue, vt sex menses, probabile est fuisse matrimonium, vt tenet Sanchez *lib. 7. disp. 19. num. 4.* & cum eo Filiucius *tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 2. num. 37.*

2 Dico secundò, seruitutis error solo iure Ecclesiastico, & non naturali dirimit matrimonium. Quòd dirimat iure Ecclesiastico, dictum est *concl. 1.*

Quòd autem non dirimat iure naturali, docent S. Thom. Dur. D. Bonau. Palud. Sotus, & alij, tum Canonistæ, tum Theologi, quos citat, & sequitur Sanchez *lib. 7. disp. 19. num. 16.* & tenent Filiucius *sup. num. 41.* Coninch *disp. 31. num. 26.* Hurtado *disp. 14. diff. 1. num. 2.* contra Syl. *verb. Matrim. 6. quest. 1.* Ratio est, quia seruitus non est defectus substantialis personæ, sed qualitatis; ergo error, aut ignorantia illius non aufert consensum perfectum, & simpliciter circa materiam substantialem matrimonij, ac proinde non dirimit illud ex natura rei, sed tantum iure Ecclesiastico, fundato tamen in iure naturali, cui maximè conforme est. Hinc fit, matrimonium liberi cum serua iure naturæ esse validum, & consequenter, errorem seruitutis inter infideles non dirimere matrimonium.

3 Dico tertio, error seruitutis dirimit matrimonium, etiã si error, aut ignorantia culpabilis, sit crassa, aut crassissima, modò verè adfit error. Ita Filiucius, Hurtado, *sup.* & cum alijs Sanchez *loco cit. num. 20.* Probatum primò, quia error personæ ex tali ignorantia proueniens irritat matrimonium, vt dixi *dub. anteced.* ergo, &c. Secundò, quia qualiscunque sit ignorantia, tollit voluntarium, vel saltem facit actum non voluntarium, consequenter tollit verum consensum directum, & formalem, & animum cedendi iuri proprio, vt patet etiam in donatione, quæ fit Petro ex errore etiam leuissimo, seu crassissimo, quod fit Paulus, quæ nec etiam teneret. Matrimonium autem debet fieri cum libera electione, & omnino voluntaria illius conditionis seruilis; est enim cõditio valde onerosa, & ideo debet esse conscius damni is, qui ex errore contrahit cum seruo, quam scientiam aufert ignorantia, quamuis leuis. Nihilominus tamen probabile est, ignorantiam leuissimam, aut crassissimam erroris non irritare matrimonium, vt docet Sotus *dist. 35. q. vnic. art. 2.* & cum alijs Villalob. *1. part. tract. 14. diff. 6. num. 4.* *X assi el que contrae con una negra, que vé que su amo la trata mal, no es visio que tiene ignorancia, de que es esclaua,* quia talis ignorantia æquiparatur scientiæ; & sicut leuis metus non irritat matrimonium, ita leuis ignorantia. At responderi potest, leuissimum errorem conditionis in matrimonio non æquiparari scientiæ in eo requisitæ; sicut nec in errore personæ: nec est eadem ratio de metu leui, quia hic non aufert consensum, sed tantum minuit libertatem; at error aufert consensum circa rem, in qua erratur.

4 Dico tertio, error conditionis status dirimit matrimonium, siue hic error sit antecedens, vel dans causam contractui, siue sit concomitans, vel incidens in contractu, vt docent Sotus *dist. 35.* Henriquez *lib. 11. cap. 10. num. 4.* Bonacina *tom. 1. quest. 3. de matrim. punct. 1. num. 5.* contra Nauar. *cap. 22. num. 33.* Probatum hæc cõclusio, sicut probauimus secundam conclusionem *dub. anteced.* nam quanuis error concomitans non faciat inuoluntarium, facit tamen non voluntarium, & consequenter tollit consensum substantialem: tum etiam quia ad validitatem matrimonij non sufficit consensus negatiuus, sed requiritur voluntas, & consensus positiuus, ac directus; vnde non est validum matrimonium liber contrahit cum serua, nesciens illam esse seruam, sed ita est affectus, vt si cognosceret illam esse seruam, nihilominus cum ea contraheret.

contraheret, quia defuit consensus positivus, & directus.

5 Dico quartò, quando error conditionis servilis non facit deteriore[m] errantis conditionem, tunc ille error non irritat matrimonium. Ita cum communi Sanchez *lib. 7. disp. 19. num. 23.* & alij citati. Vnde valet matrimonium, quando servus contrahit cum serua, quam credebat esse liberam, aut cum libera, quam putabat servam, vt habetur *cap. si quis. & cap. ad nostram de coniug. servorum.* Ratio est, quia hoc impedimentum est Ecclesiasticum, & inductum ad tollendam inæqualitatem, & ne fieret iniuria alteri contrahenti libero; sed nulla est inæqualitas, vel iniuria, quando persona, cum qua contrahitur, est melioris, aut æqualis conditionis, vt accidit in casu proposito; ergo tunc matrimonium erit validum.

6 Ex dictis sequitur, quando liber contrahit cum serua, sciens esse servam, esse validum matrimonium, quia servitus non irritat matrimonium de iure naturæ, vt dictum est *concl. 2.* sed de iure Ecclesiastico; at Ecclesia non irritavit tale matrimonium, vt definitum est *cap. 2. de coniug. serv.* Filiucius *sup. num. 40.* & communiter Doctores.

7 Quomodo autem revalidandum sit matrimonium cum errore personæ, vel servitutis contractum, & an tunc requiratur noua Parochi, & testium præsentia, dixi *sup. cap. 4. num. 4.*

#### Dub. 5. In quo aliqua circa matrimonium servorum exagitantur.

Quæres primò, an servus contrahens, sciente domino, & non contradicente, cum persona libera, consequatur libertatem.

1 Dico primò, quando dominus tradit servum, siue mancipium, siue masculum, siue foeminam, alicui libero ignaro servitutis, in coniugem, tanquam liberum, statim mancipium absque vlla iudicis declaratione consequitur libertatem iure civili communi in *Ausent. ad hoc, C. de Latina libertate, Ausent. de nuptijs, Collect. 4.* & iure Castellæ, *l. 1. tit. 5. & l. 5. tit. 22. pars. 4.* Eandem libertatem consequitur iure civili communi, quando dominus scit, & ex studio, id est, dolose tacet; iure verò Castellæ, quando non contradicit, vt patet ex dictis legibus; iure autem naturali, in nullo ex dictis casibus talis servus consequitur libertatem, quia dominus non censetur donare mancipium libertate; vnde vbi iura suprädicta non obligant, standum est iuri naturali, vt docet Hurtado *disp. 14. diff. 2. num. 5.* vide Sanchez *lib. 7. disp. 20.* & Filiuc. *tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 1. num. 45. & 46.* Dixi, libero ignaro, & c. nam si liber sciat alterum esse servum, tunc servus non consequitur libertatem; nam liber tunc voluntariè, & scienter consentit in tali matrimonio cum seruo. Filiucius *sup.* & cum alijs Villalobos *tract. 14. diff. 6. num. 7.* In his ergo casibus, quando servus taliter contrahens sit liber, Henriq. *lib. 11. cap. 10.* Sanchez *sup. num. 14.* Filiucius *loco cit. num. 48.* & Villalobos *sup. num. 7.* consequenter docent, tale matrimonium esse validum, quia talis servitus nihil officit; nam etsi perseueret ignorata, quando matrimonium fit, est tamen nullius considerationis, vt possit irritari matrimonium, quia ita est, ac si non esset, quia statim ac finitur

matrimonium, finitur. Hurtado *sup. num. 6.* cum Couar. *2. part. cap. 3. §. 7.* oppositum tenet, quia iure Canonico servitus ignorata absque vlla limitatione dirimit matrimonium; sed quando matrimonium celebratur, adest dicta servitus; ergo verè dirimit matrimonium. Nihilominus veriore[m] iudico priorem sententiam, nam illa servitus nullius videtur esse considerationis, ac proinde videtur, iura non loqui de illa.

2 Quæres secundo, vtrum servus contrahens cum domina, aut è contra, statim consequatur libertatem. Respondeo non consequi de iure communi, etiam si de iure Castellæ, *l. 1. tit. 12. part. 4.* ancilla, eo quòd ducitur à domino, fiat libera. Sanchez, & alij citati, quia nullus textus reperietur, in quo id exprimat. An autem fiat libera de iure naturæ, Henriquez, Sanchez, & Couar. partem negatiuam supponunt, eo quòd Agar verè fuit vxor Abraham, & tamen Genes. 16. & 21. & ad Galat. 4. dicitur ancilla, & quia ex Aristotele *1. Polit. cap. 1.* apud aliquas nationes vxores habebantur tanquam ancilla, Vazq. verò *3. part. disp. 80. cap. 8.* Basilius *lib. 7. cap. 44.* & cum his Hurtado *sup. num. 9.* partem affirmatiuam tuentur, quia status matrimonialis pugnant videtur cum statu servitutis, eo quòd coniunx ex vi matrimonij fiat alteri socius, & vna caro, & eius nomine, & honore gaudeat: ideo hanc sententiam existimo probabiliorem, cõsequenter tale matrimonium esse validum, & maximè, quia servitus cognita (vt contingit in hoc casu) non dirimit matrimonium, vt *dub. anteced.* dictum est. Ad illud de Agar respondetur, dici ancillam, non quia post matrimonium fuerit, sed quia antea erat ancilla. Ad aliud respondetur, illas nationes, vt ipse Aristoteles ait, esse barbaras.

3 Quæres tertio, an servus possit contrahere matrimonium, inuito domino. Respondeo posse validè, & licitè id facere; quia vt probat Sanchez *lib. 7. disp. 21.* & tenet cõmuniter Doctores cum S. Thoma *disp. 36. q. unica, art. 1.* nullo iure naturali, aut Ecclesiastico illis prohibetur; imò ius Ecclesiasticum supponit id eis licere, in *cap. 1. de coniugio servorum, ibi: Nec inter servos debent ullatenus matrimonia prohiberi.* Ratio est, quia ius naturale, & diuinum concessit cum potestate ad propagationem humanæ naturæ, & in remedium concupiscentiæ; ideo non potest impediri per ius servitutis iure gentium introductum. Hinc sequitur, dominum peccare mortaliter, si impediatur, ne servus contrahat matrimonium, quia iniuste id faceret, cum graui præiudicio serui, consequenter non potest eum punire, aut minari supplicium, aut damnum, quanuis possit minari subtractionem beneficij sponte in eum collati, vel conferendi. Filiucius *sup. num. 50.* vide Sanchez *dict. disp. 21.*

4 Quæres quartò, vtrum servus teneatur potius satisfacere domino, quàm coniugi. Respondeo breuiter, si servus duxit vxorem consentiente domino, tenetur prius satisfacere vxori, vt docet Ledefma *in sum. cap. 12. de matrim. concl. 5.* Quòd si domino inuito duxerit, si ministerium magis præponderat, quàm reddere debitum, tenetur ad ministerium, aliter tenetur ad debitum; ceteris autem paribus, præferendum est debitum coniugale, nam matrimonium est fauorabile. Sanchez *disp. 21. n. 11.* & cum alijs Bonacina *quæst. 2. de matrim. punct. 3. num. 7.* Huic autem quæstioni satisfacit sic Hurtado *sup.*

*sup. diff. 6. si matrimoniū fuit prius inicum, quàm seruitus contracta, potius est satisfaciendum coniugi rationabiliter petenti, attenda seruitute, ac si seruitus fuit prius contracta, quàm matrimonium inicum, potius satisfaciendum est domino rationabiliter præcipienti, attento coniugio, vt significatur in cap. 1. de coniug. seruor. dum dicitur dominis exhibenda esse debita, & consueta seruitia à seruo, quantumuis matrimonium contrahat. Nihilominus tamen non recedo à prima explicatione, quia videtur & rationi, & textui citato conformior.*

5 Quæres quintò, vtrum dominus possit vendere seruum coniugatum ad partes remotas. Respondeo, si matrimonium contractum est de consensu domini, non potest illum in partes longinquas vendere, in quo omnes conueniunt; nam dominus concedens licentiam cedit iuri suo. Quòd si inuito domino, vel eo ignorante, seruus contraxit, certum est etiam, sine necessitate domini vendi non posse, si ex venditione impediatur vsus matrimonij; nam qui habet ius ad matrimonium, habet etiam ius ad ea, quæ ex illo sequuntur; quare peccaret dominus mortaliter, si seruum tunc venderet, quando ex eo impediretur vsus matrimonij, & alter coniunx non potest commodè sequi alterum, vt cum S. Thoma in add. ad 3. part. quest. 5. art. 2. docent Sotus in 4. dist. 35. art. 4. Sanchez lib. 7. disp. 21. & 23. num. 11. Bonac. sup. num. 9. & communiter Theologi, quidquid Iuris periti. Dixi, in partem longinquam, quia licet, si partes non sunt ita distantes, vt impediatur cohabitationem, & vsus matrimonij. Dixi etiam, absque necessitate, nam ea existente, aut vrgenti causa intercedente, poterit illum dominus in longinquum vendere, vt quando venditio serui est omnino necessaria ad tuendam vitam domini, vel si seruus, postquam contraxit, non potest tolerari à domino absque graui damno, quia scilicet turpiter est, aut ebriosus, & tamen commodè vendi non potest, nisi in longinquum; in quibus duobus casibus, ait Henriquez lib. 11. cap. 10. num. 4. tenetur vxor sequi maritum, nisi bannitus, vel relegatus, aut excommunicatus sit. Hucusque autem dicta procedunt, quando ambo coniuges sunt serui; nam si vir sit seruus, & vxor libera potest à Domino vendi seruus, quia vxor tenetur tunc sequi virum; & è cõtra, si ipsa sit serua, & ipse vir liber, poterit etiam serua vendi; nam vir tenetur sequi vxorem, vt tenet Villalobos 1. part. tract. 14. diff. 6. n. 13. Attamen ad hoc vt licitè id fieri possit, videtur quòd iusta intercedat causa, vt dixi, & quòd vxor commodè sequi possit virum. Filiucius tom. 1. tract. 10. part. 1. num. 52.

6 Quæres sextò, quid iuris de seruitute superueniente matrimonio. Respondeo conuenire Doctores, seruitutem superuenientem matrimonio non illud dirimere, nullū enim extat ius matrimonium dirimens in hoc casu. Difficultas ergo est, an matrimonio contracto à liberis, possint se coniuges vendere vt seruos. Cui respondeo breuiter, virum posse se vendere, inuito matrimonio, etiam retinente vxore, nam huiusmodi venditio non præiudicat redditioni debiti, & facta venditione, vir tenetur ad omnia, ad quæ lex matrimonij obligat: peccabit tamen mortaliter, si id faciat absque iusta causa, quia ex hoc redundat vxori, & familiæ dedecus, & infamia: hoc autem peccatum non erit contra iusti-

tiam, quia vir vtitur iure suo, nec cedit in damnum vxoris quoad debitum coniugale. Vxor verò non potest se vendere absque viri consensu, aliter peccaret contra iustitiam, quia et si vxor, & vir sint pares in obligatione reddendi debitum, at vltra id vxor est subdita viro, tanquam capiti in reliquis, quæ pertinent ad regimen domus, & familiæ. Ita cum S. Thoma, Soto, & alijs Sanchez lib. 7. disp. 23. Filiuc. cum eo sup. num. 55. & 56. Adde, nec seruitutem superuenientem matrimonio esse causam sufficientem ad diuortium, nisi vir sine causa, & in fraudem matrimonij seruus factus fuerit; sed de hoc infra, vbi de diuortio, vide Ledesma. in sum. cap. 12. de matrim. concl. 5. Villalobos sup. num. 14. Quòd si vir in bello captus fuerit, non tenetur eum vxor sequi; non enim tenetur cum tanto detrimento debitum reddere. Henriquez lib. 11. cap. 10. num. 5. & Ledesma loco cit. vide Sanchez.

7 Quæres septimò, an filij sequantur conditionem parentis quoad seruitutem. Respondeo, sequi conditionem matris; vnde si mater sit ancilla, filij erunt serui eius, cuius est mater, è contra verò, si mater sit libera, filij quoque erunt liberi, cuiuscunque conditionis sit pater, cap. fin. de seruis non ordinand. & l. partium. C. de rei vendicac. quod etiam statutum erat lege veteri, Exodi 21. Ratio est, quia filius recipit corpus à matre; at seruitus ad corpus spectat, & sufficit ad hoc, vt filius dicatur liber, quòd mater fuerit libera tempore conceptionis, aut partus filij, aut medio tempore, & inter conceptionem, & partum, vt habetur instituta de ingenuis, §. sed si quis. Excipe tamen, quando mater grauida fit serua iure belli, tunc enim filius fit seruus cum matre, quanuis mater tempore conceptionis fuerit libera. At si mater serua, quando grauida est, se vendit, filius conceptus ante venditionem, si conceptus erat, quando mater erat libera, remanet etiam liber. Sanchez lib. 7. disp. 24. Filiuc. tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. quest. 9. & 10. Villal. 1. part. tract. 14. diff. 6. num. 15. & cum alijs Bonacina quest. 3. de matrim. punct. 3. num. 10. 11. & 12. Hinc sequitur, filium ex ancilla fœcundata à domino etiam esse seruum domini, l. 2. C. si mancipium ita fuerit alienatum, & l. fin. C. communia de manum. Item filij illegitimi eodem modo quoad libertatem, & seruitutem sequuntur conditionem matris, l. & seruatorum. ff. de statu hom. Nihilominus tamen vbi consuetudo est, vt filij etiam legitimi sequantur conditionem patris, & non matris quoad seruitutem, vel vtriusque parentis, si legitime præscripta sit, ea seruanda est; nam consuetudo præualere potest contra ius humanum, cap. fin. de consuetudine. Filiucius supra num. 58. vide Sanchez dict. disp. 24.

8 Quoad honores autem, & nobilitatem, filius non matris, sed patris sequitur conditionem, l. cum legitime. ff. de statu hom. Ratio est, quia filius recipit esse à patre, tanquam à causa efficiente. Hinc fit, probabile esse, filium natum ex ancilla à viro nobili, quanuis is filius non sit nobilis, dum subiectus est seruituti, cõparare tamen nobilitatem, quando manumittitur; nam iura sanguinis nullo iure civili possunt dirimi, Reg. iura sanguinis. ff. de regul. iur. At nobilitas est quoddam ius sanguinis immutabile, l. ius agnat. ff. de præst. Tiraq. de nobilitate, cap. 26. num. 5. Sanchez disp. 25. num. 4. Filiucius sup. num. 59.

9 Quæres octauò, an proles nata ex ancilla duorum, vel plurium dominorum, si ab aliquo manumittatur, sit libera. Respondeo affirmatiue, si ante partum soluatür pretium (secus si non) quia mater tunc erit libera ante natiuitatem filij. Item, an partus ex ancilla statu libera sit seruus. Respondeo affirmatiue, *l. statu libera, ff. de statu liberis*, quia interim ipsa ancilla est: dicitur autem statu libera, quæ habet statutam libertatem in tempus, vt per annum; vel conditionem, vt si hoc euenerit. Item, an Domino permittente manumissionem ancillæ certo tempore, vt post annum, si post annum Dominus non implet, & post illud ancilla pariat, foetus sit liber. Respondeo esse seruus, donec Dominus non implet promissionem: at Dominus tenetur dare ancillæ libertatem promissam, & consequenter filij deinde liberi erunt. Filiuc. *sup. q. 10. vide plura apud Sanch. dict. disp. 24. à v. 25.*

### Dub. 6. De impedimento voti.

1 **S**uppono, votum, omiſſis alijs decisionibus, vt ad præſens atti net, diuidi in votum ſolenne, & votum ſimplex, quid hæc ſint, & quomodo differant, dixi in Decalog. *lib. 2. cap. 2. dub. 3.* ſufficit modò ſcire, votum ſolenne eſſe illud, quod emittitur in profeſſione in Religione à Pontifice approbata, & in ſuſceptione Ordinis ſacri, v.g. in Subdiaconatu: alia verò omnia vota ab ijs dicuntur, & ſunt vota ſimplicia: in hoc dubio ſolum agemus de voto caſtita- tis, quod emittitur in profeſſione: dubio verò 13. agemus de voto caſtita- tis, quod emittitur in ſuſceptione Ordinis ſacri.

2 Dico primò, votum ſolenne Religionis emiſſum in profeſſione, ſeu profeſſio ſolemniſſima dirimit matrimonium futurum, ideo matrimonium poſt eam contractum eſt omnino irritum: eſt de fide definitum in pluribus Concilijs, vt Toletano, Calcedon. Foroloiuieſi, Turonito, Triburienſi, Viènenſi, Clementina vnica de conſanguinitate, relatis à Sanchez *lib. 7. diſp. 26. n. 1.* & nouiſſimè definitum à Trident. *ſeſſ. 24. Can. 9* his verbis: *Si quis dixerit Clericos in ſacris Ordinibus conſtitutos, vel regulares caſtita- tem ſolemniſſime profeſſos, poſſe matrimonium contrahere, contra eumque validum eſſe, non obſtante lege Eccleſiaſtica, vel voto, &c. anathema ſit.* Ratio congruentiæ eſt, quia per votum ſolenne fit perfecta traditio acceptata, & ſpirituale matrimonium animæ cum Chriſto Domino; at æquum non eſt, vt violata nobiliori traditione, tradat ſe perſona per matrimonium carnale ignobiliori. Irritat autem matrimonium ſubſequens profeſſio, etiam ſi fit tacita, hoc eſt, quando quis cū habitu per quinquenium gerit ſe vt Religioſus, quia cenſetur profeſſus, Villalob. *1. part. tract. 14. diſp. 7. num. 1.*

3 Dubitant tamen DD. quo iure profeſſio dirimat matrimonium futurum, & quidè dirimere illud iure Eccleſiaſtico omnes conueniunt, & conſtat ex prima cõcluſione; dubiũ ergo eſt, an illud dirimat iure diuino, & naturali. Henriq. *lib. 12. cap. 5. num. 7.* Sorus *7. de viſ. quæſt. 2. artic. 5.* & alij exiſtimant illud dirimere iure diuino, & naturali, quia per votum ſolenne caſtita- tis quis ſe totum, & ius quod habet ad nuptias, tradit Deo; & quia voti ſubſtantia eſt de iure Diuino, quauis eius ſolemnitas ſit de

iure Eccleſiaſtico; ſicut ſubſtantia matrimonij, eſt de iure naturali, & diuino, quauis eius ſolemnitas ſit de iure Eccleſiaſtico; ideo concludit hæc opinio, votum ſolenne ſua naturali vi, & efficaciter, ſeu iure ſuo naturali dirimere matrimonium futurum. At Sanchez *lib. 7. diſp. 26.* Coninch *diſp. 31. dub. 6.* Vazquez, *c. 2. diſp. 365.* Hurtado *diſp. 15. num. 3.* Villalob. *1. part. diſp. 7. num. 2.* Filiuc. *tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 4. num. 118.* & cum alijs Bonac. *tom. 1. quæſt. 30. de matrim. punct. 4. num. 2. & 3.* exiſtimant profeſſionem ſolemniſſimam, ſeu votum ſolenne profeſſionis dirimere matrimonium futurum, ſolo iure Eccleſiaſtico: probant hæc ſententiam, quia dirimere matrimonium, non conuenit voto ſolemni, eo tantum, quia votum eſt, nam etiam ſi dirimeret votum ſimplex caſtita- tis, quod eſt falſum, vt omnes concedunt (excepto voto biennij tyrociniſſimæ Societatis Ieſu, de quo infra); ergo ei tantum conuenit, quia ſolenne eſt; at ſolemnitas eſt de iure Eccleſiaſtico introducta, *cap. vnico de voto in 6.* ergo votum ſolenne ſolo iure Eccleſiaſtico dirimit matrimonium futurum, alias verò rationes vide apud Sanchez, & Filiuc. *locis cit.* Vtraque opinio ex his probabilis eſt, & tute ſequi poſſet, & iuxta ſecundam dicendum eſt, poſſe Papam diſpenſare, vt profeſſus valide contrahat matrimonium, vt aſſerunt DD. huius ſententiæ.

4 Dico ſecundò, votum ſimplex caſtita- tis (idè de voto Religionis ſimplici) antecedens matrimonium non illud dirimit ita communis cum S. Tho. *quæſt. 19. addit. artic. 1.* quia id nullo iure reperitur; eſt enim impedimentum tantum impediens.

5 Aduertendum tamen, votum ſimplex caſtita- tis Religioſorum Societatis Ieſu poſt biennij tyrociniſſimæ, ſeu nouitiatus dirimere matrimonium futurum, & hoc, quidem non ex ſe, quia etiam tunc eſt votum ſimplex, ſed extrinſecè, ex eo ſcilicet, quia ita decreuit Gregor. XIII. in Bulla quæ incipit: *Ascendente Domino*, nec dirimit in perpetuum, ſed tandiu, quandiu illos Prælatus in Religione religatos retinet, vt cum alijs Henriq. *ſupra cap. 5. n. 5.* de quo vide Sanchez *lib. 2. diſp. 19. lib. 7. diſp. 25. num. 24.* & diſp. 26. num. 4. hoc autem votum ſi ſuperueniat matrimonium, non illud dirimit, ſeu diſſoluit, etiam ſi matrimonium tantum ſit ratum, vt dixi *hoc lib. cap. 3. dub. 3. verſic. Ex hæc* Henriquez *lib. 1. de matrim. c. 8. n. 7.*

6 Dico tertio, votum ſolenne profeſſionis, ſeu profeſſio ſolemniſſima ſubſequens matrimonium dirimit illud, ſi tantum eſt ratum, non vero ſi eſt cõſummatum, vt dixi *hoc lib. c. 3. dub. 3. concl. 1. 2. & 3.* vide ibi.

7 Quæres primò, an, & quomodo coniuges poſſint vouere caſtita- tem. Huic quæſtioni ſatiſfecit in Decalog. *lib. 2. c. 2. dub. 11. n. 3. 4. 5. & 6.*

8 Quæres ſecundò, qualiter peccat voto ſimplici caſtita- tis adſtrictus, ſi ineat matrimonium. Huic reſponſum eſt in Decalog. *loco cit. dub. 25.* vbi etiã agitur de contrahente poſt votum Clericatus, Religionis, non nubendi, & virginita- tis, vide etiam Ledſmam *in ſum. c. 12. de matrim.*

9 Quæres tertio, quis poſſit diſpenſare in voto caſtita- tis à cõiugatis, aut liberis emiſſis. De hoc dixi in Decalog. *loco citat. dub. 30.* vbi agitur de ſacralitate Episcopii circa commutanda vota. Quis autem poſſit commutare votum caſtita- tis à coniugatis

tis emissio, vide etiam in Decalog. loco citat. dub. 36. & 37. & in expositione Bullæ lib. 1. §. 3. cap. 3. dub. 15. ubi agitur de facultate commutandi votum per Bullam. An, & quomodo coniuges possint irritare sua vota, dixi etiam in Decalog. sup. dub. 33. 10. Quæres quartò, an coniuges possint validè & licitè post matrimonium consummatum Religionem ingredi, & in ea profiteri. Dixi, post matrimonium consummatum, nam ante consummationem, certum est, eis licere tempore ad id statuto à iure, vt dixi hoc lib. cap. 3. dub. 6. de ijs, quæ pertinent ad hanc quæstionem, & quando coniugatus sacris initiari possit, tractat latè, & doctè, vt solet, Sanchez libr. 7. à disput. 23. vsquo ad 34. Nos autè breuitati studentes, solum attingemus aliqua necessaria, & magis practicabilia pertinentia ad titulum quæstionis; nam quando coniuges initiari possint sacris, agemus, ubi de impedimento Ordinis, 11. Dico primò, matrimonio consummato possunt ambo coniuges de communi consensu ingredi Religionem, & in ea profiteri, patet ex cap. qui uxorem 23. quæst. 3. & ex multis alijs textibus relatis à Sanchez lib. 7. disp. 33. potest enim vterque credere iuri suo, quod habet circa matrimonium. Nò tamen est necessarium, quòd vterque eodem die, vel tempore ingrediatur; sed potest vnus ingredi, & valide profiteri, post cuius professionem tenetur alter etiam profiteri: imò in hoc casu compellendus est ad ingressum Religionis, cù non possit licitè in sæculo manere post validam professionem alterius, vt docent Sanch supra num. 14. & cù alijs Henriq. lib. 11. cap. 8. num. 9. Tenentur tamen ij, saltem de honestate, petere licentiam ab Episcopo, ex cap. si vir, & vxor diuertere 27. quæst. 1. Professio tamen aliter facta valida esset, vt cum Sanch. & alij tenent Villal. 1. part. tract. 14. diff. 7. n. 4. 12. Dico secundò, potest alter coniux licitè, & validè ingredi Religionem, & in ea profiteri, altero in sæculo remanente, his tamen conditionibus obseruatis, videlicet, vt manens in sæculo sit, senex, & absque periculo incontinentiæ, & vt emitat votum castitatis; si autem remanens sit iuuenis, opus esse, vt pariter ingrediatur Religionem (sufficeret tamen, si fieret Clericus, & sacris initiaretur, vt infra) habetur expresse cap. cum sis de conuers. coniug. & cap. ad Apostolicam eod. erit tamen valida professio, etiam si remanens in sæculo iuuenis sit, & non emitat votum castitatis, modò ad ingrediendum licentiam cõcesserit, & eam ante alterius professionem non reuocauerit, vt docent Sanchez lib. 7. disp. 33. num. 2. Filiuc. tom. 1. tract. 10. p. 2. cap. 4. num. 136. Henriq. lib. 11. cap. 8. num. 9. Syluest. matrim. 8. quæst. 12. Bonac. tom. 1. quæst. 3. de matrim. punct. 4. num. 12. ex cap. ex parte 1. de conuers. coniug. ibi: Quia verò prædictus, &c. & ex cap. Agatosa 27. quæst. 2. ibi: Experiencia tua precipimus, &c. Et ex alio capite, iura non irritant huiusmodi professionem, quanuis requirant, vt manens in sæculo votum castitatis emitat, vt patet ex cap. cum sis, & cap. vxoratus, de conuers. coniug. Vnde si talis reuocaretur è monasterio, eo quòd desiderata essent aliqua requisita, teneretur, coniuge defuncto, redire ad monasterium, quia verè fuit professus; & coactus redire solum ad consulendum periculo incontinentiæ relicti in sæculo, teneretur reddere, sed non posset petere, vt pluribus

Sanchez disput. 33. num. 5. & 6. & Henriq. lib. 11. cap. 15. num. 9. lit. T. Quoad ætatem manentis in sæculo est difficultas apud Doctores, eo quòd ius eam non deseribit, sed tantum dicit, quòd sit senex, seu prouectæ ætatis. Relictis opinionibus, existimo cum Sanchez disp. 32. num. 16. lib. 7. & Filiuc. dist. cap. 4. num. 133. & Villalobos sup. num. 5. ætatem sexagenariam in viro, & quinquagenariam in foeminis sufficere, vt talis coniux possit manere in sæculo cum voto castitatis; nam hodie ea ætate, vel paulò post communiter accidit sterilitas, & calor iuuenilis ferè extinctus est. Vide Sanchez ubi sup. & Bahlum lib. 7. de matrim. cap. 25. num. 7. Quòd si tales senes in sæculo manentes essent adhuc suspecti de incontinentia, valde probabile est, non posse manere in sæculo, etiam cum voto; iura enim citata vtrumque requirere videntur. Ita Sanchez disp. 32. num. 2. Filiuc. sup. num. 133. Alij autem sufficere etiam tunc votum existimant, quod vtpurimum sufficit in ætate senili.

13 Sed dices, an ad talem ingressum requiratur licentia Episcopi. Respondeo, non esse de necessitate professionis; nam cap. si vir, & vxor 27. q. 1. non irritat professionem ingredientis cum licentia alterius coniugis absque licentia Episcopi. Ita Sanchez disp. 33. num. 3. Villalobos sup. num. 2. Bonacina sup. num. 12. vers. Tertia. Est tamen de necessitate præcepti obligante sub mortali, vt loco cit. cum Rebello tenet Bonac. Probabile tamen est, esse tatum de benè esse, & honestate, vt existimât Gutier. de matrim. cap. 95. n. 4. & Sanch. lib. 7. disp. 33. n. 3.

14 Dico tertio, inualida est professio facta ab vno coniuge, altero eam ignorante, vel consensiente per vim, aut per metum, aut dissimulante, seclusa causa diuortij perpetui, si matrimonium iam sit consummatum. Bonac. cum alijs sup. num. 9. & 10. ex cap. notificasti 35. quæst. 1. cap. veniens, cap. placet, cap. quidam de conuers. coniug. non enim habet coniux dominium sui corporis, quòd possit transfere in dominium Religionis, altero non consentiente: ex quo fit, inualidam esse professionem, quam vterque emisit, credens bona fide alterum perijisse, ideoque professus, postquam cognouit alterum esse superstitem, debet ad illum reuerti, illique reddere debitum; nam inualidè professus est, non tamen poterit petere, vt habetur in dist. cap. placuit, quia etsi professio sit inualida, habet tamè vim simplicis voti, & obligat, in quantum veniens se poterat obligare ad non petendum. Sanchez lib. 7. disp. 34. & 35. num. 2. Henriquez lib. 1. de matrim. cap. 15. num. 9. & lib. 2. cap. 5. num. fin. Potest tamen Episcopus dispensare, vt petat idem, num. 9. cit. Dixi, seclusa, &c. quia quando coniux potest facere perpetuum diuortium propria autoritate, potest etiam validè profiteri, aut sacris initiari, altero coniuge in sæculo manente: sicut enim coniux innocens potest in sæculo abstinere à perpetuo consortio alterius, ita etiam potest ingredi Religionem. Ita citati. Quod verum est, quanuis eius culpa diuortium factum sit, & ex quacunque causa; sicque initiatus, vel professus non reuocabitur ad vxorem postea, vel amantem; sibi enim imputare debet seram reconciliationem. Vide Syluest. verb. Diuortium, quæst. 12. 13. & 14. Henriquez lib. 2. de matrim. cap. 5. num. 10. & Nauat. cons. 3. & 4. de conuers. coniug.

15 Ex his inferitur primò, professionem coniugis post matrimonium consummatum factam, ignorante altero, non habere vim voti sollemnis, ut patet ex cap. placuit, & cap. quidam de conuers. coniug. Habebit tamen votum illud vim voti simplicis, & obligabit illum, in quantum se obligare potest, videlicet ad non exigendum debitum, ut ex dict. c. placuit. nisi votum illud emisisset dependenter à professione, & propter professionem, tunc enim cessante professione ad nihil obligabitur ex vi, & virtute suæ intentionis, ita Filiuc. *sup. num. 140.* Secundò inferitur, coniugem relictum posse reuocare professum absque sua licentia: patet ex dictis cap. nequit enim inuitus spoliari suo iure; reuocatione tamen facta, si moriatur vxor, non tenetur redire ad Religionem, eo quòd, ut dictum est, professio fuit nulla, ut pluribus Sanchez *disp. 34. usque ad n. 16.* & cum eo Filiuc. *sup. n. 141.*

16 Tertio, quando alter coniux professus est absque licentia alterius, talis professio irrita non reualidabitur, etiam si postea relictus in sæculo cõsentiat, quia professio semel irrita nequit temporis tractu conualescere; vnde si relictus nunquam reuocaret sic professum, & moreretur, posset, eo defuncto, egredi sic professus, reclamare, aut cessante scandalo fugere, de quo Sanch. *lib. 7. disp. 34. n. 16.* At si vir professus est, consentiente saltè tacitè vxore, quia scilicet scit, & non contradicit vsque ad mortem; tunc professus fit inhabilis, ut ea mortua, ducat aliam, ut cum Nauarr. & alijs Henriq. *lib. 12. c. 5. n. 10.*

17 Quando professus fuit cum licentia alterius coniugis per metum grauem, aut dolum extorta, professio est irrita, & relictus potest sic professum reuocare, & post mortem nullius non tenetur sic professus redire ad Religionem, nec peccaret exequendo propria autoritate, cessante scandalo, & validum esset matrimonium, quod post mortem coniugis relictus iniret, peccaret tamen ob votum simplex castitatis, ut pluribus Sanch. *lib. 7. disp. 35.* Quòd si relictus adulteraretur, & adulterium notum est sic nulliter professo, nõ posset professum reuocare, bene verò posset sic professus exire, ut ex cap. veniens de conuers. coniug. probat Sanch. *lib. 7. disp. 36.* An autem sic professus possit, transacto quinquenio, post mortem relictus reclamare, vel Religionem deserere, vide Sanch. *disp. 37. per rot.*

18 Nota, votum castitatis, quod emittit coniux in sæculo relictus, non efficit solemne per professionem alterius in Religione, quia votum solenne non fit, nisi professione Religionis, vel in Ordine sacro, cap. 1. de voto in 6. Deinde nota, si cõiux in sæculo relictus cum voto continentis id nõ seruet, post professionem alterius coeget ingredi Religionem, ut ex cap. significant de conuers. coniug. docent DD. *in c. placuit eodem tit.* Hostiens. *nu. 7.* & Abbas *cap. ad Apostolicam, eodem tit.* Quòd si cõiux ingressus Religionem de alterius licentia, tempore probationis egrediatur, cogendus erit redire ad coniugem relictum in sæculo, nam votum fecit sub conditione tacita professionis alterius: at si vouisset absolute, ad summum deberet non petere. Vide Filiuc. *tom. 1. tract. 10. p. 2. c. 4. n. 134. & 135.*

19 Nota secundò, quando quis inscia, vel inuita vxore professionem fecit, & reuocatur, ad relictum in sæculo teneri reddere, & non posse petere,

ut supra dictum est: hoc autem intellige, non posse petere compellendo, bene vero simpliciter; sicut adulter non potest compellere, bene verò simpliciter petere, ita Henriquez *lib. 11. cap. 15. n. 9.* eo quòd professio fuit omnino irrita. At quia diximus *supra concl. 3. & vers.* Ex his huiusmodi professionem habere vim voti simplicis castitatis, verius videretur nullo modo posse petere.

20 Nota tertio, in omnibus fere casibus, in quibus licet viro ingredi Religionem, licere etiam illi sacris iniciari, ut communiter docet DD. At claritatis gratia, agemus de hoc, vbi de impedimento Ordinis.

21 Nota quarto, Religiosos, & Moniales matrimonium contrahentes, & eos, qui cum Monialibus contrahunt, incurrere ipso facto excommunicationem latam in Clement. *vnica de consanguin.* hæc autem excommunicatio non est referuata, de quo infra, vbi de impedimento affinitatis, *dub. 16.*

### Dub. 7. De impedimento consanguinitatis, & quo iure dirimat matrimonium.

1 Nota primò, cognationem in communi defini, *Propinquitatem personarum*, & hæc communiter diuiditur in consanguinitatem, affinitatem, cognationem spirituales, & cognationem legalem: itaque cognatio in communi, est veluti quoddam genus quod diuiditur in has species: in hoc dubio solum agemus de consanguinitate.

2 Est autem consanguinitas, *vinculum personarum ab eodem stipite propinquo, aut proximo descendens, carnali propagatione contractum.* Sanchez *lib. 7. disp. 50.* & communiter DD. ex S. Thom. in 4. *dist. 40. q. vnic. artic. 1.* Dicitur primò, *vinculum*, nam consanguinei, eo quòd ab eodem sanguine oriuntur, maioris affectus, & amoris nexu, quam ceteri connectuntur: tum, quia communicant in eodè sanguine, & in eo tanquam in vinculo vniuntur, ideo dicitur consanguinitas, id est vnitas, seu vnio sanguinis. Secundò dicitur, *personarum*, id est hominum, & non animalium, quia hæc etsi ab eodem stipite procedant, non dicuntur consanguinei, quia non coniunguntur ad amicitiam vnitatem; non enim sunt capaces amoris, & amicitie, ut ait Aristot. 7. *Ethic. cap. 11.* Tertio dicitur, *ab eodem stipite propinquo, seu proximo*, ut intelligatur, debere virtutem stipitis perseverare in consanguineis, quod non contingit respectu remoti stipitis, sed tantum respectu propinqui, seu proximi: nam si stipitis remoti ratio habeatur, omnes essent consanguinei, cum omnes ab Adamo tanquam à remoto stipite descendant, ut optime Sanch. *disp. 51.* Dicitur etiam ab eodem stipite, vel positiuè, ut duo fratres, qui descendunt ab eodem patre: vel negatiuè, id est, quòd non sint ab alio stipite, seu quòd vnus oriatur ab alio, ut Adam, & Cain. Henriq. *lib. 12. cap. 9. num. 1.* Est autem stipes, persona illa, à qua originem ducunt personæ illæ, de quibus tractatur, v g. Caius habet filios, nepotes, & alios descendentes, stipes illorum est Caius, eo quòd filij, & nepotes Caij ab eo descendunt, tanquam ab stipite proximo. Dicitur quarto, *carnali propagatione contractum*, nam consanguinitas non contrahitur per

quamcumque dependentiam ab alio, sed per carnalem copulam: ideo Angeli creati à Deo, non sunt eius consanguinei, nec Adam habuit consanguinitatem cum Eva, etiamsi illa ex huius osse formata sit; Christus verò Dominus fuit verè consanguineus B. Mariæ semper Virginis, eo quòd ex purissimo eius sanguine Spiritus sancti virtute, quoad naturam humanam conceptus fuerit; ministravit enim Mariæ Virgo purissima, & sanctissima materiam illam, quam cæteræ matres filijs administrant.

3 Nota secundò, consanguinitatem distingui per lineas, & gradus; est autem linea ordinata collectio, & series personarum descendantium ab vno stipite, continens diuersos gradus: linea est triplex, ascendentiũ, descendentiũ, & collateralium. Linea ascendentiũ, quæ dicitur recta, est eorum, qui ab ascendentiũ originem trahunt, quæ scilicet progredimur à genitis ad genitores, vt à filio ad patrem, ad auum, proauum, atauum. Linea descendentiũ, quæ etiam dicitur recta, est illa, qua progredimur à genitoribus, scilicet ad eos, qui ab ascendentiũ originem trahunt, vt à patre ad filium, nepotè, pronepotem, &c. Linea collateralis, quæ & transversalis appellatur, est illa, secundum quam multæ personæ ab vno stipite immediatè, vel mediate procedunt, ipsæ tamen personæ à se ipsis inuicem non procedunt, vt sunt fratres, & filij patruelium, seu fratrum, qui dicuntur consobrini, &c. Gradus autè est habitudo, seu mensura personarum, qua cognoscitur, quanta propinquitas sit consanguinitatis, vel distantia inter ipsas personas, quæ in linea includuntur ad similitudinem graduũ scalæ, per quæ seorsum ascendimus, & deorsum descendimus, v.g. Caius habet filios, nepotes, pronepotes, abnepotes; omnes istæ personæ constituunt lineam; gradus verò est distantia, seu mensura, qua cognoscitur quanta sit distantia inter Caium, filios, &c. vtrum scilicet sint in primo, aut in secundo, aut in tertio gradu.

4 Nota tertid, tres regulas communiter assignari à DD. ad computandos gradus consanguinitatis, de quibus S. Thom. in 4. dist. 40. q. 1. artic. 2. & inter recentiores Sanch. lib. 7. disp. 50. n. 4. Henric. lib. 12. c. 9. Filiuc. tom. 1. tract. 10. p. 2. cap. 5. n. 173. & Bonacin. tom. 1. q. 3. de matrim. punct. 5. §. 1. n. 6. Prima regula est in linea recta, tam ascendentiũ quàm descendentiũ; tot sunt gradus, quot sunt personæ, vna dempta, scilicet stipite; vnde filius, & pater sunt in primo gradu; quia ipse, & pater sunt duæ personæ, quarum vna dempta, superest altera tantum; nepos cum auo est in secundo gradu, quia sunt tres personæ, & vna dempta, remanent duæ personæ, & duo gradus. Secunda regula est pro linea transversali, seu collateralis in hac linea; quando personæ æquali gradu distant à communi stipite, eodem etiam distant inter se; sic duo fratres sunt in primo gradu, quia eodem gradu vnusquisque distat à stipite, scilicet à patre; filius verò vnus fratris, quia duobus gradibus distat à communi stipite, duobus etiam gradibus distat à filijs alterius fratris. Tertia regula est, etiam pro linea collateralis, & transversali; quando consanguinei in distantia in æquali distant à communi stipite, eo gradu distant inter se, quò persona remotior distat à stipite; sic filius fratris, & patruus distant inter se in secundo gradu, quia eodem distant inter se; sumitur autè computatio graduum in hac tertia regula

à remotiori, quia remotior gradus trahit ad se minus remotum.

5 Nota quartò, supradictam computationem graduum esse assignatam iuxta ius Canonicum, in qua ius ciuile tantum concordat in computatione graduum in linea recta; discrepant tamen in linea collateralis; nam in iure ciuili duo fratres sunt in secundo gradu, duo patruales in quarto, duo consobrini in sexto, & sic deinceps; iure autem Canonico dimidio minus. Ratio diuersitatis assignatur in cap. ad sedem 35. questio. 5. nam ius ciuile enumerat gradus in ordine ad successiones, & testamenta, vt hæreditas ab vna persona ad alteram deferatur, & ideo in singulis personis singulos assignant gradus. At ius Canonicum computat gradus propter matrimonia, & quia hæc non possunt esse, nisi inter duas personas, ideo duas personas ponit in vno gradu. Nihilominus tamen quoad matrimonia, etiam in foro ciuili seruatur computatio iuris Canonici, ex dict. cap. ad sedem, & communi ex Sanchez lib. 7. disput. 50. num. 8. quoad successiones verò seruanda computatio iuris ciuilis. Consuli potest circa hæc arbor consanguinitatis, apud Syluestrum matrimonium 8. quest. 7. apud Reginaldum lib. 31. numer. 141. & in 6. lib. Decretalium, in principio. vt istæ regulæ facilius intelligantur. His positis.

6 Dico primo, quamuis olim iure Canonico consanguinitas dirimeret, vsque ad septimum gradum, vt constat ex Can. ad sedem 35. quest. 3. nunc tamen eodem iure solum dirimit, vsque ad quartum gradum inclusive: nam ita definitum est ab Innocentio III. cap. non debet de consanguinitate, & affinitate, & confirmatur à Tridentino sess. 24. cap. 5. de reformatione; cui definitioni nunc standum est. Debet autem intelligi conclusio, tam in gradibus lineæ transversalis, quàm rectæ, ita vt quicumque ex dictis consanguineis vltra quartum gradum possint matrimonio iungi, non autem intra quartum; & quidem conuenienter restricta est prohibitio matrimonij, vsque ad quartum gradum, quia vnitas generalis non solet cõmunicare sanguinem, & similitudinem, nisi vsque ad quartum gradum, ex cap. consanguinitas 35. quest. 4. Ex quo patet matrimonium intra quartum gradum esse inualidum: patet etiam, eum qui est in secundo, tertio, vel quarto posse contrahere cum eo, qui est in quinto, quia hic gradus remotior trahit ad se propinquiorem, c. fin. de consanguin. Sylu. matrim. 8. q. 6. §. sextum. & DD. communiter.

7 Dico secundò, matrimonium in primo gradu consanguinitatis est irritum iure naturæ. S. Thom. in 4. dist. 40. q. vnic. artic. 3. Sanch. disp. 51. n. 7. & communis DD. tum, quia apud omnes nationes, ratione naturali duce, pro nefando habetur talis cõcubitus, vt ex Aug. Chrysost. & alijs docet Sanch. disp. 51. nu. 7. Tum, quia in matrimonio ex duobus fiunt vna caro; at filius, & pater reputantur vnum, quia filius est quædam pars patris: tum quia matrimonij lex est, vt mulier subdita sit viro, & eius sociæ, eique par in actu coniugali; at repugnat filium esse æqualem parenti, nam reuerentia illi debita naturali præcepto pugnat cum æqualitate. Nihilominus tamen non est intrinsecè malum, vt est mendacium, ac proinde potest in eo Deus dispensare



re in casu extremæ necessitatis propagandi genus humanum, ut si in mundo tantum superessent mater, & filius, aut pater, & filia. Bellarm. *lib. 1. de matrim.* c. 28. Henriq. *lib. 12. c. 9.* Sanch. *lib. 7. disp. 51.* Basil. *lib. 7. c. 31.* & alij contra Coninch *disp. 32. n. 14.* Hurtado *lib. 17. diff. 3. n. 7.* Ratio est, nam nullus gradus tollit omnino finem matrimonij, etsi aliqua ex parte impediatur. Hinc fit, in eo casu absque Dei dispensatione, ut licere possit filio, ut cum matre, & filia cum patre nubat, quod tamquam probabilius tenet Sanchez cum alijs *sup. n. 10.* & Filiuc. *tom. 1. tract. 10. p. 2. c. 5. n. 178* sic enim (aiunt) S. Crisost. & S. Ambros. defendunt filias Loth à culpa, concubantes cum patre, quia sibi persuadebant omnia in cineres abiisse, & nullum præter illas, & patrem superesse. Vide Sotum *diff. 40. q. unic. art. 3.* & Valent. *4. p. disp. 10. q. 5. p. 3.* In alijs autem gradibus lineæ rectæ, Hurtad *sup. diff. 4. n. 9.* cum Scoto, Bellarm. Coninch Basil. & Vazq. existimant etiam dirimere in infinitum, etiam usque ad Adam, propter reuerentiam naturalem, quæ debetur principio generationis. Quod etsi valdè probabile sit, probabile tamen est, prohibitionem terminari ad aliquem gradum, ad illum scilicet, ad quem virtus generantis reddita est ita debilis, ut penè extincta videatur; finitur enim tandem portio illa sanguinis, vel substantia, quæ per generationem comunicatur. Ita cum alijs Sanch. *sup. disp. 51. à n. 15. usq. ad 20.* ubi docet, probabile esse iure naturæ tantum in primo gradu esse irritum, in alijs verò minimè; esse tamen prohibitum, ob quandam indecentiam naturalem, & reuerentiam auctori, & proauo debitam; intercedente tamen aliqua causa iusta, verius videtur nec prohibitum esse iure naturæ, quia illa iusta causa illud cohonestaret, ut cum multis probat Sanch. *sup. num. 19. & 20.*

8 Hinc patet, matrimonium contractum inter infideles, si sit in primo gradu lineæ rectæ, esse omnino inualidum, eo quod sit de iure naturali irritum, ius autem naturæ omnes comprehendit: extra primum autem gradum, etsi illicitum sit, non tamè est irritum, ideo si ij postea ad fidem conuertantur, non sunt separandi, modò aliàstale matrimonium non fuerit contra leges illius sectæ illud irritantes. Fideles verò contrahere poterunt in linea recta ultra quartum gradum, quia in his iure Ecclesiastico intra quartum gradum tantum se extendit prohibitio. Filiuc. *sup. n. 180. & 181.* Vide Sanch. *loco sup. citat.* & Bonacin. *tom. 1. q. 3. de matr. punct. 5. §. 1. nu. 9.*

9 Dico tertio, consanguinitas in linea transversali, seu collateralis in primo gradu, ut inter fratres, quamuis ex altera parte tantum, dirimit matrimonium de iure naturæ. Ita Henriq. *lib. 12. cap. 9. n. 4.* Sanch. *lib. 7. disp. 51. n. 11.* Ledesm. *in sum. c. 14. de matrim. concl. 3.* Filiuc. *tom. 1. tract. 10. p. 2. c. 5. n. 182.* & cum alijs Bonac. *supra n. 12.* contra Caietan. *2. 2. q. 154. artic. 9.* Coninch *disp. 32. n. 19.* Basil. *lib. 7. c. 22.* & Hurtado *disp. 17. diff. 5. n. 12.* Probatur conclusio: tum quia omnes fere gentes abstinent à tali matrimonio: tum quia Ecclesia in illo nunquam dispensauit, ut testantur DD. citati: tum quia est contra naturalem pudorem, & reuerentiam. Neque Abraham duxit Saram sorore carnalem, quia fuit neptis eius, utpote filia Aran fratris sui, & vocatur soror, sicut Loth dicitur frater, cum esset frater Saræ, ut refertur ex August. *cap.*

*quæritur 22. q. 2.* & docent S. Thom. *2. 2. q. 110. artic. 3. ad 3.* Probabilis tamen est opposita sententia, nempe, tale matrimonium esse quidem illicitum iure naturæ, non tamen irritum, maxime si fratres sint ex altera parte tantum. In alijs autem gradibus à primò conueniunt DD. matrimonij inter collaterales, seu transversales non esse irritum iure naturali: probatur ex cap. *gaudemus de d. mot. s. 1.* in quo statuitur, infideles non esse separandos, quando conuertuntur ad fidem, nisi contraxerint in primo gradu. Ex quo textu duo colliguntur, & matrimonium inter infideles esse iure naturali irritum in primo gradu, & validum esse extra illud, ut in secundo, & tertio; aliter enim si iure naturæ esset irritum, essent utique separandi, & confirmatur ex Trident. *sess. 24. de matrim. c. 5.* ubi concedit, posse Papam dispensare in secundo gradu cum magnis viris; signum ergo est non esse iure naturæ irritum, unde, iure naturæ spectato, validum est matrimonium inter patruum, & consobrinam, & amitam, & consobrinum, quia non repetitur tanta repugnancia, ac in primo gradu; est tamen prohibitum ob maximam indecentiam. Ledesma *sup. conclus. 3.* vide Sanchez *supra n. 11.* & Bonacin. *loco citato. num. 12.* ubi cum Ledesma tenet, initio mundi matrimonium inter fratres fuisse validum propter necessitatem conseruandæ naturæ humanæ; sicut enim necessitas facit, ut licitum sit accipere rem alienam, ita etiam facere potest, ut matrimonium sit validum.

10 Nota, Leuit. decimo sexto, prohiberi matrimonium intra certos gradus; at quia illa lex erat pertinet ad præcepta iudicialia, & hæc per mortem Christi Domini cessauerit, cessauit etiam illa prohibitio, & solum, manet nunc prohibitio irritans matrimonium de iure naturæ, aut ex iure Ecclesiastico modis supra explicatis. Vide Henriquez *lib. 12. c. 9. n. 5.* & Sanchez *sup. n. 6.*

11 Ex dictis sequitur, Papam non posse dispensare in primo gradu lineæ rectæ, & transversalis, quia dirimunt de iure naturali; in alijs gradibus probabilius est, posse ex publica causa, patet ex Trident. *sess. 24. de matrim. c. 5.* quia non sunt iure naturæ irriti, sed tantum ob indecentiam secundum communem consuetudinem prohibiti. Episcopus verò, aut Legatus, nisi ex privilegio, aut speciali facultate, dispensare non potest in gradu prohibito in Legge Euangelica, sed de hoc latius *infra c. 9. sub. 1.*

12 Sequitur etiam, in nouo Orbe, illius Regionis incolas, quibus à Paulo III. concessum est privilegium, ut contrahere possint matrimonium intra tertium, & quartum gradum, posse illud iniure, quamuis alter illorum non distet ab stipite, nisi in primo gradu, aut secundo, ut docent Veracruz *in specul. 1. part. artic. 24. concl. 3.* Sanchez *lib. 8. disp. 24. num. 35.* & Villalobos *1. part. tract. 14. diff. 8. num. 7. in fin.* sicut de lege communi, qui est extra quartum, potest contrahere cum illo, qui est ex alio capite intra secundum, aut tertium ut supra dictum est.

(†)



*Dub. 8. De impedimento cognationis spiritualis.*

1 **S** It prima conclusio, cognatio spiritualis est propinquitus quædam personarum confurgens ex Ecclesiæ statuto, propter collationem Baptismi, & Confirmationis, vel susceptionem baptizati, & confirmati, ita communiter Doctores, & colligunt ex cap. fin. de cognatione spirituali in 6. Dicitur primò, propinquitus, quia hæc est quædam species cognationis, in quo conuenit cum cognatione carnali, legali, & affinitate. Dicitur secundò, personarum, quia hæc propinquitus tantum inter creaturas rationales oriri potest, imò inter solos homines, qui Sacramenta recipere possunt. Dicitur tertio, confurgens ex Ecclesiæ statuto, quia vt infra constabit, hæc cognatio solo iure Ecclesiastico est inducta. Dicitur quarto, per collationem, &c. Dicitur quinto, per susceptionem, &c. quia his duobus modis contrahi solet, vt patebit ex dicendis. Ratio autem, cur Ecclesia constituerit hanc cognationem in Baptismo, & Confirmatione, fundatur in quadam congruentia, & similitudine generationis naturalis; nam sicut per generationem naturalem contrahitur cognatio naturalis, ita per generationem spiritualem, per hæc Sacramenta factam, contrahitur cognatio spiritualis: & sicut cognatio naturalis dirimit matrimoniū, propter reuerentiam debitā sanguineis; ita conueniens est, vt matrimoniū dirimatur per cognationem spiritualem inter aliquas personas, vt infra.

2 Secunda conclusio, secundum ius commune antiquum tres sunt species cognationis spiritualis, videlicet, paternitas, compaternitas; & confraternitas, vt constat ex cap. 1. de cognatione spirituali. in 6. & cap. Martinus 1. & cap. veniens 2. de cognatione spirituali. & Can. de eo 30. quest. 1. Paternitas est, cognatio inter baptizantem, & baptizatum, & inter confirmantem, & confirmatum, & inter paternos ex vna parte, & confirmatum, ac baptizatum ex altera. Compaternitas est inter parentes carnales baptizati, & confirmati ex vna parte, & baptizantem, & confirmantem, & paternos ex altera. Confraternitas erat inter baptizatum, & confirmatum ex vna parte, & inter filios carnales baptizantis, & confirmantis, & patrini ex altera. Hæc omnia de iure antiquo, iure tamen nouo (cui standum est) Tridentini sess. 24. de reformat. matrimonij Can. 2. Restricta est cognatio spiritualis ad duas tantum species, nempe ad paternitatem, & compaternitatem, & ablata est omnino confraternitas: vnde nunc cognatio solum contrahitur inter baptizantem, & baptizatum, inter baptizantem, ac patrem, & matrem baptizati; inter susceptorem, seu patrum, & susceptum, & inter susceptorem; ac patrem, & matrem suscepti, ex quo constat paternos nullam inter se contrahere cognationem spiritualem, & consequenter virum, & uxorem posse esse paternos, seu susceptores, peccabunt tamen venialiter, vt existimat Suarez 3. part. quest. 67. artic. 8. ex cap. fin. 30. quest. 4. nã videtur aliqua, etsi leuis, indecentia: probabilius tamen est, nunc nullum esse peccatum, quia

i illud decretum videtur per consuetudinem abrogatum, eo quod absque scrupulo ij admittantur à Pærochis. Ita Nauarr. cap. 22. numer. 39. & cum alijs Sanchez lib. 7. disp. 57. num. 5. idem tenet Bonacina tom. 1. quest. 3. de matrimonio, punct. 5. §. 2. num. 5.

3 Tertia conclusio, cognatio spiritualis oritur ex Baptismo, & Confirmatione tantum, & non ex alijs Sacramentis: patet ex 2. conclus. & communi consensu Doctorum, quia vt docet sanct. Thom. distinct. 42. quest. 1. artic. 3. ratio generationis spiritualis solum in ijs duobus Sacramentis reperitur; nam per Baptismum homo nascitur spiritualiter, & per Confirmationem in ea roboratur; ideo in ijs solis dantur susceptores, qui baptizatos, & confirmatos, quasi paruulos in suam curam, & protectionem suscipiant. Addunt tamen Sanchez lib. 7. disp. 55. Coninch disp. 32. dub. 2. & Filiuc. tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 5. num. 187. etsi ex Sacramento pœnitentiæ non oriatur cognatio spiritualis inter pœnitentem, & confessarium, nihilominus tamen si confessarius cognoscat fœminam, non quæ olim, sed quæ nunc est pœnitens, & ei ordinariè confitetur, committere sacrilegium, & esse circumstantiam necessariò confitentiam, quia est peculiariter prohibita talis fornicatio, intuitu reuerentiæ Sacramento pœnitentiæ debitæ, in Can. omnes, Can. si quis Sacerdos, Can. non debet 30. quest. 1. At non esse ex se circumstantiam necessariò confitentiam, dixi supra lib. 4. dub. 3. versic. Tertiò confessarius, & ita etiam tenent Emanuel Sa verb. Confessio, num. 25. & Basilius lib. 7. cap. 38. & probabile cum Ledesm. de matrim. quest. 36. artic. 2. suffinet Hurtado disp. 18. diff. 1. num. 4. quia si adderet supra fornicationem aliquam specialem malitiam luxuriæ, maximè incestus spiritualis ratione cognationis spiritualis filiationis, & paternitatis contractæ inter confessarium, & fœminam pœnitentem, vt significatur in Canonibus adductis, & non sacrilegij ratione reuerentiæ Sacramenti pœnitentiæ. At hæc cognatio, si antea contraheretur, nunc iam non contrahitur; quia abolita est, vel contraria consuetudine, vel ad minus per constitutionem Bonifacij VIII. de cognatione spirituali in 6. Dixi, ex se, quia si talis confessarius sollicitauit filiam confessionis in confessione, vel proxime ad illam, commisit graue sacrilegium, & est denuntiandus tribunali sanctæ Inquisitionis, vt dixi latè in Decalogo lib. 1. c. 3. dubio 3.

4 Quarta conclusio, cognatio spiritualis antecedens matrimonium dirimit illud, iure tantum Ecclesiastico, & tantum inter has personas, nempe, inter baptizantem, & baptizatum, ac patrem, & matrem baptizati: inter susceptorem, & baptizatum, ac patrem, & matrem baptizati: in confirmatione inter confirmantem, & confirmatum; ac patrem, & matrem confirmati: inter susceptorem, & confirmatum, ac patrem, & matrem confirmati: est communis DD. constat ex 2. conclus. & est expresse definitum in Trident. sess. 24. cap. 2. de matrim. quod autem tantum dirimat iure Ecclesiastico, docet S. Tho. dist. 43. q. 1. artic. 1. communiter receptus Sanchez lib. 7. disp. 54. n. 2. & constat ex iuribus allegatis in 2. conclus. & præcipue ex Trid. loco cit. Et ratio est, quia non dirimit iure naturali, cum Sacramenta, ex quibus oritur, non habeant fundamentum in iure naturali

rali, nec diuino positiuo, quia nullus locus Scripturæ assignari potest, unde id constat; superest ergo, ut dirimat solo iure humano positiuo, seu Ecclesiastico. Ratio propter quam Ecclesia constituerit, ut per huiusmodi cognationem dirimatur matrimonium, est, quia sicut in generatione carnali contrahitur impedimentum dirimens matrimonium, propter reuerentiam debitam, consanguineis, ita æquum fuit, ut in generatione spirituali induceretur impedimentum dirimens, propter reuerentiam debitam parentibus spiritualibus, Sanchez *sup.* & Suarez 2. p. q. 67. art. 8. in comm.

5 Ex his sequitur primò, susceptores Baptismi, aut Confirmationis posse inter se contrahere, quia nulla inter eos oritur cognatio spiritualis, consequenter si vir, & uxor suscipiant, siue sint patrini, non esse impeditos à peritione debiti. Itè, filij baptizantis, seu confirmantis possunt contrahere matrimonium cum baptizato, seu cõfirmato, quia modò per Tridentinum sublata est confraternitas, ut in hac, & secunda cõclusionone dictum est, & tenet communis DD. Similiter baptizans, & patrini possunt inter se contrahere, eo quòd inter eos nulla cognatio spiritualis orijatur.

6 Sequitur secundo, hoc impedimentum esse perpetuum, seu dirimere in perpetuum, & non extinguiri morte personæ, qua mediante est contractum; iura enim, quæ de illo loquuntur, non limitant ad tempus, quo persona illa uiuit, ut ibi habetur, & ita tenent DD. apud Sanchez *disp.* 54. n. 8.

7 Sequitur terriò, huiusmodi cognationem contrahi, quamuis parentes carnales sint illegitimi, seu non cõiugati, eo quòd sunt verè parentes carnales, & ex alio capite Tridentinum non restrinxit ad parentes legitimos: unde, qui filium suæ concubinæ baptizauit, non potest eam ducere, ratione cognationis spiritualis inde ortæ; parentes autem adoptiui non contrahunt hanc cognationem, nec cum cõfirmato, aut baptizato, nec cum patrinis, quia ante Tridentinum non contrahebant illam, & textus intelligitur de veris, & naturalibus parentibus. Sanchez *supra num.* 16.

8 Quinta conclusio, cognatio spiritualis superueniens matrimonio non illud dirimit, ita cõmunis DD. Potest autem superuenire cognatio spiritualis inter coniuges, casu quo pater filium cõmunem leuaret è sacro fonte, aut ibi, aut in Confirmatione teneret: an autem oriatur impedimentum ad petendum debitum, dixi *cap.* 1. de Baptis. *dub.* 5. & latius Diana, ubi de positione, & redditione debiti, vide Sanchez *lib.* 7. *disp.* 54. n. 4. & *disp.* 26. *lib.* 10.

9 Sed quares, quænam requirantur ad contrahendam hanc cognationem spiritualem. Respondeo plura requiri, & assignari à DD. ut ex sequentibus constabit.

10 Primò igitur, ad hanc spiritualem cognationem contrahendam requiritur, ut in Baptismo, quado sit per infusionem, ut sit in his partibus, teneat suscipiens baptizatum; quando verò sit per submersionem, ut patrini suscipiat illum immediatè è manibus baptizantis, vel leuet è sacro fonte, & in Confirmatione, ut teneat, aut tangat cõfirmatum, quia iura, quibus dicta cognatio inducitur, vtuntur dictis, aut æquivalentibus verbis, nempe, *suscipit, accipit, tenet, leuat*, ut constat ex *cap.* 1. 2.

3. 4. & 5. 30. *quæst.* 1. & Trident. *sess.* 24. *cap.* 20 & ex alijs iuribus, quæ etiam vtuntur verbo, *tangit*, quod intelligitur de tactu suscipiendi, aut tenendi, aut alio æquivalente, præcipuè de tactu, quòd adultus tactus, quamuis non subleuatus, dicitur teneri, & quod efficere tenetur patrini, ex vi sui officij: unde si id non efficiat, hoc est, si non leuet, suscipiat, teneat, aut tangat, non solum, non satisfacit suo muneri, sed neque contrahit hanc cognationem, etiam si assit, quasi se offerens, aut in suam curam suscipiens adultum, ut probabilius cõtra Sotum, & Sa, cum alijs tenet Sanchez *lib.* 7. *disp.* 56. n. 5. Filiuc. *tom.* 1. *tract.* 10. c. 5. n. 195. Hurtado, *disp.* 18. *diff.* 3. n. 9. Villalob. 1. *part.* *tract.* 14. *diff.* 9. Diana 3. *part.* *tract.* 4. *resol.* 2. & alij, quia verba supradicta *suscipit, &c.* requirunt verum contactum. Et multo minus contrahit eam matrimonia, quando ipsa non tenet, neque suscipit immediatè de manu baptizantis, quamuis suscipiat de manu patrini, ita citatati. Nec contrahit, qui non tangit adultum dum baptizatur, aut cõfirmatur, nam in vita spirituali est paruulus, ideo eget patrinis. Nec contrahit, si tantum tangat extremitate digiti, aut tactu aliquo momentaneo, sed requiritur tactus talis, ex quo patrini dicantur tenere, aut leuare è sacro fonte, ut bene Lopez de *matrim.* c. 51. Bonac. *sup.* n. 14. & alij. Nò autem requiritur, ut patrini tãgat baptizatum immediatè, satis enim est, eum tangere, quamuis vestibus sit cõtactus, vel eum teneri in disco, vel linteo. Sa de *imped. matrim.* n. 26. Villalob. *sup.* n. 9. & alij, vide Sanchez *disp.* 56. & Henric. *lib.* 12. *cap.* 12. *num.* 3. Præter actum autem tenendi, vel suscipiendi, vel ijs æquivalentem, non requiritur ad hanc cognationem contrahendam, quòd patrini respondeant pro puero, dum sit catechismus, ut bene Sanchez *lib.* 7. *disp.* 56. Basilus *lib.* 7. *cap.* 39. Filiuc. Hurtado, Bonacina, & alij cõtra nonnullos, quia iura supra citata nullam requirunt responsionem, imò responsiones non fiunt, dum baptizatur, aut cõfirmatur, sed dum catechizatur; ex catechismo autem, secluso Baptismo, non oritur impedimentum dirimens matrimonium, ut omnes fatentur, imò neque impediens, ut dicemus *dub.* *ultim.* *huius cap.*

11 Secundò requiritur, ad hoc ut patrini contrahant hanc cognationem spiritualem, ut teneant, vel suscipiant in Baptismo solemnni, propterea si dum domi ob necessitatem baptizatur, teneant, non contrahunt illam, ut docent Sotus in 4. *dist.* 42. q. 1. *artic.* 8. Sanchez *lib.* 7. *disp.* 62. Suarez 3. *part.* q. 67. *artic.* 8. *dub.* *ultim.* Hurtado *disp.* 18. *diff.* 6. n. 20. Filiuc. *tom.* 1. *tract.* 10. *part.* 2. *cap.* 5. *num.* 197. & cum alijs Bonacin. *tom.* 1. *quæst.* 3. de *matrimo.* *punct.* 5. §. 2. *num.* 11. & Diana 1. *part.* *tract.* 4. *resol.* 2. & 17. cõtra Nauarr. *cap.* 22. *num.* 4. Cõninch *disp.* 32. *num.* 59. Basilium *lib.* 7. *cap.* 40. quã sententiam existimat probabiliorẽ Villalob. 1. *part.* *tract.* 14. *diff.* 9. *num.* 7. Ratio est, quia intentio, & susceptio baptizati in Baptismo instituta est ab Ecclesia, ut cõtemonia in solemnni Baptismo, ut ad eius solemnitatem iuuet; ergo solum contrahitur hæc cognatio in solemnni Baptismo: quod procedit, ut optime Sanchez, etiam si, qui in Baptismo priuato tenet, intendat exercere munus patrini, quia illa intentio non efficit, actum illum esse cõtemonialem, & fieri, ut cõtemonialem, quia non fit.

fit eo modo, quo institutus est ab Ecclesia; fauet Trid. *sess. 24. cap. 2. de matrim.* ubi ait, suscipi-entem contrahere, quando baptizatum tenet in sacro fonte, vel leuat, aut suscipit à sacro fonte, & ita etiam tenet Ledesm. *in sum. cap. 17. de matrim. conclus. 7. dub. 6.* Conueniunt tamen DD. baptizantē priuatim, & non solemniter in extrema necessitate, contrahere hanc cognationem, quamuis laicus sit, Sanch. *disp. 62. Bonacin. sup. num. 11.* & communiter DD. Ratio est, quia iura, quibus dicta cognatio inducitur, absolutè loquuntur de baptizante, nullum excipiendo. Hinc fit laicum, baptizantem in extrema necessitate filium suæ concubinæ, non posse illam ducere. An autem cōiux baptizans proprium filium in necessitate priuetur iure petendi, dicitur *infra cap. 10. dub. 6.*

12 Tertiò, requiritur, quòd patrini habeant intentionem expressam, vel tacitam præstadi munus patrini, hoc est, exercendi illud ministerium, & illam cæremoniam, sicut alij fideles patrini faciunt; est enim actus humanus, ideòque requirit legitimā intentionem, sicut in baptizante. Non tamen requiritur, quòd habeat intentionem contrahendi, hanc cognationem spirituales, sed sufficit prædicta intentio suscipiendi, vt patrinus, qua supposita, ex Ecclesiæ statuto confurgit dicta cognatio: imo si detur casus, vt aliquis velit suscipere à sacro fonte, & munus patrini exercere, contrahit hanc cognitionem, quamuis intendat non eā contrahere; nam cognatio non dependet à sua voluntate, sed ab officio patrini, cui est annexa ex Ecclesiæ statuto; ergo eo ipso, quòd verè vult exercere illud munus, contrahit eam. Coninch *disp. 32. dub. 2. Reginaldus lib. 30. numer. 155. Sanchez lib. 7. disp. 58. Bonacin. tom. 1. quest. 3. de matrim. punct. 5. §. 2. 15.* Hinc colligitur eum, qui tantum materialiter tenet, aut suscipit sine legitima patrini intentione, non contrahere hanc cognationem, vt si suscipiat, vt morem tantum gerat iparētibus, fingens se patrinum, vel qui tantum suscipit, vt adiunct eum, qui ob debilitatem infantem tenere non potest, vel ne puer humi iaceat, Sa *verb. impedimentum dirimens num. 26. Bonac. supra num. 16.* & alij, vide Sanchez *dict. disp. 58.* Quid si quis per errorem leuat filium Petri existimans esse filiū Pauli? Sanchez *lib. 7. disp. 58. num. 7.* existimat nō contrahere cognationem spirituales, quia in *cap. 2. de cognat. spirituali*, dicitur, coniugem, qui per ignorantiam leuauit filium mariti, non arceri à debiti petitione, ex quo, *cap. Abbas, ibi num. 4.* & alij colligunt requiri scientiam, & animum ad contrahendam hanc cognationem: idem tenet Villalobos *1. part. tract. 14. diff. 19. num. 17.* & probabilè dicit Diana *3. part. tract. 4. resolut. 16.* etsi contrarium sentiat Basil. *de matrim. lib. 8. c. 39. n. 9.*

13 Quartò requiritur, quòd patrini habeant vsum rationis, nam hoc munus est actus humanus requirens legitimam intentionem, vt dictum est, *versic. Tertiò*, quòd præstari non potest absque vñu rationis; supposito tamen vñu rationis, nō est in iure præscripta certa ætas ad hoc munus exercendum. Non tamen desideratur, vt patrinus Baptismi, vel Confirmationis ætate credat baptizatum, vel confirmatum, sed sufficit, quòd habeat vñu rationis; sic ante septēnium, si ratione careat, & sciat munus, quòd suscipit, poterit esse patrinus. Nauarr. *cō.*

*fil. 3. de cognat. spirit.* Ledesm. *cap. 17 de matr. conclus. 7. dub. 2. §. 3.* Vide Sanchez *lib. 3. disp. 62. Henriq. lib. 12. cap. 11.* & Bonac. *sup. n. 17.*

14 Quintò requiritur, quòd patrini Baptismi, aut Confirmationis sint baptizati. S. Thom. *in 4. dist. 42. quest. 1. ad 3.* Sanchez *lib. 7. disp. 60. nu. 7.* & communiter DD. quia hoc impedimentum est inductum iure Ecclesiastico, ideò non potest contrahi à non baptizato, quia non est subditus Ecclesiæ; quòd procedit, etiam si sit catechumenus, quia adhuc caret charactere Baptismali: vnde non baptizatus baptizans, aut suscipiens filium, non baptizatæ, potest ducere illius matrem nō baptizatam, non verò filiam eius, vt existimat Henriq. *lib. 12. cap. 11. num. 2. §. 3.* ait enim ex parte fidelis baptizatæ oriri impedimentum, ideò si talis infidelis baptizans, aut suscipiens conuertatur ad fidem, non poterit ducere à se baptizatam, aut susceptam. Verius tamen videtur oppositum, nempe, in hoc casu non oriri cognationem, nec ex parte fidelis, vt docent Sotus *in 4. dist. 41. quest. 1. artic. 3.* Ledesm. *in sum. cap. 17. concl. 7.* Sanch. *disp. 60.* Filiuc. *tom. 1. tractat. 10. part. 2. cap. 5. num. 194.* Hurtado *disp. 18. diff. 2. num. 7.* & cum alijs Bonac. *quest. 3. de matrim. punct. 5. §. 2. nu. 19.* Ratio est, quia hæc cognatio est quædam relatio mutua, quæ quidem petit necessariò duo extrema, cum ergo non baptizatus, qui vnum est extremum, illam non contrahat, fit inde, vt nec illam contrahat fidelis cum ipso: inde fit, vt fidelis baptizans, aut confirmans, aut suscipiens filium infidelis, quòd non contrahat hanc cognationem cum parentibus infidelibus, sed tantum in illo, quem baptizat, confirmat, aut suscipit; consequenter hūc fidelē, seu baptizatum contrahere matrimonium cum parentibus infidelibus, seu non baptizatis eius, quem baptizauit, si postea ad fidē conuertatur; nec confurgit impedimentum hoc, quando conuertuntur, vt bene Sanchez *disp. 60. nu. 11. §. 15.* & cum eo Bonac. *supra num. 21.* quidquid Hurtado, & Henriquez, quòd ab initio non subsistit, *regul. non firmatur, de regul. iur. in 6.*

15 Conueniunt tamen DD. hæreticum contrahere cognationem cum baptizato, aut confirmato, & eius parentibus, quia omnes sunt baptizati, vt supponitur, & subditi legibus Ecclesiæ. Non tamē est assumendus ad hoc ministerium, quia non est aptus ad instruendum in fide, hoc ipso, quia hæreticus est. Similiter consentiunt DD. etsi prohibitum sit Religiosis, ne suscipiant, *cap. non licet de consecrat. dist. 4.* at si suscipiant, cōtrahere hanc cognationem, eo quòd verè hoc munus exercent, ex quo ipso iure confurgit hæc cognatio. Consentit etiam, non confirmatum baptizantem, aut suscipiētem in Baptismo contrahere hanc cognationem, nā reperiuntur omnia requisita, & nulla datur iuris dispensatio in contrarium, Villalob. *1. part. tract. 14. diff. 9. num. 31.* & alij. Quòd si non confirmatum teneat, aut suscipiat in Confirmatione, probabilius & verius est non contrahere hanc cognationem, vt contra Palud. & Rebell. docent Henriq. *lib. 12. c. 11. num. 2.* Sanchez *lib. 7. disp. 60. num. 20.* Coninch *disp. 31. num. 25.* Hurtado *disp. 18. diff. 7. num. 6.* & cum alijs Bonacin. *quest. 3. de matrim. punct. 5. §. 2. num. 21.* & Diana *3. part. tract. 4. resolut. 26.* Probatum ex *cap. in Baptismate de consecrat. dist. 4.* ubi habetur, in Baptismate, vel chrismate non potest

test alium suscipere in filium ipse, qui non est baptizatus, vel confirmatus, ubi satis denotatur, non baptizatum non posse validè esse patrinum in Baptismo, neque non confirmatum in Confirmatione; nam illa particula, *non potest*, tollit potentiam, & efficit actum nullum.

16 Hoc tamen adverte, posse aliquem in Baptismo, vel Confirmatione tenere filium eius, qui suum tenuit; nullus enim textus id prohibet, quo in casu tunc duplex paternitas oriretur. *Sa verb. Matrimonij impedimenta, num. 27.*

17 Sextò, patrini debent esse determinati quoad numerum, ut statuit Tridentinum *sess. 24. cap. 2. de matrim.* his verbis: *Statuit sancta Synodus, ut unus tantum, siue vir, siue mulier, iuxta sacrorum Canonum instituta, vel ad summum unus, et una baptizatum teneant.* Quo quidem decreto consequenter prohibetur, ne duo viri, aut duæ foeminae sint patrini, præcipiturque, ne admittantur plus quam duo patrini, vir scilicet, & mulier, *ex cap. non plures de consecrat. dist. 4.* Ex quo fit, peccare Parochum, qui plures admittit patrilinos, quam hic sunt determinati: quod quidem peccatum, secundum sententiam Rodrig. 1. part. cap. 226. num. 1. Bonacinae *sup. num. 31.* & Hurtado *loco cit.* est mortale, quia est contra præceptum Ecclesiae in re graui. At Sanchez *disp. 57. num. 6. sup.* & cum Lopez, & Sanchez Villalobos *sup. num. 11.* solum existimant esse veniale, quia ante Tridentinum præceptum illud *ex dict. cap. non plures*, non obligabat ad mortale; ergo neque post Tridentinum, quod ut valde probabile sequi potest.

18 Septimò, patrini non solum quoad numerum, sed etiam quoad personas debent esse determinati, & designati, ad hoc ut contrahant hanc cognationem, ita quòd alij suscipientes, si non sunt designati, non contrahant dictam cognationem, ut expresse statuit Tridentinum *ubi sup.* dicens: *Quòd si alij ultra designatos baptizatum tetigerint, cognationem spiritualement nullo pacto contrahant.* Quo in loco Tridentinũ restringit ius antiquum, videlicet *Can. non plures de consecrat. dist. 4. et cap. fin. de cognat. spirit. in 6.* ubi dispositum erat, quòd omnes tangentes, etiam ultra designatos, contraherent hanc cognationem, quod quidem sustulit Tridentinum, & restringit ad designatos tantum: quæ quidem restrictio non solum habet locum in baptismo, sed etiam extenditur ad patrilinos in Confirmatione, ut probat Sanchez *lib. 7. disp. 56. num. 9.* & tenet Bonacina *tom. 1. quest. 3. de matrimon. punct. 5. s. 2. num. 31.* ubi dicit rationes Cardinalium, & decreta Tridentini, sicut militat in cognatione orta ex Baptismo, ita etiam militat in cognatione orta ex Confirmatione; Tridentinum enim, ait, sicut restringit cognationem ortam ex Baptismo, ita restringit ortam ex Confirmatione, ut patet *ex dict. cap. 2. præcipue illis verbis: Omnibus inter alias personas huius spiritualis cognationis impedimentis sublati.* Verum tamen est, in Confirmatione adhibendum esse vnum tantum patrinum, *cap. fin. de cognat. spirit.* quanuis in Baptismo possint duo adhiberi, si vnus sit masculus, & alter foemina. Sanchez *sup. disp. 57. n. 9.* & cù alijs Bonac. *sup.* sicque intelligendus Hurtado *disp. 18. diff. 4. n. 13.* ubi dicit, ius antiquum quoad patrilinos in Confirmatione in suo robore manere. Designatio autem patrilinorum spectat ad

parentes, vel ad alios, quibus incumbit cura baptizandi, ut innuitur in Tridentino, in eorum verò defectu pertinet ad baptizantem, quia ei incumbit, ut Baptismus legitime celebretur, quod non fieret absque patrino: ideoque præcipit Tridentinum Parochis, ut ante Baptismum inquirat diligenter, quinam patrini designati sint, & solum admittat designatos, eorumque nomina tantum in libro Baptismi scribat, aduertatque illos de cognatione, quam contrahunt; qui si negligens in hoc fuerit, venit ab Ordinario puniendus.

19 Ex hac septima conditione suboriuntur aliquæ difficultates. Prima igitur difficultas est, an quando plures non designati tangunt vel suscipiunt, contrahant hanc cognationem. Henriquez *lib. 12. cap. 21. num. 3.* Navar. *cap. 22. num. 39.* Ledesma *in summ. cap. 17. concl. 6. dub. 2.* Hurtado *disp. 18. diff. 4. num. 16.* & cum alijs Bonacina *tom. 1. q. 3. de matrim. punct. 5. s. 2. num. 24.* existimant, si omnes simul tangant, omnes contrahere hanc cognationem, siue successiue, siue simul tangant, modo id faciant, dum confertur Sacramentum, ut tenent citati, præter Bonacina. Id autem probant, quia hic casus est omissus à Tridentino, ideo standum est iuri antiquo, *cap. fin. de cognat. spirit. in 6.* iuxta quod omnes tangentes contrahunt illam: quod procedit, siue simul suscipiant, aut teneant, siue successiue, ut existimant Henriquez, & Hurtado *sup. cõtra Navar. & alios.* At Sanchez *lib. 7. disp. 57. contra Navar. & alios.* At Sanchez *lib. 7. disp. 57. art. 8. in fin.* asserunt, neminem ex his hanc cognationem contrahere, quod valde probabile, & merito, dicit Villalob. 1. part. tract. 14. diff. 0. n. 14. Id probant, quia ad rationem patrini, ex Tridentino, requiritur designatio tanquam forma, ideo ea deficiente, nec datur patrinus, nec oritur hæc cognatio.

20 Secunda difficultas est, an contrahatur hæc cognatio, quando plures, quam duo patrini designantur, aut duo viri, aut duæ foeminae contra id, quod disponit Tridentinum *dict. cap. 2. de matrim.* Suarez *sup.* docet, in hoc casu nullum contrahere, quia nullus exercet munus patrini modo præscripto à Tridentino. Probabilius tamen videtur, omnes contrahere hanc cognationem, siue re suscipiant, aut teneant, ut docent Sanchez, Coninch, Bonacina, Hurtado, Villalobos supra citati, & Ledesma *in summ. cap. 17. concl. 6. dub. 7.* & Basilius *lib. 7. cap. 30.* nam quanuis Tridentinum statuatur, & præcipiat, ut non designetur nisi vnus, aut ad summum vnus, & vna, non tamen irritat designationem plurium duobus: quo in casu non solum vnus, aut vna, qui prius incipiunt tenere, aut suscipere, contraherent hanc cognationem, ut existimant Bonacina *dict. 4. punct. 5. s. 2. num. 25.* Sanchez *sup. num. 14.* Basil. *sup.* sed etiam omnes alij, qui post vnum, aut post vnam, & vnam incipiunt tenere, vel suscipere, modo teneant, vel suscipiant, dum confertur Sacramentum, quia etiam ij tunc exercent munus patrini, ut tenet Hurtado *disp. 18. diff. 4. num. 17.* contra Bonacina, Sanchez, Suarez, & alios, existimantes valde probabiliter, solum vnum, aut vnam, & vnam, qui incipiunt tenere, contrahere hanc cognationem, quia quando alij accedunt, iam erat absolutum ministerium suscipiendi, iuxta formam Tridentini *loco cit.*

21 Tertia difficultas, quinam contrahant hanc cognationem spiritualement, quando parentes solum designarunt duos, sed Parochus plures admittit, qui omnes suscipiunt, aut tenent. Respondeo, solos designatos à parentibus contrahere. Ita Bonacina *sup. num. 17.* & alij, quia Parochi officium non est designare, quando parentes, vel ij, quibus incumbit, designarunt, sed solum indagare, quinam designati sunt, vt apertè colligitur ex Tridentino. Quid si Parochus non admittat designatos à parētibus. Respondeo, si illos iniuste expellat, si tamen teneant, verè contrahere hanc cognationem. Ratio est, quia ij verè, & legitime, vt supponimus, à parentibus sunt designati, quod requirit Tridentinum, & admissio Parochi tunc non est de essentia ad hunc effectum, ideo contrahunt, etiam si contra voluntatem Parochi teneant. Secus verò, si illos Parochus iuste expellat, vt si illi designati sint hæretici, aut Religiosi, vel si duo designati sunt eiusdem sexus; nam tunc perinde est, ac designati non fuerint, consequenter non contrahunt cognationem. Ita Bonacina *sup. num. 28.* cum Sanchez.

22 Quòd si parentes nullum designarunt, designauit tamen Parochus, ij, qui à Parocho sunt designati, contrahunt hanc cognationem, vt benè docent Sanchez *diff. 57. cit. Bonacina sup. num. 29.* Coninch *sup. num. 30.* & alij, quia quādo non sunt aliqui designati, ad Parochum spectat designare. Quod quidem alicubi contingit in Confirmatione, in qua Episcopus designat patrinum, non verò parentes, vt ait Bonacina citatus. Quid si nullus ex designatis suscipit, aut tenuit, sed quidam inuitis parentibus se ingessit? Respondet Henriq. *lib. 12. cap. 11. num. 3* hunc tantum suscipientem contrahere cognationem; nam virtualiter censetur designatus. At in opinione valde probabili, quam sequuti sumus *diff. 1.* quæ requirit necessariò expressam designationem, dicendum est, hunc non contrahere hanc cognationem, eo quòd non fuerit designatus.

23 Sed quæres, an qui suscipit, vel tenet per procuratorem, contrahat hanc cognationem. Sanchez *lib. 7. diff. 59. num. 4.* Henriquez *sup. num. 4.* Reginald. *lib. 31. num. 156.* Villalob. *sup. num. 18.* & Diana 3. *part. tract. 4. resol. 2.* asserunt, nec à principali, nec à procuratore contrahi: non à procuratore, quia non intèdit exercere hoc munus nomine proprio: nec à principali, quia iura, & Tridentinum videntur requirere contactum realem, & physicum, quem tunc non exercet principalis. Toletus *lib. 7. cap. 4.* existimat contrahi à procuratore, modò ipse eam intendat contrahere. Probabilius tamen censeo, solum contrahi à principali, vt docent Rebel. *lib. 3. quest. 6.* Coninch *diff. 32. num. 4.* Basilius *lib. 3. cap. 30.* Hurtado *diff. 18. diff. 5. num. 18.* & cum alijs Bonacina *quest. 3. de matrim. punct. 5. s. 2. num. 34.* Tum quia quæ per alium facimus, per nos facere videmur, quando iure aliquo id non prohibetur, vt non prohibetur in presenti casu, ideo verè hic per alium tenet, aut suscipit, ideoque contrahit hanc cognationem. Tum quia ipse fuit designatus, nõ verò procurator. Tum quia ita declarauit S. Congregatio Cardinalium, teste Nauarr. *lib. 5. conf. in fin. Rebello, & Coninch.*

24 Sed dices, baptizans per procuratorem non contrahit hanc cognationem, sed procurator bapti-

zans; ergo. Respondeo cum Doctoribus huius sententiæ non contrahere eam principalem, sed procuratorem baptizantem; quia qui baptizat, nõ potest baptizare nomine alieno, sed in propria persona, & nomine proprio, & vt minister Christi Domini, at potest tenere, seu suscipere nomine alieno, seu principalis potest suscipere, vel tenere per aliũ, ideo contrahit hanc cognationem principalis, & non procurator, præsertim si id consuetudine sit introductum, qualis esse videtur inter Principes, qui per procuratorem sæpe leuant infantem nobilem, teste Soto apud Filiucium *tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 5. num. 102.*

25 Quæres secundo, vtrum Episcopus dispensare possit, vt duo viri, vel duæ foeminae simul suscipiant infantem in Baptismo. Respondeo negatiuè, ita Sanchez *lib. 7. diff. 57. num. 7.* Bonac. *sup. n. 33.* & alij. Ratio est, quia Episcopus non potest dispensare in lege superioris; sed Episcopus est inferior Papa, seu Concilio Tridentino, in quo lata est lex circa patrilos; ergo non poterit in illa dispensare.

26 Quæres tertio, an qui per errorem suscipit, aut tenet filium Caij, putans esse filium Titij, contrahat hanc cognationem. Respondeo, nec contrahere cognationem cum Caio, nec cum Titio. Ita docent Sylu. *verb. Matrimonium 8. quest. 7.* Sanchez *diff. 57. num. 7.* Villalobos 1. *part. tract. 14. diff. 9. concl. 8. num. 17.* & cum alijs Bonac. *q. 3. de matrim. punct. 5. s. 2. num. 18.* Ratio est, quia etsi reuera suscipiat filium Caij, putat tamen esse filium Titij, ideo solum habet intentionem exercèdi munus patrilni circa Titij filium, & non circa filium Caij, consequenter non contrahit hanc cognationem cum Caio, eiusque filio, nisi forrè haberet intentionem suscipiendi personam præsentem, qualiscunque illa sit. Quòd si dicas, baptizantem filium Caij, quem existimat filium Titij, verè baptizare, & contrahere hanc cognationem; ergo, &c. Respondeo concedendo antecedens, si habeat legitimam intentionem, vt habere teneretur, videlicet baptizandi personam præsentem, vt dixi vbi de baptismo; nego tamen consequentiam, quia suscipies non teneretur habere intentionem suscipiendi personam præsentem. Ideo, &c.

27 Quæres quarto, an hæc cognatio oriatur, quando Baptismus iteratur. Respondeo, si quando iteratur, constat præcedentem Baptismum fuisse validum, certum esse, ex eius iteratione non oriri hanc cognationem; nam vt supra dictum est, ad hoc vt hæc cognatio oriatur, requiritur, quòd validè Sacramentum Baptismi, vel Confirmationis conferatur; non enim præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum, iuxta regulam iuris non præstat, &c. Quòd si verè dubium sit, Baptismum fuisse validum, & baptizatur sub conditione, præsumendum est, tunc oriri hoc impedimentum, quia cum non constet, primum fuisse validum, potest fieri, vt sit secundus, & consequenter ex secundo oriri hanc cognationem spiritualement. Sanchez *lib. 7. diff. 62. num. 5.* & cum alijs Bonacina *sup. num. 10.*

28 Nota, omnia, quæ dicta sunt de suscipiente, aut tenente in Sacramento Baptismi, dicenda esse de suscipiente, aut tenente in Confirmationis Sacramento, proportionè seruata, vt docent communiter

niter Doctores, & patet ex dictis, colligiturque aperte ex Trid. *sess. 24. c. de reformat.* eadem enim est ratio, & iuris Tridentini dispositio.

26 Denique aduertat Parochus, an patrinus sit patrinus Baptismi, vel catechismi tantum; nam quando est patrinus Baptismi, contrahit impedimentum dirimens; quando verò solius catechismi, solum impediens, & secundum veriore opinionem, nullum, vt dicemus infra. Quando ergo fuerint patrini solius catechismi, scribat in libro, eos fuisse patrinos solius catechismi, ne detur ansa dirimendi matrimonium futurum, vel iam contractum; scribat etiam eum, qui domi baptizauit, nam vt dictum est, ille contraxit hanc cognationem, non tamen, qui ibi tenuit, quia ille non contraxit hanc cognationem, vt ibidem dictum est.

### Dub. 9. De impedimento cognationis legalis.

1 **C**VM hoc impedimentum parum sit in vsu, ideo breuiter nos expediemus. Vide inter recentiores Sanchez *lib. 7. disp. 63.* Filiuc. *tract. 10. par. 2. cap. 5. a num. 198.* Henriq. *lib. 12 cap. 12.* Ledesm. *in summ. cap. 18.* Bonacin. *tom. 1. quest. 3. de matrim. punct. 5. S. 3.* & Hurtad. *disp. 29.*

2 Dico igitur primò, cognatio legalis est propinquitas quarundam personarum consurgens ex adoptione, ita D. Thom. *in 4. dict. dist. 42.* & communiter DD. Dicitur, *legalis*, quia hoc impedimentum non à natura, sed à lege introductum est, ideo non reperitur inter infideles, patet *ex cap. 1. de cognat. legal.* Cætera huius definitionis consistunt à simili, ex dictis de consanguinitate, & cognatione spiritali: cum autem hæc cognatio oriatur ex adoptione, videndum quid hæc sit.

3 Dico secundò, adoptio, vt docet S. Tho. *in 4. dist. 42. quest. 2. artic. 1.* Sanchez *supra*, & Coninch *disp. 32. dub. 3. n. 42.* & communiter DD. est assumptio legitima extraneæ personæ in filium, vel filiam, nepotem, vel neptem. Dicitur, *assumptio*, id est, electio. Dicitur, *legitima*, id est, secundum leges, nam à lege introducta est adoptio. Dicitur, *extraneæ*, *hæc*, id est, quæ non sit in potestate adoptantis, siue sit consanguineus, siue non. Dicitur, *in filium*, *hæc*, quia in fratrem, vel parentem fieri non potest.

4 Dico tertio, adoptio duplex est: altera perfecta, quæ vocatur etiam arrogatio: altera verò imperfecta, quæ communi nomine adoptionis donatur: perfecta est, per quam adoptatus Principis autoritate, transit in potestatem adoptantis, & illi succedit ab intestato in totum tanquam filius naturalis, & necessarius hæres, & non potest pater adoptiuus priuare illum sua legitima, seu quarta parte bonorum; imperfecta verò est, quia filius adoptantis non transit in eius potestatem, nec est eius necessarius hæres ex testamento, sed tantum ab intestato, & non requirit autoritatem Principis, sed fieri potest autoritate Magistratus. Ita DD. communiter.

5 Dico quartò, vt aliquis possit aliquem adoptare, requiruntur de iure communi hæc conditiones. Prima est, vt adoptans sit sui iuris, & maior viginti quinque annis. Secunda, vt adoptans non sit

fœmina, hæc enim absque priuilegio Principis, nõ potest adoptare. Tertia, vt adoptans habeat potentiam naturalem ad generandum, quam ad hunc effectum censentur habere secti gladio, aut facti eunuchi per morbum, aut Clerici, modò non sint impotentes, ex defectu naturali. Quarta est, vt adoptans excedat adoptatum octodecim annis, quibus concurrētibus potest adoptare etiam Sacerdos, & quilibet adoptari, modò sit præsens, nam absens non potest adoptare, neque adoptari: nec potest fieri adoptio per procuratorem. Vide Syluest. *verbo adoptio*, & Sanchez *lib. 7. disp. 63.* vbi recenset sex modos, quibus dissoluitur adoptio, videlicet per mortem naturalem, aut ciuilem, per nuptias incestuosas, propter dignitatem, quam acquisiuit adoptatus, vt si factus sit Episcopus, propter sententiã, aut emancipationem.

6 Dico quintò, cognationis legalis tres sunt species. Prima est in linea recta descendentiũ, id est inter patrem adoptantem, & filium adoptatum, filios eius, & deinceps sicut in linea recta consanguinitatis. Secunda est collateralis, seu transuersa inter adoptatum, & filios carnales adoptantis. Tertia est, quasi affinitas inter adoptantem, & vxorem adoptantis, & è contra inter adoptatum, & vxorem adoptantis, de quibus omnibus fit mentio in iure Canonico, & Cæsareo, vt videre poteris apud DD. citatos, præcipuè Sanchez *dict. disp. 63.*

7 Dico sextò, cognatio legalis non dirimit matrimonium iure naturali, in quo conueniunt DD. sed tantum iure Ecclesiastico: patet *ex Can. ita diligere. & ex Can. per adoptionem 30. quest. 1. & ex cap. unico de cognat. legali.* approbantibus leges Cæsareas, quibus primò dicta cognatio fuit indulta: est tamen difficultas, an cognatio ex adoptione imperfecta dirimat matrimonium. Affirmant Tolet. *lib. 7. cap. 4.* Basilius *cap. 14.* Hurtado, *supra dist. 2. num. 3.* Villalobos *loco citat. num. 8.* vbi ait, hoc esse iuri conformius, & alij, quia iura ita absolute, & simpliciter, absque vlla distinctione loquuntur de adoptione; quod quidem etsi probabile sit, existimo tamen non minus probabile solum oriri hoc impedimentum ex adoptione perfecta, seu arrogatione, vt docent Henriquez *lib. 12. cap. 12.* Coninch *disp. 32. num. 34.* Ochauia. *quest. 58.* Ledesm. *in summ. cap. 18. de matrim. concl. 3.* Filiucius *tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 5. num. 199.* & cum alijs Bonacin. *quest. 3. de matrim. punct. 5. S. 3. num. 2.* Probat, tum quia hæc cognatio iure Ecclesiastico indulta est ad impediendam fornicationem, quæ facile committi solet inter personas manentes in eadem domo. Ideo de ea sola intelligenda, quæ affert secum commorationem in eadem domo, id autem tantum competit perfectæ, & non imperfectæ adoptioni: tum quia potius restringenda sunt iura statutaria impedimentum dirimens, quæ amplianda, ideo cum res matrimonij sit favorabilis, iura de adoptione loquentia sunt restringenda ad adoptionem perfectam, ob idque imperfecta nõ dirimit; imò neque impedit matrimonium, vt ait Ochauia. *sup.*

8 Dico septimò, cognatio legalis in linea recta dirimit subsequens matrimonium, & hæc vltimè in perpetuum, id est, etiam si dissoluatur adoptio eo modo, quo dirimit cognatio carnalis, ita DD. communiter *ex cap. ita diligere 30. quest. 3. & inffit.*

de nuptijs, s. ergo non omnes, & l. quam etiam, ff. de ritu nuptiar. Differunt tamen DD. vsque ad quem gradum dirimat, Nauarr. cap. 22. num. 45. Toletus, Basilius. Bonacina, Villalobos, & alij ferè communiter existimant, extendi vsque ad quartum gradum, & non vltra, sicut dirimit cognatio carnalis, consequenter adoptans non poterit ducere filiam adoptatam, nec eius filiam, & sic deinceps vsque ad quartum gradum. Henriquez verò lib. 12. cap. 12. num. 3. inter adoptantem ex vna parte, & inter adoptatum, eiusque filios ex altera vsque ad secundum gradum. Denique Sanchez disp. 63. num. 34. Filiucius sup. num. 204. & Hurtado disp. 19. diff. 3. num. 8. existimant, hanc cognationem dirimere matrimonium in linea recta inter adoptatam, & adoptatum, & huius filios vsque ad quartum gradum, qui erant constituti sub potestate adoptati, quando is adoptatus fuit; secus si adoptati descendentes non erant tempore adoptionis sub ipsius potestate. Prior pars probatur, quia adoptata aliqua persona, etiam censentur adoptatæ omnes personæ, quæ erant sub eius potestate, quando illa adoptabatur, l. si pater familias, ff. de adoptionib. S. Thom. dist. 43. quest. 2. art. 3. ad 4. Syl. matrim. 8. quest. 8. dist. 2. Quare non poterit adoptans contrahere matrimonium cum filiis adoptiuis, neque cum filiis, aut nepotibus eius filij adoptiui, alijque descendentes, qui erant sub potestate filij adoptiui, dum adoptatus fuit vsque ad quartum gradum. Secunda pars probatur, quia in iure, quo dicta cognatio inducitur, nulla alia persona exprimitur in hac linea, nisi adoptans, & adoptata, & nulla persona censetur adoptata, nisi quæ erat sub potestate personæ adoptatæ, quando adoptabatur; quare adoptans poterit contrahere matrimonium cum filiis adoptati, eiusque nepotibus quibuscunque, qui erant extra adoptati potestatem tempore adoptionis. Cõueniunt tamen Doctores, durare hoc impedimentum in perpetuum, hoc est, etiam si dissoluatur adoptio.

9 Dico octauò, secunda species huius cognationis, quæ dicitur lateralis, dirimit matrimonium inter has tantum personas, hoc est, inter filium, seu personam adoptatam, & filios carnales adoptantis solum, & non inter alios collaterales. Communis Doctorum ex cap. unico de cognat. legal. vbi dicitur, matrimonium non posse subsistere inter filium legitimum, & sororem adoptiuam eius. Conueniunt etiam Doctores, hoc impedimentum non esse perpetuum, sed tantum durare, dum filij adoptantis non sunt emancipati: vnde cessat, quando filij adoptantis sunt emancipati, seu extra patriam potestatem, constat ex cap. unic. de cognat. legal. & Can. per adoptionem 30. quest. 3. ideoque si filij adoptiui emancipantur, vel si pater moriatur, possunt contrahere cum filio adoptato. Item filius adoptatus contrahere potest cum filia illegitima adoptantis. Ratio est, quia ideo filius adoptatus non potest contrahere cum filiis legitimis adoptantis, quia sunt sub potestate patris; at illegitimi non sunt sub patria potestate; ergo, &c. Ob eandem rationem adoptans potest contrahere cum filia filia adoptatæ, quia mulier neminem habet in sua potestate, insit. de adopt. §. femina. Ita Sanchez disp. 63. num. 10. & cum alijs Bonacina quest. 3. de matrim. punct. 5. §. 5. num. 8. Item, duo fratres adoptiui possunt inter se contrahere, & à fortiori

duo filij duorum fratrum adoptiuorum, nam inter hos nulla oritur cognatio. Sanchez dist. disp. 63. num. 28. Filiucius tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 5. quest. 9. num. 202. Henriquez lib. 12. cap. 12. Ledesma vbi sup. concl. 4. & communiter Doctores. Item, filius adoptantis potest contrahere matrimonium cum filia adoptati, quia nulla est inter hos cognatio. Bonacina sup. num. 6. cum Sanch. disp. 6. & alijs.

10 Dico nono, tertia species cognationis legalis, quæ dicitur affinitas, dirimit matrimonium subsequens inter has tantum personas, videlicet inter vxorem adoptantis, & adoptatum, & inter vxorem adoptati, & adoptantem, quia istæ tantum personæ iure exprimuntur, & redduntur inhabiles; dirimit autem inter has personas in perpetuum, vt constat ex l. quin etiam, l. Adoptiuus, ff. de ritu nuptiar. quæ approbatæ sunt iure Canonico, tam consuetudine introducto, quàm scripto in Can. 1. 30. quest. 3. & docent communiter Doctores. Ex quo patet, adoptantem, & parentes filij adoptiui nullam contrahere cognationem, ideo posse inter se contrahere. Filiucius cum Sanchez vbi sup.

11 Dico vltimò, cognatio legalis superueniens matrimonio non impedit debiti petitionem; non enim hoc reperitur in iure, vt docent Sanchez lib. 7. disp. 63. num. 19. Ledesma in sum. cap. 18. de matrim. concl. 4. dub. 3. Bonacina quest. 3. de matrim. punct. 5. §. 5. num. 9. Tunc superuenit cognatio legalis matrimonio, quando pater naturalis genitum sibi adoptat. At si hæc cognatio superuenit sponsalibus, illa dissoluit. Sanchez disp. 63. n. 20. Bonacina sup. Villalobos 10. part. tract. 14. diff. 100. num. 9.

12 Hoc tamen aduertendum, adoptionem legalem, quæ non fit secundum iuris dispositionem, non inducere hanc cognationem; vnde ex adoptione, quæ fit propria, & priuata autoritate nullum oritur impedimentum, quia si non adest iudicis autoritas, non est vera adoptio, ex Villal. sup. n. 12.

#### Dub. 10. de impedimento criminis.

1 Impedimentum criminis est quoddam impedimentum merè Ecclesiasticum dirimens matrimonium subsequens eorum, qui certum genus peccati commiserunt, modo, quo diximus. Dixi, merè Ecclesiasticum, quia hoc impedimentum non à iure naturali, nec diuino, sed solum ab Ecclesia est inductum, vt omnes fatentur, & ex dicendis constabit; Ecclesia enim certa crimina committentes omnino ad contrahendum matrimonium inhabilitat. Ex quo fit, hoc impedimentum non comprehendere infideles; eo quod Ecclesiæ non sint subiecti: vnde etiam si conuertantur, possunt cum socio criminis contrahere. Quod si vnus complex esset fidelis, & alter infidelis; fidelis contraheret hoc impedimentum, cum ipse sit subditus Ecclesiæ, non verò infidelis Ecclesiæ non subditus, vt docent Sanchez lib. 7. disp. 78. num. 3. Henriquez lib. 12. cap. 14. num. 2. Gutier. de matrim. cap. 105. n. 5. Bonacina tom. 1. quest. 3. de matrim. punct. 7. n. 20. Hurt. disp. 23. diff. 1. n. 2. idque colligunt ex cap. 1. de conuers. infidel. & Ledesma in sum. cap. 15. de matrim. concl. 4. Vnde si infidelis interficiat vxorem suam



suam, animo ducendi adulteram fidelem, si hæc non fuit particeps homicidij, potest infidelis, si baptizetur, illam ducere, quia infidelis non afficitur hac pœna, nec fidelis, cum non sit rea homicidij. Sanchez *sup. num. 3. & 4.* Addit tamen, & bene, Sanchez *sup. num. 43.* & cum eo Bonac. *num. 21.* contra Henriquez *sup. num. 3.* Rebllum, & alios, requiri, quòd totum delictum sit contractum à fideli post Baptismum, ideoque non sufficere promissionem, aut matrimonium fuisse factum ante Baptismum, & adulterium fuisse commissum post Baptismum: quare si infidelis contraxit matrimonium ante Baptismum, & post Baptismum commisit adulterium, non incurrit hoc impedimentum. Ratio est, quia hoc delictum, seu criminis impedimentum, non fuit integrè, & totaliter, seu ex omni parte commissum post Baptismum, sed tantum ex altera parte: at hoc impedimentum non incurritur ex vnus vno tantum delicto, sed ex vtroque, vt infra constabit.

2 Est autem impedimentum criminis quadruplex, seu quatuor assignantur crimina ab Ecclesia, & Doctoribus matrimonium dirimentia. Primum est, homicidium alterius coniugis sine adulterio, vtroque machinante, cum intentione ducendi. Secundum est, adulterium cum homicidio, vtroque, vel altero machinante, cum intentione contrahendi. Tertium est, fides data cum adulterio, absque homicidio. Quartum est, quando duo adulteri de facto contrahunt per verba de presenti, viuente adhuc altero coniuge: hæc sunt crimina, quæ iure Ecclesiastico dirimant matrimonium, concurrentibus tamen conditionibus, seu circumstantijs quibusdam, de quibus sigillatim in sequentibus. Ratio, cur hoc impedimentum ab Ecclesia est inductum, est, vt euentur mortes, & adulteria interconiuges, quæ vitari possunt, sublata spe contrahendi inter coniuges. Sit

3 Prima conclusio, homicidium alterius coniugis sine adulterio, vtroque machinante, commissum dirimit matrimonium subsequens. Ita communis Doctorum, & colligitur aperte ex *cap. 2. de conuers. infidel.* Vt autem hoc crimen dirimat matrimonium, requiritur primò, vt machinatio mortis alterius coniugis reuera sortiatur effectum, siue occidat per se immediatè, siue per alium, siue occidat ferro, siue veneno, siue fiat consilio, siue mandato, vt docent cõmuniter Doctores, ex *Can. si quis veniente 37. q. 1. & ex cap. 1. & 6. de eo, qui duxit in matrimonium.* quare si mors reuera nõ sequatur, aliquo ex dictis modis, non oritur hoc impedimentum. Nec inducitur hoc impedimentum ex sola ratihabitione machinationis, seu mortis reuera sequutæ, si nullo ex dictis modis morti cooperatus est: vt docent cõmuniter DD. apud Sanch. *lib. 7. disp. 78. n. 63.* quia in omni iure requiritur machinatio; ratihabitione autem non est machinatio physica, vt de se patet; neque moralis medio consilio, aut mandato; nam ratihabitione non æquiparatur mandato, nisi in ijs, quæ à sola nostra voluntate dependent, vt rata sint; aut quando iure exprimitur, vt contingit in ratihabitione, qua quis ratam habet occisionem violentam Clerici, *cap. quis de sentent. excommun.* Secundò requiritur, vt vir, & foemina, qui matrimonium contrahere volunt, ambo simul conspirauerint in mortem coniugis occisi, ita vt vtroque

machinante sic sequatur; vnde si vnus tantum eorum machinatus est talem mortem, non oritur hoc impedimentum (modò non adsit adulterium, de quo in sequenti conclusione) patet ex *cap. super hoc, de eo, qui duxit in matrimonium.* Quòd autem quando non adest adulterium, requiritur quòd ambo in mortem conspirauerint, constat ex *cap. 1. de conuers. infidel.* vbi, nulla facta mentione adulterij, sed solæ machinationis, dicitur, matrimonium inter vxores occisorum à Sarracenis, & inter ipsos Sarracenos, etiam ad fidem conuersos, non valere, quia vxores occisorum cum ipsis Sarracenis machinatae fuerunt in mortem suorum maritorum. Tertio requiritur, vt machinatio, seu conuentio in mortem alterius coniugis fiat animo, & intentione ducendi superstitè. Ita contra Caiet. *verb. Matrimonium, cap. 1. impedimento 5.* docent, & meritò, Sanchez *sup. num. 23.* Coninch *disp. 31. dub. 5.* Basil. *lib. 7. cap. 45.* & cum alijs Bonacina *quest. 3. de matrimonio, punct. 6. num. 4. vers. Tertia est.* Hurtado *sup. num. 3.* & alij. Ratio est, quia quauis in iure non exprimitur, insinuatur tamen in *cap. super hoc de conuers. infidel.* dum dicitur, *malitiose fuerint machinati, & in Can. si quis viuente,* dum dicitur, *occidisse notetur.* Ratio huius intelligentiæ est, quia finis huius impedimenti, seu pœnæ fuit, ne alter coniux priuaret alterum vitam, ad contrahendum matrimonium cum eo, cum quo fecit conuentionem occidendi alterum coniugem: in hoc autem casu non priuatur alterum vitam ad hunc finem; ergo secundum iuris intentionem tunc non incurritur. Addit Hurtado *sup.* cum Vazquez *1. 2. quest. 160.* necessarium etiam esse, eam intentionem exterius iudicari, quia aliter nequit puniri ab Ecclesia, à qua sola introducta est hæc pœna. Addit etiam Bonacina *vbi sup.* non requiri intentionem vtriusque machinantis mortem ad contrahendum, sed sufficere, vt vnus hac intentione occidat; nullo enim iure (ait) probatur istam intentionem requiri ex parte vtriusque. Attamen cum dictum sit cum eodem, & alijs requiri in hoc casu vtriusque machinationem in mortem alterius, & hæc dispositio sit pœnalis, videtur dicendum, requiri etiam vtriusque intentionem occidendi ad contrahendum.

4 Nota, hoc impedimentum non solum induci, quando vir occidit vxorem per se, vel alium, animo contrahendi, vt omnes concedunt, & habetur in iuribus citatis, sed etiam quando vxor ipsa, altero etiam machinante, occidit virum intentione contrahendi matrimonium, vt contra Victoriam *de matrimonio, num. 292.* & alios apud Sanchez *disp. 78. n. 8.* docent ipse Sanchez *sup.* Coninch *disp. 31. dub. 5. num. 55.* Basilus, Hurtado, & alij apud Bonacina *sup. num. 7.* quia quauis in aliquibus iuribus fiat tantum mentio machinationis in mortem vxoris; at in *Can. si quis viuente 31. quest. 1. & cap. 1. de conuers.* fit etiam mentio machinationis in mortem mariti.

5 Ex dictis sequitur, non incurri hoc impedimentum, quando quis dedit mandatum occidendi, si ante mortem reuera reuocauit mandatum, hocque innotuit mandatario; sicut nec qui consilium dedit, quod nihil influxit. Sanch. *sup. num. 7.* Bonacina *num. 5. vers. Hinc patet,* & alij, quia in dubijs casibus homicidium non imputatur mādanti, aut consulenti.

6 Sequitur secundo, nec incurri hoc impedimentum, quando mors machinata fuit, ex odio, aut ira, aut ut liberiùs explerent libidinem, si non fuit facta animo contrahendi: patet ex cap. si quis citat. vnde taliter occidens virum Bertæ poterit postea cum ea contrahere.

7 Sequitur tertio, hoc impedimentum tantum contrahi inter machinantes mortem coniugis alterius ex machinantibus, vt patet ex dictis iuribus: vnde Petrus, & Franciscus machinantes mortem vxoris Petri, vel mariti Franciscæ, non possunt inter se contrahere, bene verò cum vxore, vel viro alterius, qui non fuit cooperatus huic morti; tunc enim solum erit impedimentum impediens, quod iam non est in vsu, vt infra dub. ult. hoc cap.

8 Secunda conclusio, homicidium cum adulterio dirimit matrimonium subsequens cum adultera. Ita Doctores communiter, ex Can. si quis 31. quest. 1. cap. significasti, de eo, qui duxit, cap. super hoc, eo tit. & alibi. Vnde si Caius, qui adulteratus est cum Bertæ, occidat propriam vxorem, vt ducat Bertam adulteram, vel Bertæ virum, vt illam ducat, non valet matrimonium. Vt autem hoc impedimentum inducatur, requiruntur hæ conditiones. Prima, vt homicidium reuera sequatur, sitque adulter participatius; vnde non sufficit rati habitio, vt in prima conclusione dictum est. Secunda, iuxta Victoriam sup. & aliquos, vt homicidium sit vxoris; vnde si vir occidatur, non inducitur hoc impedimentum; verius tamen est, etiam viricidium inducere hoc impedimentum, vt dictum est sup. & cum ferè communi tenet Sanchez disp. 78. num. 8. & videtur expressum Can. si quis viuente sup. cit. dum dicitur: Nisi forte adulter, aut mulier virum, qui mortuus fuerat, occidisse noceat; ergo etiam propter viricidium incurretur. Quare si Titius interficiat Caium virum Bertæ, cum qua adulteratus fuit, & postea eam ducat, non valet matrimonium. Nec valet matrimonium, si Bertæ soluta occidat vxorem Titij, cum quo adulterata est, vt Titio adultero nubat. Non tamen est impossibile, secundum Henriquez lib. 12. cap. 14. num. 2. adulteram interficientem vxorem adulteri non contrahere hoc impedimentum. Recedendum tamen non est à communi, vera, receptaque sententia, nempe in hoc casu etiam induci hoc impedimentum. Hinc fit, si adulter occidat propriam vxorem, aut virum adultera, vt eam ducat, aut adultera vxorem adulteri, vt illi nubat, non valere matrimonium. Tertia conditio est, vt homicidium coniugis factum sit animo, & intentione ducendi illam personam, cum qua adulteratur; secus si ex ira, odio, aut alio fine sit commissum, vt dixi in prima conclusione, & cum communi docet Sanchez lib. 7. disp. 78. num. 13. Hoc enim impedimentum inductum est, ne alter coniux alterum interficeret, sine inuēdi aliud matrimoniū; ergo hoc deficiente, etiam deficit hoc impedimentum, cum restringendū sit in pœnalibus. Addit tamen Filiuc. tom. 1. tract. 10. p. 2. cap. 8. n. 253. sufficere intentionem vnus, quod libenter admitto in hoc casu, seu modo impedimenti; nā cum ad sit adulterium, sufficit, quod occidens habeat eam intentionem; sicut sufficit, vt vnus tantum machinetur mortem coniugis ad ducendam adulteram, vt clariùs infra. Hoc tamen aduerte, in foro exteriori semper præsumitur talis intentio, quando quis coniugem oc-

cidit, & vult contrahere cum ea, cum qua adulteratur: in foro tamen conscientie standum est dicto occidentis. Quarto requiritur verum, & formale adulterium, ad quod necessarium est, quod vterque habeat notitiam proprii matrimonij, aut matrimonij alterius adulteri, vt constat ex cap. 1. & 7. de eo qui duxit, in quibus, quia foemina ignorauit matrimonium alterius, ob quod non peccauit peccato formali adulterij, dicitur non incurrisse hoc impedimentum. Ita Sanchez sup. disp. 78. num. 12. Coninch disp. 31. dub. 5. num. 53. Filiuc. sup. num. 253. vers. Quinta, Bonacin. quest. 3. de matrim. punct. 6. num. 8. & alij, quidquid dicat Hurtado supra num. 6. sufficere quando vterque adulter est coniugatus, nosse proprium coniugium, quamuis ignoret coniugium alterius. Probatur nostra sententia ex cap. 1. & c. veniens de eo qui duxit, & ex cap. significasti, eo tit. & ex communiore sententia, quod etiam clarius constat conclus. seq. vnde si vir coniugatus adulteretur cum foemina, quæ nesciat ipsum esse coniugatum, & is deinde occidat propriam vxorem, vt illam ducat, non est vllum impedimentum, quia foemina non commisit adulterium formale, cum supponamus nesciuisse eum, cum quo commixta est, fuisse coniugatum.

8 Nota tamen, quod ad hoc impedimentum incurrendum, quando scilicet procedit adulterium, sufficit, quod alter coniux tantum occiderit coniugem cum intentione ducendi adulteram, quamuis adultera non sit participes homicidij, & sit omnino ignota; per hoc enim hic modus criminis, seu impedimenti distinguitur à primo, nam in primo, cum non supponatur adulterium, iura requirunt vtriusque machinationem in mortem coniugis: in hoc autem, quia supponit adulterium, sufficit, quod alter adulter machinetur mortem coniugis adulteri, vt constat ex cap. 1. super hoc cap. significasti de eo qui, & docent DD. citati, ac omnes communiter. Ex quo fit, si Titius adulter cum Bertæ, occidat propriam vxorem, inscia Bertæ, vt eam ducat, esse nullum matrimonium.

9 Tertia conclusio, fides data cum adulterio, seu adulterium cum promissione ducēdi adulteram post mortem coniugis, dirimit matrimonium subsequens cum ipsa adultera, vel adultero. Ita DD. communiter, & habetur expresse cap. relatum 31. quest. 1. cap. veniens, & cap. fin. de eo qui, & c. ibi: Si quis vxore viuente fide data promisit se illam duciturū, vel cum ipsa de facto contraxit, & c. & infra: Si prius vel postea dum vixerit vxor ipsius, illam adulterio polluisset, matrimonium tolerari non debet. Ratio huius impedimenti eadem est cum ea, quæ in superioribus conclusionibus allata est, videlicet, ne detur occasio captandæ mortis alterius coniugis. Vt autem hoc impedimentum inducatur, requiritur primò, vt promissio sit externa, siue aliquo signo exteriori expressa, nam interior tantum promissio, non habet vim promissionis, quantum ad obligationem erga homines, vt dixi in Decalog. lib. 7. cap. 17. dub. 3. nec habet adiunctum periculum machinandi mortem alterius, ad quod præcauendum ius induxit hoc impedimentum. Secundò requiritur, quod promissio externa sit ab adultero, vel adultera acceptata, nam promissio homini facta ante acceptationem non est proprie promissio, nec parit obligationem, vt di-

xi loco cit. dubi 4. vnde, secundum Sanchez lib. 7. disp. 79. num. 19. & 25. non sufficit taciturnitas illius, cui fit promissio, cum quo sentiunt Filiuc. tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 8. nu. 156. vers. Quinta, & Bonacin. tom. 1. quest. 3. de matrim. punct. 5. num. 9. quia cum noceat acceptanti, utpote incurrendo in impedimentum dirimens, non est satis taciturnitas, secus in alijs casibus, in quibus acceptatio non affert damnum acceptanti, ut pluribus Sanchez ubi supra, sufficere tamen taciturnitatem, docet Hurtado disp. 23. diff. 2. num. 9. in fin. cum Rebello, Coninch. & Basilio, censeo tamen cum Sanchez ob rationem dictam, quæ validior videtur. Deinde requiritur, ut promissio externa, & acceptata, sit vera, & ex animo facta, vnde non sufficit ficta promissio, quamvis exterius appareat sermo facta, ut docent Henriq. lib. 12. cap. 14. Rebelus lib. 3. quest. 8. & cum his Hurtad. loco citat. nu. 9. Bonac. supra num. 8. versic. Tertium. contra Sanchez supra num. 12. Coninch disp. 31. dub. 5. num. 57. & Filiuc. supra num. 256. versic. Tertia. Ratio est, quia hoc impedimentum inducitur tanquam poena, ideo restringenda videtur ad veram promissionem, ficta autem promissio non est vera promissio, sed solo nomine, obidque non inducit hoc impedimentum, sicut non inducitur, nisi quando adulterium est perfectum. Addit etiam Henriq. supra requiri etiam, quod vera promissio sit mutua, quia mutua promissio necessaria est ad sponsalia, quæ ad dictum impedimentum requiri videntur; vnde ait, altero non repromittente, non contrahi hoc impedimentum. Verius tamen est, non requiri mutuam promissionem, sed sufficere, quod vnus verè promittat, modò alter acceptet. Ita Sanchez, Coninch, Bonacina, Rebellus, & Hurtado. Ratio est, quia in cap. 6. de eo qui duxit, vbi fit mentio huius impedimenti, supponitur sufficere promissionem vnus, & in alijs iuribus, in quibus fit mentio dicti impedimenti, tantum fit mentio adulterij cum promissione, seu cum fide data, quæ verè reperitur, quâuis non sit vtrinque facta, sed ab vno, modò ab altero sit acceptata; & ex alio capite iura non requirunt reciprocam promissionem, ut patet ex cap. significasti de eo qui duxit. Addit etiam Sanch. supra nu. 11. ex promissione conditionali etiam oriri hoc impedimentum, quia ex hac etiam datur occasio captandæ mortis alterius coniugis: limitat Filiuc. supra versic. Tertia. nisi conditio esset de præterito, aut de præsentis, & conditio non extitit, nec extat. Verius tamen videtur ex promissione cum conditione de futuro, ante ipsius euentum non oriri hoc impedimentum, ut docent Coninch disp. 31. num. 59. & Hurtado supra num. 10. quia in iure ad id requiritur promissio, qualis non est conditionata ante conditionis euentum; & quia ad id promissio debet esse ante mortem alterius coniugis, ideo quando fuit à principio conditionata, necessariù est conditionem impleri ante mortem illius: quare si quis promiserit adulteræ matrimonium, si eius vir obierit, non oriri ex hac promissione impedimentum, nam si obierit, iam non est promissio viuentis coniuge, si non obierit, est nulla promissio, vide de his Sanchez supra, vbi plura. Addit deinde Filiuc. supra num. 256. versic. Secunda. satis esse, ad contrahendum hoc impedimentum, fidè dare adulteræ de contrahendo matrimonium cum persona,

quam designauerit quidam tertius, si id fraude fiat, ut scilicet tertius ille nomet ipsam adulteram: secus si non adsit talis fraus, quia tunc non datur fides contrahendi cum adultera, quia adque fractione dictæ promissionis potest ille contrahere cum alia foemina, si illam ille tertius designauerit. Quarto requiritur, quod promissio, & adulterium sint simul, id est, ut concurrant viuentis adhuc altero coniuge, siue adulterium præcedat promissionem, siue promissio sit ante adulterium, modò concurrat viuentis adhuc vxore, constat ex cap. vltim. de eo qui duxit, & habet communis DD vnde non contrahitur hoc impedimentum, si Titius copulam habuit cum Berta sine promissione matrimonij, viuentis eius viro, post cuius mortem promisit matrimonium Bertæ, quia adulterium, & promissio non fuerunt simul viuentis coniuge illius, qui est complex adulterij. Nec contrahitur hoc impedimentum, quando Titius promisit matrimonium Bertæ, mortua sua vxore qui mortua sua vxore contraxit cum Simplicia, & viuentis Simplicia carnaliter cognouit Bertam absque noua promissione, nã promissio, & adulterium, non fuerunt simul durante eodem matrimonio, Bonacin. cum alijs, quest. 3. de matrim. punct. 6. num. 12. vide Sanch. lib. 7. disp. 70. à num. 16. & Coninch disp. 31. num. 60. Nec contrahitur hoc impedimentum, quando duo promiserunt sibi matrimonium absque adulterio, sed postea poenitentia ducti resilierunt à promissione ante sequentem copulam, quæ deinde sequuta est, absque noua promissione, post dissolutionem promissionis, quia nõ concurrat adulterium cum promissione, nam fides, antea data soluta est, & extincta ante sequentem copulam; secus tamen dicendum est, si sequuta copula, & promissione, velint resilire à promissione, nã impedimentum est, eo quod concurrat adulterium cum promissione, semel autem in ductum hoc criminis impedimentum, in quocumque ex quatuor supradictis modis, semper manet, quia est perpetuum. Coninch supra num. 60. & cum alijs Bonac. loco cit. num. 11. Quando verò dubitatur, an fides data sit, vel adulterium commissum, non est impedimentum criminis, quia in dubio melior est conditio possidentis: secus tamen, si solum dubitatur, an dum promissio, & fides intercesserunt, viueret alter coniux, Sanchez videndus supra num. 36. Quinto requiritur, ut adulterium sit formale, & perfectum, hoc est, quod vterque sciat, alterum esse coniugatum, ut diximus in secunda conclusione, & docent communiter DD. & deducitur ex iuribus citatis in dicta conclus. versic. Quarto requiritur, vnde, quando ambo sunt coniugati, non sufficit, nosse vtrumque matrimonium proprium, sed præterea debet nosse matrimonium alterius, cum quo copulatur; vnde excusaret ignorantia crassa, modò non sit affectata, aut adeo crassa, ut scientiæ equiparari videatur, ut docent Sanch. disp. 79. n. 38. cù alijs & cù eo Filiuc. supra num. 256. versic. Quarta, contra Coninch supra existimantem, requiri ignorantiam inuincibilem. Hinc fit, quando vterque ignorat, superstitem esse alterius coniugem, posse vtrumque post alterius mortem celebrare matrimonium, si verò vnus tantum nouit, superstitem esse coniugem alterius, alter verò id ignorat, seu ignorat illum esse coniugatum, poterit inscius cogere conscium ad contrahendum matrimonium post mortem coniugis. Bonac.

nac. *sup. num. 8. versic. Secundum*, ex *cap. significati-  
si de eo qui duxit*. Non autem contraheretur hoc  
impedimentum, si talis promittens, credens super-  
liticem esse coniugem, cum reuera mortua sit, pro-  
misse, quia tunc reuera non concurrat adulterium  
cum promissione. Ita cū Sanchez, & Coninch Bo-  
nacin, *loco cit.*

9. Quarta conclusio, adulterium coniunctum  
matrimonio inducit impedimentum dirimens sub-  
sequens, hoc est, facit quod mortua sua vxore, non  
possit de nouo valide contrahere cum adultera, cū  
qua, viuente vxore, de facto contrahere attentauit,  
inhabilitatur enim hic ob tale crimen ab Ecclesia ad  
contrahendum, etiam mortua vxore, cum adultera,  
cum qua quidem alias validè contrahere posset, ni-  
si ab Ecclesia fuisset ob crimen inhabilitatus, patet  
ex *cap. citat. in 2. & 3. conclus.* præcipuè, ex *cap.  
fin. de eo qui duxit*. & tenet communis. Vnde, si Ti-  
tius, viuente vxore, copulam habuit cum Berta, &  
cum ea de facto per verba de presenti contraxit ma-  
trimonium, non poterit, mortua vxore, matrimo-  
nium contrahere cum Berta validè; quod procedit,  
siue matrimonium præcedat adulterium, siue subse-  
quatur, modò hæc duo concurrant viuente altero  
coniuge. Requiritur tamen primò, vt prius ma-  
trimonium validum fuerit, quamuis non fuerit cō-  
summatum, quia iura requirunt formale adulteriū,  
quod quidem esse non potest, nisi prius matrimo-  
nium, contra quod peccatur, sit validum, & hoc  
procedit in casu secundæ, & tertiæ conclusionis ob  
rationem dictam: sufficit tamen, quod prius matrimo-  
nium sit ratum; nā est verum matrimonium, aut  
quamuis sit dissolutum, seu separatum quoad habi-  
tationem tantum per diuortium: sufficit etiā, quod  
matrimonium, quod adulteri contrahunt, sit clan-  
destinum, vt docent Sanchez, Filiuc. Coninch, &  
cum alijs Bonac. *q. 3. de matrim. punct. 6. n. 8. ver-  
sic. Secundum præceptum*, quia iura, & DD. absolu-  
tè dicunt, adulterium cum matrimonio coniunctū  
inducere hoc impedimētum. Hoc tamen difficile ef-  
se existimat Hurtado *disp. 23. diff. 2. n. 8.* & meri-  
tò, quia quod adulterium cum matrimonio inter  
adulteros dirimat matrimonium, etiā mortua vxore,  
est poena; ergo restringenda ad verum, & vali-  
dum matrimonium. Secundò requiritur, vt adu-  
terium sit vtrique notum, vt diximus *in 2. & 3. concl.*  
& docent communiter DD. vnde, non induceretur  
hoc impedimentum, si ipsa ignoraret eum, cum quo  
contrahit matrimonium, esse coniugatum; vnde si  
dum sciuerit, illum esse coniugatum, se separat ab  
illo, & illū amplius non cognoscit, poterit mor-  
tua illius vxore, cum illo matrimonium inire; mi-  
nime verò, si adueniente sciētia matrimonij illius,  
eum cognoscat, quia iam tunc, viuente alterius vxore,  
adest formale adulterium coniunctum cū matrimo-  
nio. Tertio requiritur, tam in hoc casu, quam  
in secundo, & tertio, vt copula adulterina sit per-  
fecta, hoc est consummata cum emissionē seminis  
intra vas, aliter enim adulterium non censetur om-  
nino perfectum; vnde non sufficeret conatus ad cop-  
ulam, ea non sequuta; quia iura requirunt adu-  
terium, & sumus in poenalibus. Filiuc. *tom. 1. tract. 10. p. 2. nu. 256. versic. Sexta*. & alij, vide eundem  
*loco citat. q. 5. Sanchez lib. 7. disp. 79. Bonacina lo-  
co citat. & Hurtado ubi sup.*

10. Nota, promissionem matrimonij cum aliqua

post mortem coniugis esse illicitam, & sic promit-  
tentem peccare mortaliter, vt docent Sanchez *lib.  
7. disp. 79. n. 40.* Filiuc. *sup. n. 255.* & cum alijs  
Bonacin. *loco citato n. 10.* quia datur occasio captā-  
dæ mortis alterius coniugis, *cap. fin. de eo qui, &c.*  
ideo peccat etiam mortaliter acceptans talem pro-  
missionē, quia cooperatur peccato alterius: item,  
invalida est omnino talis promissio, quia ei resistit  
ius, & est occasio ad peccatum. Ita citati.

11. Ex dictis colligitur, adulterium solum non  
inducere hoc impedimentum, nec obtare matrimo-  
nio, nisi coniungatur cum homicidio coniugis, aut  
cum promissione ducendi adulteram, aut cum ma-  
trimonio adulteræ, viuente altero coniuge, modo  
supra explicato *in 2. 3. & 4. conclus.* nam iura su-  
pra citata semper coniungunt adulterium, aut cum  
homicidio, aut cum promissione ducendi adulte-  
rum coniugem, aut si de facto adulteram ducat: vnde  
si quis viuente sua vxore, adulteratus est cū Ber-  
ta, cuius virum non occidit, nec viuente sua vxore  
cum illa contraxit, aut matrimonium promisit,  
potest, mortua ipsius vxore Bertam valide ducere.

12. Colligitur etiam, hoc impedimentum tantū  
induci inter personas, quæ sunt participes criminis  
ob quod hoc impedimētum ab Ecclesia imponitur;  
vnde si duo machinantur alterius coniugis mortē,  
vt alter eorum contrahat cum tertio, qui non fuit  
homicidij complex, valet cum illo matrimonium.  
Item, nec incurritur hoc impedimentum, quando  
adulter occidit vxorem, animo ducendi aliquam in-  
determinatam, modò non habeat intentionem du-  
cendi illam, cū qua peccauit. Nec qui occidit vxore  
in flagranti crimine adulterij deprehensam, ni-  
si fortè per dolum dederit causam adulterij, vt eam  
posset occidere, & ea mortua, contrahere possit  
cum alia complice talis machinationis, seu proprij  
adulterij. Bonac. *tom. 1. q. 2. de matrim. punct. 4. n.  
17. & 18.* vide Henric. *lib. 12. c. 14.* Reginaldum  
*lib. 31. c. 10. n. 127.* & Sanch. *lib. 7. disp. 78. & 79.*  
Item, qui occidit propriam vxorem, vt matrimo-  
nium contrahat cum adultera, quamuis non possit  
cum ea contrahere, tamen cum quauis alia potest  
validè contrahere, nam hoc impedimentum indu-  
ctum est, ne possit cum adultera contrahere, non  
verò cum alia. Sanchez *disp. 78. n. 21.* Bonac. *sup.  
n. 14.* & alij. Incurrit tamen impedimentum impe-  
diens, qui propriam vxorem occidit, vt infra San-  
chez *disp. 70. n. 41.* Coninch. *disp. 31. num. 64.* &  
DD. communiter.

### Dub. 11. De impedimēto disparitatis cultus

1. Per cultus disparitatem intelligunt DD. quā-  
do vnus ex contrahentibus est baptizatus,  
qui communiter dicitur fidelis, alter verò non est  
baptizatus, qui dicitur infidelis.

2. Dico igitur primò, matrimonium baptizati  
cum non baptizato est irritum iure Ecclesiastico, pa-  
tet, ex Concil. Tolet. *3. c. 4.* & ex vsu, & consue-  
tudine Ecclesiæ, & Apostolorum traditione, nam  
ab anno quadragesimo semper creditum est in  
Ecclesia, eiusmodi matrimonium esse nullum, vt  
testantur Bellarmin. *de matrim. cap. 13.* Sanchez  
*lib. 7. disp. 71.* Etenim etsi hoc impedimentum nõ  
reperitur in iure expressum, potuit tamen intro-  
duc-

duci consuetudine, nam vt diximus *hoc cap. dub. 2.* consuetudo potest inducere impedimenta matrimonij. Conuenientia est, quia cum apud nos matrimonium sit Sacramentum, non debuit tribui incapaci, qualis est non baptizatus: procedit etiam hæc conclusio, quamuis baptizatus contrahat cum catechumeno nondum baptizato, quia catechumenus caret ianua Sacramentorum, & est incapax Sacramenti, *cap. caue 28. q. 1. Gloss. verb. Si Christiana, & communiter DD.* Ob eandem rationem inualidum erit matrimonium baptizati cum fictè, & inualidè baptizata, aut hæretici, seu apostatæ cum non baptizato, quia hæretici, seu apostatæ cum sint baptizati, subduntur legibus Ecclesiæ, ideo Ecclesia potuit irritare illorum matrimonium, cum non baptizato. *Filiuc. tom. 1. tract. 10. p. 2. c. 7. n. 225. & alij.*

3 Dico secundò, matrimonium baptizati cum non baptizato nõ est irritum iure naturali, nec diuino, sed tantum Ecclesiastico. *Sanchez lib. 7. disp. 71. n. 7. Coninch disp. 21. n. 41. Bonac. cum alijs q. 3 de matrim. punct. 7. n. 2. Filiuc. sup. 226. & alij.* Quòd dirimat iure Ecclesiastico, probatum est in prima cõclusionione. Quòd autem nõ dirimat iure naturali, probatur: tum, quia disparitas in Baptismo nullam ex natura rei habet disparitatem cum matrimonio, non enim aduersatur fini matrimonij, cù proles possit procreari, & educari etiam in Christiano cultu. Tum, quia multi sancti Patres ita contraxerunt, tum in lege naturæ, vt Iacob cum filiabus Laban Gentilis, Ioseph cum Egyptia, Moyse cum filia Ietro Aethyopisa. Tum in lege scripta, vt Ester cum Assuero, Salomon cum filia Pharaonis, Daud cum filia Regis Gessur 2. Regum. 3. Tum in lege gratiæ, vt sancta Monica cum Pagano, S. Clotildis cum Clodoueo, de quibus *Bellarmin. loco cit.* Erit tamen illicitum ex natura rei tale matrimonium, quando scilicet, adest probabile periculum malæ educationis proles, aut desertionis fidei in persona fideli, *Sanchez, Bonac. sup. & alij.* Quòd non dirimat matrimonium hoc impedimentum de iure diuino, patet, quia de eo iure diuino non cõstat in noua lege, imò in lege gratiæ nullũ ius diuinũ postituum agnoscitur, nisi de ijs, quæ pertinent ad fidem, & ad recipienda Sacramenta; Christus enim Dominus nihil immutauit in matrimonio pertinens ad ius naturæ, sed tantum eleuauit ad esse Sacramenti. Ita *Sanchez supra num. 7. Coninch disp. 52. dub. 3. Filiuc. sup. n. 226. vers. Secundò, Hurtado dispus. 24. diff. 1. n. 2. & communiter DD. contra Vazq. disp. 2. n. 20.* Hinc fit, neque iure diuino tale matrimonium esse prohibitum; restat ergo, hoc matrimonium tantum esse irritum iure Ecclesiastico.

4 Ex hac cõclusionione sequitur, posse Papam ex iusta causa dispensare, vt baptizatus contrahat cum non baptizato, quando non adest vllum periculum subuersionis, aut scandali. Ratio est, quia Papa potest dispensare in iure Ecclesiastico; at hoc impedimentum, vt probatum est, solo iure Ecclesiastico dirimit matrimonium; sed Pontifex dispensare potest in iure Ecclesiastico; ergo hæc dispensatio cum causa erit valida, & licita; cessante autem iusta causa, etsi tunc validum sit matrimonium, eo quòd solo iure Ecclesiastico irritum sit, dispensatio autem non excusaret contrahentes à peccato mortali contra ius diuinum, videlicet, ob periculum peruersionis, & scandali. *Filiuc. supra num. 227.*

vide *Sanch. lib. 7. disp. 70. n. 10.* Hoc autem in casu tale matrimonium erit verum, & legitimus contractus naturalis, non tamen erit Sacramentum, vt dixi supra, quia matrimonium est vnum Sacramentum, quod ex duobus perficitur, & cum non possit esse Sacramentum ex parte non baptizati, ita neque ex parte baptizati, vide *Henriq. lib. 12. c. 13. 5.*

Sequitur secundò, matrimonium personæ baptizate fidelis cum baptizata infideli, vt si hæreticus, vel apostata contrahat cum fidele, non esse irritum, etiam de iure Ecclesiastico, quia in nullo iure reperitur irritum, imò in *cap. de hæret. in 6. sup.* ponitur valere tale matrimonium, tantum enim ibi priuantur vxores dote in pœnam delicti, si scienter nupserunt hæreticis, at non iubentur separari, si autem esset irritum, separari debuissent. Nec in *Can. caue, 28. q. 1.* irritatur, sed tantum prohibetur. Nec obstat *Can. 27. in 6.* vbi dicitur, tale matrimonium esse dissoluendum, quia vel caret illud Concilium autoritate, vt docent *Sanch. disp. 72. num. 2. q. 7.* eo quòd dictus Canon cum alijs multis Canonibus, quos *Trullanos* vocant, editus fuit à nonnullis Episcopis, post dissolutam dictam Synodum: vel dici potest, illud statutum reuocatum esse per contrarium vsum Ecclesiæ: & potest confirmari, quia cum omnes sint baptizati, vt supponitur, sunt capaces Sacramenti, & pares in Baptismo, quamuis dispares in fidei professione, & periculum subuersionis tantum efficit, vt sit peccatum mortale contra ius diuinum (vt infra) naturale, & postituum, non tamen facit illud irritum, sicut neque inter fidelem, & infidelem, vt supra probatum est. Nihilominus tamen etsi validum sit tale matrimonium, est tamen iure optimo ab Ecclesia prohibitum ob periculum peruersionis, quod imminet coniugi fideli, & proli: *Can. caue, Can. non oportet; Can. si quis Iudæ 28. quest. 1.* Idque confirmat vsum Ecclesiæ; vnde esset peccatum mortale sic contrahere, vt docent *Sorus disp. 39. quest. vnic. artic. 2. ad vltim. Nauarr. cap. 12. num. 49.* cù alijs *Sanch. disp. 72. n. 4. Filiuc. tom. 1. tract. 10. p. 2. c. 7. num. 228.* Excipe tamen loca, in quibus Catholici passim viuunt cù hæreticis, vt Germania, Gallia, Polonia, nam ex recepta consuetudine non peccant Catholici nubentes cum hæreticis, dummodo Catholici libere permittantur, & absq; periculo peruersionis permanere in fide. *Nauarr. conf. 1. n. 59. q. 60. de consue. AZOR tom. 2. lib. 8. c. 11. q. 6. Sanch. sup. n. 5 & alij.* Nec ideo persona Catholica cooperatur sacrilegio, quod alter committit, quia persona hæretica potest se disponere ad gratiã, & sua malitia nõ vult, ideo illi est imputandum. Hinc colligit, posse dispensare Põtificè in huiusmodi prohibitione, eo quòd solũ sit de iure Ecclesiastico, qua supposita & cessante periculo subuersionis, tale matrimonium, non solum validum, sed etiam licitum erit, vt tenet communis opinio *Theol. disp. 39. vbi S. Tho. D. Bonau. Durand. Ricard. Sorus, & Canonistæ in cap. non oportet 28. q. 1. & Sũmissæ verb. matrimonium.* quos refert, & sequitur *Sanch. lib. 7. disp. 27. n. 4.*

6 De matrimonio infidelium, & an dissoluantur per alterius conuersionem ad fidem, & an ij separandi sint, dixi *hoc lib. cap. 4.*

*dub. 4.*

## Dub. 12. De impedimento vis.

**Q**uando vis, & metus dirimant, aut, ut propriè loquamur, irriterant matrimonium, dixi hoc lib. cap. 6. dub. 1. & 2. vide ibi, & Nauarr. cap. 22. à num. 5. Ledesm. in sum. cap. 7. de matrimon. Sotus in 4. dist. 29. quest. 1. Henric. lib. 11. c. 9. Sanchez lib. 4. disp. 14. Reginald. lib. 31. à num. 76. Coninch disp. 28. dub. 1. & cum alijs Bonacin. tom. 1. q. 3. de matrim. punct. 8.

## Dub. 13. De impedimento Ordinis.

**R**euocandum est ad memoriã, Ordines, alios dici maiores, seu sacros, alios minores, seu non sacros, de quibus dixi lib. 7. cap. 3. dub. 1. Maiores sunt Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus, seu Sacerdotium. Minores verò sunt Hostiarius, Lector, Accolitus, & Exorcista.

**D**ico primò, Ordines minores, seu non sacri, & à fortiori prima tonsura, non dirimunt, imò nec impediunt matrimonium subsequens, ita Nauarr. cap. 25. num. 120. Sanch. lib. 7. disp. 31. Bonacin. cum alijs, q. 3. de matrim. punct. 9. num. 1. Filiuc. tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 4. num. 129. & DD. communiter. Probatur primò ex cap. si quis eorum, dist. 32. & cap. 1. de Clerico coniugio. Secundò ratione, quia in tãtum Ordo repugnat matrimonio, illudque impedit, in quantum habet annexum votum continentie, ut infra, at Ordines minores nõ habent annexum votum continentie, ut dixi lib. 7. c. 1. dub. 5. ergo, &c. Quod procedit, etiã si recipiens minores crederet, illis adnexũ esse votũ solenne castitatis: ratio est, quia talis non habuit intentionem per se vouendi, sed quatenus existimabat, votum esse adnexũ Ordinibus minoribus, & accessoriè ad illos; cum ergo reuera non sit adnexũ, non est cur teneatur, Sanch. sup. n. 5. Filiuc. & Bonac. loco cit. Hinc fit, initiatũ minoribus nõ peccare mortaliter, si matrimonium cõtrahat, quia nullo iure illi prohibetur, ut DD. cõmuniter imò nec peccat venialiter, si eũ iusta causa retrocedat, & ducat vxorẽ, quamuis viduã; sicut nec peccat nouitius venialiter intra annum ex iusta causa egrediens: si verò absque iusta causa, est tãtum veniale, saltem quando ducit viduam, quia reddit se incapacem ad obeunda munera illorũ Ordinũ propter irregularitatem; quòd si virginem duxerit, valde probabile est, nec peccare venialiter. Sanchez sup. n. 12. Sequitur etiã, non peccare eũ, qui recipit primam tonsurã, aut Ordines minores, animo non ascendendi ad maiores Ordines, quia nõ tenetur habere huiusmodi animum, aut intentionem superius ascendendi, cum id nullo iure exigatur, nec in Trident. sess. 23. cap. 4. de reformat. vbi agitur de conditionibus ordinandorum, fit mentio huius intentionis. Nec peccat saltem mortaliter, sed ad summum venialiter, qui recipit minores, aut primam tonsuram cum intentione tantum euitandi forum seculare, videtur enim uti iure suo. Nauarr. cap. 7. num. 15. Bonacina supra num. 6. Filiuc. loco cit. num. 131. cum Sanchez d. sp. 31. Limita, modò nõ habeat aliquam intentionem mortalem, qualis esset, ut liberius posset vlscisci iniurias, Sanchez

sup. num. 17. Consequenter fit, Episcopum non peccare mortaliter conferendo minores Ordines illi, qui non habet animum ascendendi ad maiores, Bonac. sup. n. 7. Sanchez loco cit. & alij.

**D**ico secundo, Ordo sacer, etiam Subdiaconatus, dirimit matrimonium subsequens. Ita definitum est, cap. 1. & 2. qui Clerici, vel conuentus, &c. c. vnico de voto, in 6. & alibi, & nouissimè in Trident. sess. 24. Can. 3. tanquam de fide. Ita etiam cõmuniter DD. apud Sanchez lib. 7. disp. 28. Coninch de sacram. Ordinis, disp. 20. dub. 11. & Bonac. quest. 3. de matrim. punct. 9. num. 8. Ratio est, quia cõgruum est, ut ministrantes Christo sint cælibes. Etenim nunquam fuit permillum in Ecclesia, etiam in Græca, ordinatos in sacris transire ad matrimonium, ex cap. si quis eorum, dist. 32. & sexta Synodo generali, ut pluribus probat Azor tom. 1. lib. 11. quest. 3. & 5. Ideoque Græci post matrimoniũ initum ordinati in sacris non possunt, mortua vxore, valide transire ad secundas nuptias: hæc est eĩm differentia inter Græcos, & Latinos, quod Græcis licet post matrimonium contractũ ascendere ad sacros Ordines, & uti matrimonio, Latinis autem minime, ut dixi lib. 7. cap. 1. dub. 5. n. 1. vide de his Azor tom. 1. lib. 13. c. 12. q. 3. & Bellar. lib. 1. de Cleric. c. 21. Sanch. lib. 7. disp. 28. & Bonac. sup. n. 13.

**D**ico tertio, Ordo sacer non iure diuino, nec naturali, sed sola Ecclesiæ cõstitutione dirimit matrimonium subsequens. S. Thom. in 4. dist. 37. q. 1. art. 1. Sotus lib. 7. de iust. q. 5. art. 3. ad 2. Ratio est, quia votum solene castitatis ex sola Ecclesiæ cõstitutione est adnexum Ordini sacro, ut dixi lib. 7. c. 1. dub. 5. sed nullitas matrimonij oritur ex voto solemnij, ergo, &c. Etenim votum hoc nõ est solenne sua natura, sed tantum ex Ecclesiæ cõstitutione, ergo non dirimet matrimonium subsequens, nisi ex eadem Ecclesiæ cõstitutione. Imò Ordo ipse sacer, quamuis a Christo Domino institutus, ratione sui, voto dicto excluso, non dirimit matrimoniũ iure diuino positiuo; quia de illo non constat, neque iure naturali, nam Ordo sacer sua natura non est incompossibilis cum traditione, qua quis alteri tribuit dominium sui corporis ad vsum conjugalem, ut de se patet; ergo Ordo sacer, tam ratione sui, quam ratione voti tibi annexi tantum dirimit matrimoniũ iure Ecclesiastico, ut docent citati, & Rebell. lib. 2. q. 4. Vazq. 3. p. dist. 349. c. 2. Hurtad. disp. 16. diff. 1. n. 2. & 3. Nihilominus tamen etsi non dirimat matrimoniũ iure diuino, & naturali, impedit tamen illud iure diuino naturali; quia obligatio est de iure diuino naturali; ergo cum sit votum castitatis, obligat ex se iure diuino naturali ad non contrahendum matrimonium, ut dicitur infra de impedimentis impediens tantum. Hinc fit, posse Papam dispensare in hoc impedimento, cum grauissima causa cõcernenti bonum commune; at si absque causa iusta dispensaret, valeret quidem matrimonium, quia fuit sublatum impedimentum, eo quòd sit hoc impedimentum solum de iure Ecclesiastico, esse tamen tunc illicitum tale matrimonium, quia etsi votum castitatis non faciat iure naturæ inualidum matrimonium, ut dictum est, facit tamen illicitum, quia votum includit abstinentiam à copula, quam matrimonium includit. Bonacin. supra numer. 12. & communiter DD. apud Coninch sup. disp. 20. de Ordine, n. 114.

5 Ex hac conclusione colligitur esse validum matrimonium, quotiescumque, Ordo sacer susceptus inualidus est propter aliquem defectum essentialem, ut quia ordinans finxit se Episcopum, aut si ordinatus non habuit intentionem recipiendi Ordinem sacrum. Sanch. *lib. 7. disp. 77. n. 13.* Bonac. *sup. n. 8.* & alij, ac dixi *lib. 7. c. 1. dub. 5. vers.* Sequitur primò, & in Decalog. *lib. 2. c. 2. dub. 1. num. 7.* tenet Coninch *disp. 20. dub. 1. n. 133.* Ratio est, quia taliter ordinatus non tenetur voto castitatis, etiam simplicis, eo quod suscipiens Ordinem sacrum non vouet per se, & expresse castitatem, sed tantum secundariò, & implicitè, & dependenter ab Ordine sacro, quatenus scilicet, id votù est annexum Ordini, què putat suscipere; cum ergo principale non subsistat, ita nec secundarium, & accessorium per accidens ei adnexum.

6 An autè ordinatus, ignoràstamen inuincibiliter votù castitatis esse adnexù sacro Ordini, còtrahat hoc impedimentù, patet ex dictis *lib. 7. c. 1. dub. 5. vers.* Sequitur tertio, in qua re existimo cù Sanch. *sup. disp. 27.* Bonac. *loco cit. n. 10.* Hurtad. *disp. 16. diff. 2. n. 4.* & alij, contra Vazq. *3. p. disp. 34. n. 98.* & dixi in Decal. *lib. 2. c. 2. dub. 1. n. 6. in fin.* illud contrahere, nà qui vult expresse statum aliquè, vult etià ea, quæ sunt illi statui adnexa, quale est votum sacris Ordinibus adnexum: at hic casus vix potest in Ecclesia Latina contingere.

7 Verum verò ille voto castitatis obligetur, qui ad Ordines sacros accedit, sciens illis adnexum esse votum castitatis, sed illud positiuè respuit, seu non vult se ad votù castitatis obligare, dixi in Decal. *lib. 2. c. 2. dub. 1. n. 7. n. 12.* vbi ostendi non teneri voti ratione ad castitatè, cum votù absq; voluntate vouendi non subsistat, teneri tamen ad castitatem ex statuto Ecclesiæ, quæ præcipit obseruantiam castitatis illi, qui voluit ordinari, & noluit vouere, illumq; facit inhabilem ad matrimonium; ideoq; si hic nubat, erit nullù matrimonium, & tenebitur ad alia onera sacro Ordini adnexa, ut ad horas Canonicas, ut cum Sanch. Nauarr. & Bonac. dixi *loco cit.* vide ibi, & Bonac. *q. 3. de matrim. punct. 9. num. 11.* ac Sanchez *lib. 7. disp. 27. n. 12.*

8 Difficultas tamen est primò, an ordinatus per vim, aut metù sit inhabilis matrimonio, seu an Ordo sacer per vim, aut metù susceptus dirimat matrimonium subsequens Respòdeo, & dico primò, Ordinatus per vim absolutam, seu omnino inuitus, non est ordinatus, consequenter non tenetur ad votum castitatis, & potest validè contrahere matrimonium. Ratio est, quia ad validitatem Ordinis requiritur voluntas suscipientis, sicut ad alia Sacramèta, alioquin caractèr non suscipitur. *c. maiores de Bapt.* Similiter ad votù requiritur voluntas: & libertas, cù huius obligatio oriatur ex propria voluntate, & ideo in hac còclus. conueniunt omnes apud Sanch. *lib. 7. disp. 29. n. 1.*

9 Dico secundò, ordo per metum grauè (secus si fuerit leuis) susceptus seu cadentem in virù constantem nò dirimit matrimonium, si fuerit incussus à causa libera: hæc conclusio patet ex dictis in Decalog. *lib. 2. c. 2. dub. 3. per cor. præcipuè n. 11.* & eam tenent Sanch. *sup. n. 5.* Coninch. *disp. 20. de Ord. n. 145.* Filiuc. *com. 1 tract. 10. p. 2. c. 4. n. 124.* Bonac. *sup. n. 11. vers.* Dixi, & alij apud Sanch. & Coninch contra Hurtad. *disp. 16. diff. 2. n. 5.* Probatur, nam ex duplici capite potest esse irritum hoc

matrimonium, aut ratione voti, aut ex constitutione; at non est irritum ratione voti, quia tale votum est nullum; nec ex constitutione Ecclesiæ, qui Ecclesia solum intendit obligare eos, qui voluntariè suscipiunt sacros Ordines non verò eos, qui suscipiunt eos per metum grauè. Dixi, *grauè*, nà metus leuis non irritat votum, ut dixi *loco cit.* & tenet communiter DD. Hinc fit eum, qui per metum grauè ordinatus est, si nolit uti Ordine, non teneri ad castitatem, nec ad Officiù diuinum, nec gaudere priuilegijs clericalibus, onera enim illa sunt Ordinibus sponte suscepti. Nauarr. *c. 22. n. 51.* & qui non sentit onus, non debet consequenter gaudere còmodis, Glossa *c. 161. dist. 74. verb. honorem.* Azor *tom. 1. lib. 13. c. 14. q. 8.* At si metu graui ordinatus ratificauerit sponte ordinationè verbis, aut factis, aut semel, vel pluries vtendo Ordine suscepto, tenetur ad supradicta, Sanch. vidèdus *disp. 29.* & Coninch *n. 50.* & cù his Bonac. *sup. n. 12.* Antequàm autem hic sic ordinatus ratificet suam ordinationè, vel Ordine, sic suscepto vtatur, habet liberà facultatem, ut possit matrimonium còtrahere; coget tamen illum Ecclesia, vel ad emittendum de nouo votum continentiæ, vel ad abstinendum vsu, & exercitio suorum Ordinù, ut cum Sanch. dixi in Decalog. *loco cit. n. 11.*

10 Secùda difficultas, an ordinatus ante vsum rationis teneatur seruare castitatem, ita ut matrimonium ab ipso postea celebratù sit inualidù. Hurtad. *disp. 16. diff. 2. num. 4.* Paludanus cum ipso, Ledesma, D. Antoninus, & Rebell. respondet talè ordinationè dirimere matrimonium subsequens, nò ratione voti, quia nullù fuit, sed ratione iuris Ecclesiasticè Ordini annexi: verius tamen existimo, sic ordinatum, nec ratione iuris Ecclesiastici fieri inhabile ad contrahendum, ut dixi *lib. 7. c. 1. dub. 5. vers.* Sequitur secundò, & docent Sanch. *lib. 7. disp. 30.* Hèriq. *lib. 10. c. 14.* Filiuc. *com. 1. tract. 10. p. 2. c. 4. n. 128.* & cù alij Bonac. *q. 3. de matrim. punct. 9. 14.* Et quidem non ratione voti, quia ut omnes concedunt, nullù datur in hoc casu, cù ad illud emittendù requiritur vsus rationis, nec ex præcepto Ecclesiæ; credibile enim nò est, velle Ecclesià hunc suo præcepto obligare ad castitatem, nisi Ordines susceptos ratificauerit: inde istius matrimonium erit validù, si postquam ad vsum rationis peruenerit libere votù nò ratificauerit dictò, vel factò: quare huiusmodi infanti, postquàm ad vsum rationis peruenerit, dàda est optio, an velit in Ordine sic suscepto permanere, an vero resillire; qui, si vult permanere, manebit vinculo castitatis adstrictus, si autem noluerit in ordine permanere, manebit ab ordine suspensus.

11 Idem ac de infanti, cum multis existimant Sanchez *supra num. 8.* dicendum de Ordinato ante pubertatem, cum quo etiam sentit Filiuc. *sup. n. 128.* quia sicut professio non obligat ante decimù sextum annum, ita nec votum Ordini sacro adnexum videtur obligare ante pubertatem; imò nec ante annum decimù sextum: ex quo infert Sanchez, hunc nò teneri ad castitatem, nisi post annum decimù sextum votum ratificet, consequenter posse matrimonium contrahere, si votum non ratificauit, nec teneri voto non ratificato ad horas Canonicas. Probabilius tamen, & verius existimo, habentem vsum rationis, & ordinatum ante pubertatem teneri voto castitatis, & ad horas Canonicas, & non posse validè contrahere matrimonium, ut docent Sotus

lib. 7. *quæst.* 2. *artic.* 5. Sayrus in clavi. lib. 6. cap. 5. num. 9. Coninch *disp.* 20. de Ordine. *dub.* 14. 2. 136. Caietan. 2. 2. *quæst.* 88. *artic.* 9. Bonac. *supra num.* 16. & cum alijs Hurtado *disp.* 16. *diff.* 2. num. 6. Ratio est, quia hoc votum, quamvis solenne, potest fieri valide ante decimum sextum annum, etiam si professio solennis in Religione ante decimū sextū annū valide fieri nō possit; nam ius ita disposuit in professione, non verò circa hoc votum, quamvis sit solenne.

12 Hoc tamen pro certo habe in hac materia, votum hoc, seu Ordinē sacrum non dirimere matrimonium legitime contractum ante superuenientem Ordinis susceptionem, seu Ordinem sacrum susceptum post matrimonium, non illud dirimere, vt docent DD. communiter, & dixi *hoc lib. cap. 4. dub. 3. versic. Sequitur secundò*, & definitum est in quadam Extrauagant. Ioann. XXII. de voto: quod procedit, etiam si matrimonium, tantum sit ratū; vt dixi *loco citato*. nullo enim iure probatur matrimonium, etiam tantum ratum, dissolui per Ordinē sacrum superuenientem, sicut dissoluitur per professionem, vt ibidem dixi. Bonacin. *supra num.* 12. *versic. Dixi*.

13 Nota, Clericum per contractum matrimonij validum, quamvis sit tantum ratum, amittere ipso facto omnia Beneficia, ita vt ea non possit in conscientia retinere, nec fructus suos; ideo tenetur Beneficia statim dimittere, nec potest ea commutare, vt pluribus Sanch. *lib. 7. disp.* 42. *et* 43. & cum eo Filiuc. *tom. 1. tract.* 10. *part.* 2. *cap.* 4. num. 153. *et* 154. *ex cap. extranmissa de renuntiat.* Ratio est, quia assumit statim impossibilem cū clericatu, ideo si illud Beneficium non renuntiat statim, potest ab alio impetrari. Dixi, *validum*, quia etsi aliqui dicant, etiam amitti Beneficiū per matrimonium irritum, verius tamen est oppositum, vt docet Sanch. *disp.* 43. tum, quia non est textus id disponens, & ex alio capite nullum præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum, *regul. non præstat, de regul. iur. in 6.* De hac vacatione vide Azor, & Sanchez *ubi supra*, Garciam de *benefic. part.* 1. *cap.* 8. & Barbof. *de offic. et potest. Episcop. allegat.* 57. *a num.* 202. & de iure vniuerso *lib. 3. cap.* 14. *a num.* 902. Item, incurrunt ipso facto excommunicationem latam in Clement. *vnica de consanguin.* requiritur tamen, vt cum scientia huius prohibitionis contrahat matrimonium: vnde liberat ignorantia, modò non sit affectata. Nauarr. *cap.* 27. *num.* 141. & alij communiter.

14 Nota etiam, conjugatum, etiam si nondum sit matrimonium cōsummatum, incurrere irregularitatem, si transeat ad sacros Ordines absque licentia vxoris, ita vt non possit in susceptis ministrare, nec ascendere ad superiorem, nec officium, aut beneficium acquirere, habetur in extrauag. *Antiqua. de voto*, Glossa *ibi verb. nec matrimonio. et verb. nec officium*, & docent Sotus *dist.* 27. *quæst.* 1. *art.* 4. Azor, *tom. 1. lib.* 13. *cap.* 14. *quæst.* 3. Filiuc. *supra num.* 159. Henriq. *lib.* 11. *cap.* 39. *num.* 1. Sanchez *lib. 7. disp.* 49. *num.* 4. Bonacin. *quæst.* 3. *de matrim. punct.* 9. *num.* 20. & alij. Requiritur tamen ad hanc poenam incurrendam dolus, ideoque ignorantia etiam crassa iuris, vel facti excusat: patet ex verbo, *non presumat*. Requiritur etiam, secundū probabiliorem opinionem, vt matrimonium iam

contractum sit verum, & non irritum, vt pluribus Sanch. *loco citato*, & cum eo Filiuc. nam ius tantum punit iniuriam irrogatam matrimonio, non autem erit iniuria, si verum non sit matrimonium. Non tamen incurreret hanc irregularitatem vir, si de licentia vxoris transeat ad sacros Ordines, sed nō seruatis à iure requisitis, de quibus infra; nam dicta Extrauagans tantum loquitur casu, quo suscipiat Ordines absque licentia, posset enim vir in hoc euentu seruare votū continentie inclusum in Ordine suscepto, consequenter posset in Ordine ministrare, vt colligitur ex S. Thom. *dist.* 37. *quæst.* 1. *artic.* 1. & cum alijs tenet Sanch. *supra num.* 6. Incurreret autem si licentia dolo, vel metu graui extorta esset, quia tunc vxor haberet ius reuocandi virū ad vsum coniugij, vide Sanchez *ubi supra*.

15 Solent DD. hic exagitare, an aliquando liceat viro, post matrimonium contractum, suscipere Ordines sacros: in qua re conueniunt omnes, id licere in omnibus casibus, in quibus licet coniugij ingredi Religionem, & in ea profiteri, de quibus dixi *hoc cap. dub. 6. quæst.* 4. Conueniunt secundò, licere viro sacris initiari, quotiescumque licet ei legitime facere diuortium quoad torum simul, & cohabitationem. Tertio conueniunt, idem illi licere cum legitimo, & libero consensu vxoris: vt autem licentia vxoris, aut illius consensus sit legitimus, requiritur, vt vxor sit senex, & non suspecta de incontinentia, voueat in sæculo in manibus Episcopi continentiam, seu votum simplex castitatis emittat; si autem sit iuuenis, debet ingredi Religionem, *ex cap. vxoratus, cap. cum sis, cap. ad Apostolicam de conuers. coniug.* Idem enim requiritur ad promotionem ad Ordines in viro, quod in emittenda professione, idemque patet *ex cap. Agatosus 27. quæst.* 2. *7. cap. Episcopus, dist.* 77. vt rectè ponderat Sanchez *lib. 7. disp.* 39. *num.* 6. Quænam autem dicatur senex, seu quænam ætas requiritur, vt censeatur senex, vt possit mulier, seu vxor manere in sæculo, emisso tamen voto castitatis, iura non determinant, ob idque Basilius *lib. 7. de matrim. cap.* 25. *num.* 7. existimat, quando vir promouetur ad sacros Ordines de licentia vxoris, non teneri vxorem ingredi Religionem, quamvis non sit senex, sed sufficit, quod vxor in sæculo emittat votum castitatis, nisi vir ad Episcopatum assumatur: at non est recedendum à communi sententia, vsu, & consuetudine approbata, vt ipse Basilius constituit, videlicet, quòd si vxor nō sit senex, teneatur ingredi Religionem, nec sufficere quòd in sæculo votum castitatis emittat, quamvis vir non assumatur ad Episcopatum. Dicitur autem senex vir, si sit sexagenarius, & vxor, si sit quinquagenaria, vt dixi *hoc cap. dub. 6. quæst.* 4. *conclus.* 1. vide ibi. Quod si vir assumatur ad Episcopatum, vxor manens in sæculo tenetur ingredi Religionem, & non sufficit, quòd in sæculo emittat votum castitatis, quamvis sit senex, vt habetur expressè, *cap. sand. de conuers. coniug.* Idem dic, si vir assumatur ad Cardinalatum, vt tenet Filiuc. *tom. 1. tract.* 10. *part.* 2. *cap.* 4. *num.* 152. vide Azor *tom. 1. lib.* 13. *cap.* 13. *quæst.* 7. & Sanchez *dispur.* 41. *num.* 2.

16 Præter licentiam vxoris requiritur etiam licentia Episcopi, quam requiri ex præcepto aliqui affirmant, alij verò solum de honestate, & bene esse, de quo dixi *dist. dub. 6. quæst.* 4. *conclus.* 1.



*Et verfic. Sed dices.* Ego autem semper confulerem, vt petant licentiam ab Epifcopo cui tanquam pafiori competit agnofcere vultum pecoris fui, vitam, & mores examinare, vtilitatisque fuarum ouium confulere.

17 Ex dictis multa inferri poffunt. Primò, virum legitime ordinatum non poffe cohabitare cum vxore, fi fint fufpecti de incontinentia, quamuis vxor fit fenex, & vouerit continentiam; fi autem non fint fufpecti, benè poffunt, modò non in eodem cubiculo, nedum toro, commorètur: fanum tamen confilium eft, nè fic fimul habitent, quia moraliter res non vacat periculo, vt bene Sanch. *lib. 7. difp. 30. n. 8.* Filiuc. *sup. n. 150.*

18 Inferitur fecundò eum, qui cum legitimo vxoris confenfu Ordines fufcepit, non poffe petere, aut reddere: fi autem abfque legitimo confenfu non potefit petere, potefit tamen reddere, nam ipfa non fuit priuata fuo iure propter Ordines à viro abfque vxoris confenfu fufceptos. Vide Henriquez *lib. 12. cap. 5. num. 10.* Nauarr. *c. 22. n. 52.* Sanch. *difp. 30. & cum alijs Bonac. q. 3. de matrim. punct. 9. num. 18.*

19 Inferitur tertio, fi vir de licentia vxoris fufcipiat ordines, deficiunt tamen alia de iure requifita ad dictam promotionem, poffe tunc reuocari virum ab vxore, fi ipfa ignorabat ius, quid ipfa efficere debeat, fecus fi non ignorabat, quia tunc eo ipfo quòd dedit licentiam, cenferur vouere caftitatem. Ita cum alijs Sanch. *supra num. 12.* & cum eo Filiuc. *loco cit. n. 150.* ex *Gloff. c. feriatim, dift. 32. verb. Post mortem.*

20 Inferitur quartò, vxorem relictam in fæculo, cum voto continètiæ, non poffe, viro defuncto, transfire ad alias nuptias abfque peccato, propter votum continètiæ, quod faltem impedit; imò matrimonium tale effe irritum, tanquam probabilius docent Sanchez *difp. 40. num. 2. & 3.* Azor *tom. 1. lib. 13. cap. 14. quæft. 11.* & alij apud ipfos idque factum effe aiunt ab Ecclefia, ob reuerentiam Ordinis fufcepti à viro de licètia vxoris, colliguntque ex *cap. quia funt, dift. 28. ibi: Si in coniugio, &c. & cap. fi fe, ead. dift. ibi: Si fe cui quam, & cap. feriatim, dift. 32.* afferuntque id procedere, etiam fi ipfa ignoret ius reddès eam inhabilem, quia hoc non pendet ex voto illius, aut voluntate, fed ex iure Ecclefiaftico ob reuerentiam Ordinis. Filiuc. *sup. num. 151.*

21 Inferitur quartò, non poffe virum facris initiari, imò nec ad primam confuram, poft matrimonium, etiam ratum tantum abfque vxoris licentia, Azor *tom. 1. lib. 13. cap. 1. quæft. 7.* cum alijs Sanch. *lib. 7. difp. 38. num. 7.* Filiucius *tom. 1. tract. 10. p. 20. cap. 4. num. 145.* & alij, idque colligunt ex *cap. coniugatus de conuers. coniug. & extrauag. antiqua, de voto, & ex cap. fin. de temporibus ordinat. & Gloff. dift. cap. verb. Definitum, & cap. coniugatus, cit. & verb. Ad sacros.* Quare fic ordinatus in facris debet non ex præcepto, fed ex confilio tantum, Religionem intrare ad votum implendum Ordini facro adnexu, vt habetur *Extrauag. antiqua de voto*, ac fi vxor illum repetat, ei eft reftituendus, cui vxor non tenetur debitum reddere, et fi aliqui oppofitum non improbabiler existiment, afferentes hunc non amiffiffe ius ex iuftitia petendi debitum, fed tantum impeditum fuiffè, fola voti Religione. Quòd fi reuo-

catus ad debitum coniugale, velit, vxore mortua, transfire ad fecundas nuptias; conueniunt omnes, non poffe valide, quia Ordo abfque licentia vxoris validus fuit. Filiuc. *sup. n. 146. 148.*

22 Inferitur quinto, poffe vxorem reuocare virum, qui, ipfa contradicente, aut ignorante, initiatus fuit, etiam fi matrimonium tatum fic ratum, ex *dift. Extrauag. antiqua de voto*, & etiam fi accendifset ad Papatum, quia ius ex iuftitia debitum, non potuit lædi per Pontificatum affumptu, vt ex multis Sanch. *supra num. 12.* Idem dic, fi licentia extorta fuit per vim, aut metum grauem, aut fi ipfa tantum difsimulauit, femper enim remanet ipfius ius illeffum, ex *cap. confuluit de conuers.* Quòd fi vxor non repetat virum hunc fic ordinatum, non poterit ordinatus redire ex fe, quia valide recipit Ordines, fecus in profelfione, quæ valida non eft, facta abfque licentia coniugis, vt dixi *hoc cap. dub. 6. q. 4. concl. 3.* Filiuc. *sup. n. 147.* vide Sanch. *difp. 38. cit. per tot.*

#### Dub. 14. De impedimento ligaminis.

1 Nota polygamum dici, quando quis ducit duas, aut plures vxores, omnibus viuentibus, bigamiam effe, quando quis ducit plures vxores, non fimul, & omnibus viuentibus, fed fucceffiuè, vt fi vna mortua, ducat aliam, & hac mortua, aliam, & fic deinceps: ligamen verò dicitur quando quis viuente prima, & legitima vxore, ducit aliam per verba de præfenti.

2 Dico primò, ligamen, fiue polygamia dirimit matrimonium pofterius iure Ecclefiaftico, ita definitum eft, *cap. gaudemus, & cap. vltim. de fponfa duorum*, tum etiam iure diuino, vt definitum eft à Trident. *feff. 24. de matrim. Can. 3.* & olim, in *dift. cap. gaudemus, & cap. licet, & cap. fin. de fponfa duorum*, & colligitur apertè, ex Euangelio Matth. 19. *Qui dimiferit vxorem fuam, nifi ob fornicationem, & aliam duxerit, mechatur.* quo in loco prohibetur dimiffa vxore ob fornicationem transfic ad aliud matrimonium; ergo à fortiori prohibetur idem tranfitus, retenta priore vxore. Item, talis ducens pofteriorem dicitur mechari, & hoc, quia prior non definit effe fua vxor, & vera, ficque committit adulterium, fi copulatur cum fecunda. Quare fententia Caiet. 1. ad Timoth. 3. dicentis, initio Ecclefia Euangelicæ pluralitatem vxorum licuiffe, non potefit defendi fine errore, vt probat Sanchez *lib. 7. difp. 80. num. 3.* Hinc fit, fi Titius verè coniugatus cum Berta ducat fimul Meuiam, fecundum matrimonium cù Meuia effe irritum, eo quòd eft vero matrimonio ligatus cum Berta. At mortua Berta poffet ducere Meuiam, quia per mortem Bertæ fuiffet folutum matrimonium, & fublatum ligamen, modò tamen non cognouerit Meuiam; nam fi eam cognouit, commiffit quartum modum impedimenti criminis, quod eft adulterium cum matrimonio cum ipfa adultera, ob quod ab Ecclefia inhabilis efficitur ad ducendam fecundam vxorem, etià mortua priori, vt dixi *hoc c. dub. 10. concl. 4.*

3 Dico fecundò, pluralitas vxorum refpectu vnius viri non folùm eft contra ius Ecclefiafticum, & diuinum, vt probatum eft in prima conclusio, fed etiam contra ius naturale, non quidem primarium,

rium, sed secundarium. Ita Couarr. 4. *Decretal.* 2. part. cap. 7. §. 3. Henric. lib. 12. cap. 7. Bellarm. lib. 1. de matrim. Sanchez lib. 7. disp. 80. Filiu. tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 4. num. 162. Bonac. quest. 3. de matrim. punct. 10. num. 3. Hurtado disp. 9. diff. 1. num. 3. contra Durand. in 4. dist. 33. q. 1. Caietan. cap. 16. in Genes. Abulens. Veracruz; & Speculum apud Hurtado; ita enim definitum esse videtur, cap. gaudemus 8. de diuort. dum dicitur: *Nul- li unquam licuisse habere plures uxores simul, nisi cui fuit diuina reuelatione concessum.* Quibus verbis supponitur fuisse tale matrimonium iure naturali illicitum, & consequenter irritum, & inualidum, absque Dei dispensatione, vt infra probatur, & declaratur, pluritatem vxorum non esse contra ius naturæ primarium, sed secundarium; nam finis matrimonij est generatio prolis, eiusque educatio: secundarius verò est tranquilla, ac pacifica cohabitatio conjugum, & gubernatio domestica: pluralitas ergo vxorum non repugnat naturaliter fini principali matrimonij; nam proles est certa, & potest educari, nec impeditur generatio, quia vnus vir sufficiens est multis fœminis fœcundandis, & eorum liberis educandis: repugnat, verò fini secundario, & iure naturali, ac conclusionibus deductis ab ipsis principijs, quia contrahere matrimonium cum pluribus, ita repugnat quieti, & paci domus, ac familiæ, vt ratio naturalis dicitur posterius matrimonium debere esse inualidum, vt videntur hæc incommoda: repugnat etiam alteri fini secundario, qui est, vt sit remedium concupiscentiæ, at vnus vir non potest commodè satisfacere concupiscentiæ plurium vxorum. Hinc est, quòd cap. gaudemus de diuort. dicatur, nulli vnquam licuisse, absque diuina dispensatione plures habere uxores: hinc etiam est, quòd matrimonium posterius viuente prima vxore, sit nullum, attento iure naturæ, quia repugnat finibus secundarijs matrimonij. At quia non repugnat fini primario, ideo potest in eo dispensare Deus, sicut olim dispensauit in patribus antiquis ob multiplicationem populi Hebræi fidelis, ex quo Messias venturus erat, vt exiguus multiplicaretur vt arena maris, non externa aliqua scriptura, aut locutione, sed inspiratione interna facta Patriarchis, & deinde eorum exemplo, & vi consuetudinis propagata est ad reliquos ex populo Israelitico, vt ex S. Thom. Bonauent. Ricardo, Gabriel, Soto, & alijs docet Sanchez lib. 7. disp. 80. num. 120. Quæ quidem dispensatio non fuit extensa ad populum Gentilem, quia soli populo Hebræo concessa fuit, vt dictum est, & constat Deuteron. 21. dum dicitur: *Si habuerit homo uxores duas.* Quæ quidem concessio, & dispensatio populo fidei facta reuocata fuit à Christo Domino. Matth. 5. & 19. reducente matrimonium ad pristinum statum, & naturalem institutionem, quando dixit, eum, qui dimissa vxore aliam ducit mechari, & esse adulterum; vnde nulli, quantumuis baptizato, licet habere duas uxores simul, vt contra Lutherum definit Trident. sess. 24. Can. 2. addens id esse iure diuino prohibitum, de quo lege Bellarm. lib. 1. de matrim. cap. 10. Nec obstat August. 16. de ciuit. Dei, cap. 38. adductus pro aduersarijs, quia loquitur, supposita diuina concessione, qua supposita, non est contra ius naturale pluralitas vxorum, sicut nec accipere ex diuina concessione bona alterius; quia definit

esse contra ius vxoris, cum Deus, vt supremus Dominus corporum, sicut, & bonorum, ac vitæ, possit viro concedere facultatem, vt validè, & absque iniustitia vxoris tradat etiam suum corpus alijs vxoribus, & vt tradit gubernationem domus ei, cui sibi placuerit: sicut nec facit contra ius naturæ, qui ex diuina dispensatione alium occidit, aut bona eius accipit, vt dixi in Decal. prælu. 1. quia Deus est supremus Dominus bonorum, & vitæ hominū, ideo tunc is non agit iniuste. Nec obest, quòd posteriores uxores aliquando in Scripturis vocentur concubinæ, quia etiam vocantur uxores, Genes. 16. & 25. imò vnica vxor Leuitæ dicitur concubina, Iudith 19. communiter autem in Scriptura dicuntur concubinæ uxores, quæ tantum assumebatur ad generationem, & non ad domus administrationem. Hurtado sup. diff. 2.

4 Dico tertio, pluralitas virorum respectu vnus vxoris, seu vnã vxorem habere plures, nunquam fuit licita, nec tale matrimonium vnquam fuit validum, quia est iure naturali prohibita, & nulla, vt docent communiter DD. nam aduersatur fini primario matrimonij, qui est prolis generatio; ex ea enim nasceretur incerta proles, & impediretur generatio commixtione multorum seminum; ideo Bellarm. lib. 1. de matrim. cap. 11. existimat, Deum non posse dispensare in hac pluralitate, quia dispensatio non cadit in ea, quæ repugnant primis principijs: & quia Deus nunquam in hoc dispensauit. Oppositum tamen valdè probabiliter tenent Sanchez sup. Coninch disp. 26. nu. 20. & cum his Hurtado disp. 9. diff. 2. num. 9. quia Deus, vt supremus Dominus corporum omnium potest concedere vxori facultatem, vt validè, & absque iniustitia in maritum, etiam tradat dominium sui corporis alijs, vt ab eis accipiat dominium corporum ipsorum, & vt reliqua alia necessaria ad complementum vinculi efficiat.

5 Ex dictis sequitur, Summum Pontificem non posse dispensare, vt vnus vir habeat plures uxores, aut vna vxor plures viros, quia vtrumque est contra ius naturæ, & diuinum, at Pontifex dispensare non potest in ijs, quæ iure naturæ, & diuino illicita, & prohibita sunt. Hinc est, vt nulla consuetudine pluralitas hæc possit fieri licita, nam consuetudo nequit habere vim contra ius diuinum, & naturale. Ita citati, & communiter omnes DD.

6 Sequitur secundo, matrimonium infidelis cum multis fœminis esse inualidum, & tantum valere matrimonium cum prima, ideo si postea ad fidem conuertatur, debet permanere cum prima, si ea voluerit cum illi cohabitare absque Saluatoris iniuria; si autem omnes conuertantur præter primam nolentem cum ipso permanere, aut volentem permanere, sed cum pertractione ad peccatum, & cõ iniuria creatoris, vir in rigore nullam ex conuersis ducere tenetur, quia nulla est verè coniux, excepta prima, vide Henric. lib. 12. cap. 6. Sanchez lib. 7. disp. 80. Bonac. dist. punct. 10. num. 7. & ea quæ dixi sup. c. 4. dub. 4.

7 Dico quarto, pluralitas vxorū successiue licita, & valida est, etiam apud gentes, & in omninatione, & in noua lege vnquamque eorum est Sacramentum, vt si mortua prima vxore (aut è cõtra mortuo viro) ducat aliam vir, & mortua secunda alteri nubat, & sic deinceps. Ita Bellarm. 1.

de matrim. cap. 9. Sanchez lib. 7. disput. 81. num. 2. & communis sanctorum Patrum, & omnium Catholicorum apud Sanchez supra, Bonacin. quest. 3. de matrim. punct. 10. num. 10. & 11. & Hurtad. disp. 9. diff. 3. num. 11. quod expressit Paul. ad Rom. 7. & ad Corinth. 7. dum dicit: Si mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri, ut non sit adultera, si fuerit cum alio viro; & constat ex Ecclesiâ, & omnium gentium consuetudine, & est definitum in Concil. Florentin. in instructione Armenorum. Et ratio est, quia morte vnus coniugis soluitur vinculum matrimonij, & superstes manet omnino liber, vt patet ex locis Diui Pauli, quia iam non est is, cui fit obligatus; ergo cum sit liber ab obligatione, poterit cum altero contrahere, & verum efficere Sacramentum, cum in hoc secundo reperiantur, etiam omnia, quæ pertinent ad Sacramentum matrimonij: verum tamen est, per secundas, aut tertias nuptias contrahi irregularitatem, si secundum matrimonium consummatum sit per veram seminis effusionem, & hoc, non quia secunda nuptiæ licitæ non sint, sed quia non significat perfectè vnionem vnus Christi cum Ecclesiâ, vt late DD. agentes de irregularitate ex bigamia: denegantur etiam aliquando benedictiones secundis nuptijs, non quia hæc sint illicitæ, sed ne benedictio repetitione vilescat.

8 De benedictionibus nuptialibus, quæ matrimonio sunt adhibendæ, dixi hoc lib. cap. 5. dub. 11. circa fin. vide ibi & Sanch. lib. 1. disp. 82. Filiucius tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 4. num. 165. & Hurtado disp. 5. diff. 23.

9 Sed quæres, quænam certitudo requiratur de morte coniugis, vt superstes possit cum alio matrimonio inire. Respondeo cum Soto dist. 22. q. vnic. artic. 5. Sanchez lib. 2. disp. 45. & Bonacin. (apud quos alij) quest. 3. de matrim. puncto 10. num. 12. requiri certitudinem moralem tantum, quantam prudens vir iudicauerit sufficere, ad credendum priorem coniugem esse mortuum; quod iudicium relinquatur iudicio prudentis viri, consideratis diligenter circumstantijs, & testium depositionibus. Non est autem sufficiens probatio, aut certitudo ad secundum contrahendum, quod vir abfuerit per multos annos, nam certitudo moralis non habetur per absentiam multorum annorum, sicut nec habetur per solam famam, eo quod fama oriri solet, ex acere incerto, & plerumque fallaci, nisi forte existant tanta indicia facti, vt nullus dubitandi locus relinquatur de morte illius. Sanchez lib. 2. de matrim. disp. 46. Syluest. matrim. 8. quest. 13. Nauarr. cap. 22. num. 53. & cum alijs Bonac. sup. nu. 13. Hinc fit, vxorem posse cum alio contrahere, quando ipse vir ingressus est prælium, & nõ amplius comparuit, & est fama ipsam perijisse; aut quando per literas eorum, qui prælio interfuerunt, acceptum est, ipsum perijisse Henriquez supra num. 3. Bonac. num. 14. & alij. Non tamen sufficienter probatur mors, absolute loquendo, per vnum testem, vt contra Gutier. Speculum, & alios tenet Sanch. supra num. 10. & cum eo Bonac. num. 16. nisi fuerit in loco ita distante, vt non possint facile haberi alij probationes: quo modo intelligendum caput in præsentia de sponsalib. vbi præcipitur Ordinarijs, ne permittant contrahi matrimonium, donec certum nuntium de morte percipiant.

10 Caueat ergo Parochus, ne aliquos coniugat,

non obtenta facultate ab Ordinario, apud quem fieri solent probationes de morte alterius coniugis, vide Sanchez vbi sup. Gutier. cap. 5. num. 2. & Bonacin. supra num. 16. Concedo tamen cum Gutier. & Bonacin. supra. mulierem posse contrahere matrimonium, secluso scandalo, & in foro conscientie, quando sola scit mortem sui viri, eo quod ipsa sola præfens fuit illius morti.

11 Quæres secundò, virum sit validum matrimonium contractum ab eo, qui falso credebatur viuere priorem coniugem, sed reuera mortua est. Respondet Bonacin. dict. punct. 10. n. 18. affirmatiue, si contrahens credebatur valide contrahere, aut si habebat intentionem contrahendi, quantum poterat, quia reuera adest consensus inter personas habiles: secus verò si non habuit intentionem contrahendi, quantum poterat, de quo vide, quæ dixi, supra cap. 4. dub. 2. versic. Sed quæres, & Nauarr. cap. 22. num. 50. Syluest. matrim. 8. quest. 11. & alios apud Bonacin. supra num. 18. & Henriquez lib. 1. cap. 11. num. 5.

12 Quæres tertio, vtrum vxor, quæ contraxit matrimonium cum secundo, credens, aut dubitans, priore virum mortuum esse, teneatur recedere a secundo, postquam cognouit, priorem virum superstitem esse, & quid faciat circa debiti redditionem. De hac questione partim dixi supra cap. 5. dub. 4. versic. Ex his sequitur, & latius, ac commodius tractabitur infra cap. 10. dub. 10. vbi agemus, vtrum coniuges teneantur reddere debitum, quando adest scrupulus, vel dubium, vel opinio, vel certitudo de inualiditate matrimonij, de quo inter recentiores, Sanchez lib. 2. disp. 41. 42. 43. 44. 45. & 46. cum Bonac. quest. 4. de matrim. punct. 4. Henriquez lib. 1. cap. 15. Coninch disp. 32. dub. 100. Filiuc. 1. tom. tract. 10. part. 2. cap. 9. quest. 12. & Hurtado de matrimonio disp. 10. diff. 9. Breuiter tamen respondeo, si certo sciat priorem virum viuere, teneri recedere a secundo, alioquin exponit se periculo adulterij, & peccat mortaliter tunc petendo, aut reddendo; quia secundum matrimonium, ipsa sciente, est inualidum: quid autem facere possit, si recedere nequeat, dicemus loco citato. Si autem non certo nouit, sed tantum dubitat, priore virum esse superstitem, non potest existente dubio, petere debitum, cap. Inquisitioni de sententia excomm. tenetur tamen reddere, quoad non constat, alterum coniugem superstitem esse, quod clarius constabit ex dicendis infra cap. cit. dub. 10. non enim

**Dub. 15. De impedimento publicæ honestatis.**

1. Vincupatur autem hoc impedimentum iustitia publicæ honestatis, quia iustum, æquum & duces est, publicam honestatem, & decentiam, vt matrimonium impediatur inter aliquas personas (de quibus infra) quæ factæ sunt sibi propinquæ ob sponſalia, vel matrimonium.

2. Dico primò, iustitia publicæ honestatis est propinquitas personarum proueniens ex sponſalibus, vel matrimonio rato introducta ex iustitia, ne Ecclesiæ, propter honestatem matrimonij. Ita communiter DD. Dicitur primò, propinquitas, quia est introducta ad similitudinem cognationis, ideo

In hoc cum ea conuenit. Dicitur secundò, *ueniens ex sponsalibus, vel matrimonio rato*: quia hoc impedimentum ex his duobus tantum oritur, vt infra constabit. Dicitur tertio, *introducitur ex institutione Ecclesie*, quia vt omnes Doctores fatentur, & habetur in iuribus citandis, hoc impedimentum non dirimit de iure naturæ, nec diuino, sed solo iure Ecclesiastico, vt constat ex *Can. si quis 17. quæst. 2. cap. literas 4. de sponsal. impub. ex cap. 3. cap. ad audientiam 4. cap. sponsam 8. de sponsal. cap. unico de sponsal. in 6. & in Tridentino sess. 24. de matrim. cap. 3.* Hinc fit, hoc impedimentum non habere vim inter infideles, ideoque eos posse valide sororem, aut matrem prioris sponsæ ducere.

3 Dico secundò, hoc impedimentum iure antiquo extendebatur vsque ad quartum consanguinitatis gradum, vt communiter Doctores deducunt ex testibus citatis indistincte loquentibus, non quia in illis capitibus assignentur gradus, sed quia in illis dicitur dirimere inter sponsam, & consanguineos sponsæ, & è contra; at consanguinitas extenditur ad quartum gradum, vt constat ex *cap. non debet 2. de consanguinit. ideo, &c.* Nunc autem iure nouo Tridentini *sess. 24. cap. 3. de matrim.* restrictum est hoc impedimentum oriens ex sponsalibus, vt non extendatur vltra primum gradum consanguinitatis: vnde iam nunc publica honestas ex sponsalibus orta solum dirimit matrimonium futurum intra primum gradum consanguinitatis lineæ rectæ, aut collateralis: quare si quis promisit matrimonium Bertæ, non potest postea valide ducere ipsius Bertæ matrem, aut sororem, benè verò alias quascunque consanguineas Bertæ. Dixi, *ex sponsalibus orta*, nam quæ oritur ex matrimonio rato, extenditur vsque ad quartum gradum, vt infra. Dixi etiam, *cum consanguineis sponsæ, & è contra*, quia hoc impedimentum non extenditur ad fines sponsæ, aut è contra, quia iura citata, & Doctores tantum de consanguineis loquuntur: vnde qui post sponsalia facta cum Bertæ contrahit matrimoniū cum affine Bertæ intra primum gradum, vt cum ea, quæ fuit vxor fratris Bertæ, valide contrahit. Sanchez *lib. 7. disp. 68. num. 3. Gutierrez de matrim. cap. 103. num. 4. Bonacina quæst. 3. punct. 11. num. 2. fin. & alij.* Extenditur autem ad consanguineos, etiam illegitimos intra primum gradum, quia ijs sunt verè consanguinei, & ius non distinguit; ergo neque nos. Dixi etiam, *dirimere matrimonium futurum*, quia hoc impedimentum non potest superuenire matrimonio; nam si Titius coniugatus cum Bertæ promittat matrimonium alicui, cum talis promissio sit irrita, & nulla, & ad hoc, vt hoc impedimentum oriatur, requiratur, quòd sponsalia sint valida, vt infra; inde fit, ex tali promissione non oriri hoc impedimentum, consequenter nunquam posse superuenire matrimonio vero.

4 Dico tertio, requiruntur ad hoc, vt inducatur ex sponsalibus impedimentum publicæ honestatis matrimonium dirimens. Primum, quòd sponsalia sint valida. Secundum, vt sponsalia sint certa. Tertium, vt sint absoluta, & non conditionalia, vt communiter Doctores, & colligitur ex Tridentino *sess. 24. cap. 3. de matrim. & ex cap. unico de sponsal. de matrim. & constabit statim, vbi de ijs sigillatim.*

5 Requiritur ergo primò, quòd sponsalia sint

reuera valida; vnde si valida non fuerint, non oritur hoc impedimentum: habetur expresse in Tridentino *sess. 24. de matrim. cap. 3. ibi: In iusticia publica honestatis impedimentum, vbi sponsalia quacunque ratione valida non erunt, sancta Synodus prorsus tollit.* Vnde fit, non oriri hoc impedimentum, quando quis fictè, & non ex animo promisit, aut præstitit consensum sponsalibus, vt docent Nauar. *cap. 22. num. 57. Ledelma in sum. cap. 15. de matrim. concl. 9. dub. 1. Villal. part. 1. tract. 14. diff. 16. num. 2. Bonac. quæst. 3. de matrim. punct. 11. n. 3. Filiucius tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 7. n. 210. vers. Nunc autem. & cum Rebello, & Veracruz Hurtado *disp. 22. diff. 1. num. 3. contra Sanch. lib. 7. disp. 68. & Henriquez lib. 12. cap. 10.* Sed nostra sententia apertè constat ex Tridentino *sup. ibi: Vbi sponsalia quacunque ratione valida non erunt, quæ generaliter comprehendunt omnem inualiditatem; at si deficit consensus, sponsalia non sunt valida; ergo ex illis in foro conscientie non inducitur impedimentum hoc; nullum enim præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum, regul. de reg. iur. in 6. nullaque erit in decetia, cum nulla fuerint sponsalia. Dixi, in foro conscientie, nam si defectus consensus sit occultus, in foro exteriori iudicabitur ortum fuisse impedimentum, proinde tunc propter scandalum illicitum erit contrahere (secus cessante illo) si tamen de facto fiat, valide fiet. Ex his colligi potest hæc regula: Quæcunque sponsalia nulla, & inualida sunt quacunque ex causa, quauis nullitas occulta sit, & ipsa sint publica, non oritur hoc impedimentum: quare diligenter attendendum est, an sponsalia sint valida, nec ne, de quo latè *sup. cap. 1. per totum.* Aduertit tamen Villalobos *sup. num. 2. in fine, cum Soto in 4. dist. 41. quæst. unica, art. 2. concl. 2. si fortè impedimentum sit tale, quod ratione ætatis probari non possit, quale esset pueri, qui reuera est frigidus, ac impotens, nihilominus tamen induci hoc impedimentum honestatis, eo quòd illud impedimentum in illa ætate non exabat. Colligitur etiam per Tridentinum esse ius antiquum in dict. cap. unico, correctum, seu moderatum; nam dicto iure antiquo hoc impedimentum oriebatur ex sponsalibus, etiam irritis, & inualidis, modò non irrita defectu consensus, vt docent citati: nunc verò post Tridentinum non oritur, si inualida quocunque modo sint; requiritur ergo, vt promissio sit sufficiens ad constituenda sponsalia, iuxta dicta in hoc lib. *cap. 1. dub. 1. 2. 3. 4. & 5.****

6 Requiritur secundò, vt sponsalia sint certa, seu quòd promissio fiat cum certa, & determinata persona. Ita citati, & communiter Doctores. Vnde non oritur hoc impedimentum, si quis dicat patri habenti multas filias: *Ducam vnam ex tuis filiabus*, eo quòd talia sponsalia sint incerta. Vide *sup. cap. 1. dub. 8.*

7 Requiritur tertio, vt sponsalia sint pura, & absoluta; vnde si sint conditionalia cum conditione de futuro, non oritur hoc impedimentum, donec conditio sit adimpleta. Ita communiter DD. *ex dict. cap. unico de sponsal. in 6.* Vnde si quis promisit matrimonium Bertæ cum conditione de futuro, si ea pendente contrahit cum sorore, validum est matrimonium, eo quòd, conditione non adimpleta, nullum

nullum fuit ortum impedimentum ; conditione autem adimpleta oritur impedimentum , eo quòd sine sponsalia purificata , & perfecta , absque eo quòd accedat nouus consensus , vt dixi *supra hoc lib. cap. 1. dub. 17. & cap. 7. dub. 2. conclus. 7.* et si Henriq. *lib. 12. cap. 10. num. 4.* existimet , necessarium esse nouum consensum ; quã opinionem existimo veram , si inter ipsos sponsos erat ali quod impedimentum , & sponsalia celebrata fuerunt cum conditione , si Papa dispensauerit. Vide *supra hoc lib. cap. 1. dub. 12. & cap. 7. dub. 2. conclus. 7. & vers. Dices etiam ibid. Dixi , sub conditione de futuro* , nam si cõditio sit de præterito , vel præsentis , secus dicendũ est , nam cum hæc cõditio non suspendat , inde fit , si illa subsistat , sponsalia ex tunc esse valida , & pura , consequenter inducere impedimentum publicæ honestatis ; si verò non subsistat statim , sponsalia sunt irrita , & nulla , ac proinde non pariunt hoc impedimentum .

8 Dico quartò , hoc impedimentum est perpetuum , sicut affinitas , ideo durat post mortẽ spõsæ . Ita communiter DD. *ex cap. sponsam de sponsal. cap. si quis uxorem , cap. si quis desponsauerit 27. q. 2.* Difficultas , an cesset hoc impedimentum , quando sponsalia valida , & certa , mutuo consensu contrahentium dissoluantur , affirmant tunc cessare hoc impedimentum , Emanuel Sa *verb. matrimon. num. 12.* Rebellus *2. part. lib. 3. quæst. 14. num. 2. & in Decretal. Card. fest. 5. num. 99.* Gutierrez , *de matrim. cap. 103.* Hartad. *disp. 21. diff. 1. num. 5.* cum Rebello , & Basilio , & cum alijs Barbofa *de offic. & potest. Episc. allegat. 51. n. 188.* quia aiunt , sponsalia , quæ mutuo consensu dissoluantur , euanescent immediate , & ratione sui ; illa verò , quæ morte dissoluantur , non euanescent immediate , sed mediatè , ex defectu scilicet subiecti , ideo post mortem sponsi durat hoc impedimentum , non verò si mutuo consensu dissoluantur , quod ita declarasse Cardinales , refert Rebell. *diff. num. 99.* Non cessare autem hoc impedimentum , quando sponsalia mutuo consensu dissoluantur , sed in perpetuũ durare , sustinent Sanchez *lib. 7. disp. 68. num. 21.* Præcecius *in praxi Episcop. part. 2. cap. 4.* Bonac. *quæst. 3. de matrim. punct. 11. num. 7.* & multi ab ipso cõsulti , idque colligunt ex iuribus citatis , in quibus supponitur , hoc impedimentum esse perpetuum : tum quia eadem ratio honestatis militat quando mutuo consensu dissoluantur , ac quando per mortem ; sed quando per mortem dissoluantur , adhuc manet hoc impedimentum ; ergo etiam quando mutuo consensu dissoluantur : tum quia sequeretur , hoc impedimentum posse etiam cessare per mortẽ alterius , quod est contra iura citata , non enim spõsalia videntur magis dissolui per mutuũ cõsensum , quàm per mortem ; ergo . Hęc opinionem valde probabiles sunt , sed quia Bonac. *ubi sup.* refert nouam Cardinaliũ declarationẽ pro secũda sententiã , ideo eam amplectendã censeo , dicta declaratione extãte .

9 Nota , impedimentum publicæ honestatis posse aliquando concurrere cum impedimento affinitatis , vt habetur *cap. literas de sponsalib. impub. v. g.* si sponsus Francisca postea cognoscat eius sororem Catharinam , tunc propter copulam , quam habuit cum Catharina sorore ipsius sponsæ , contrahit affinitatem cum Francisca sua sponsa , quo in casu nõ poterit ducere Francisca , cum qua habuit copu-

lam , propter honestatẽ ortam ex sponsalibus præcedentibus cum sorore Francisca : nec poterit ducere suam sponsam propter affinitatem illi superuenientem ex copula habita cum Francisca sorore ipsius sponsæ . Nauarr. *cap. 22. num. 57.* Henriquez *lib. 12. c. 10.* Sanch. *lib. 7. disp. 68. ad fin. & DD. communiter.* Quid si de facto contraxit matrimonium cum sorore sponsæ . Respondeo , esse nullum propter impedimentum honestatis : vnde si non cõsummauit , tenetur redire ad priorem sponsam ; si vero contumauit , non poterit propter affinitatem subortam , ideo in hoc casu neutram ducere poterit , vt dictum est .

10 Ex dictis sequitur , illum , qui validè contraxit sponsalia cum Berta , si postea alia celebrat cum eius sorore , non contrahere hoc impedimentum cum sua sponsa Berta , quia secunda sponsalia sunt inualida . Sanchez *disp. 68. num. 23.* & alij . Nec afficitur hoc impedimento ille , qui postquam contraxit sponsalia cum Berta , cum conditione de futuro , alia celebrat absolurè cum sorore Bertæ ; nam secunda sponsalia , pendente conditione , sunt illicita , eo quòd sponsus Bertæ teneatur spectare euentum conditionis , & cum secunda sponsalia nõ possint inducere obligationem ad aliquid illicitè faciendum , ideo nec inducere hoc impedimentum , Sanch. *lib. 7. disp. 69. num. 2. & 3.* & cum eo , & alijs Bonac. *diff. punct. 11. n. 4. & 5.*

11 Dico quintò , impedimentum iustitiæ publicæ honestatis non solum oritur ex sponsalibus veris , certis , & absolutis , sed etiam ex matrimonio tantum rato , vt dictum est *in 1. conclus. in definitione honestatis* , & docent Sotus *in 4. disp. 41. quæst. vnic. artic. 2.* Sanch. *lib. 7. disp. 70. num. 1.* Hartado *disp. 21. diff. 2. nu. 7.* & cum alijs Bonac. *tom. 1. quæst. 3. de matrim. punct. 11. num. 9.* & cõmuniter alij , & colligitur aperte *ex cap. sponsa , & cap. ad audientiam de sponsalib. & declarauit Pius V. in Motu proprio , qui incipit : Ad Romanum spectat.* & quamuis hoc impedimentum ab aliquibus dicatur affinitas , propriè tamen non est affinitas , cum hæc supponat copulam , à qua oritur , hic autem nulla reperitur , sed sola honestas , ideo proprius appellari debet , iustitia publicæ honestatis . Dirimit autem hoc impedimentum ex matrimonio tantum rato ortum vsque ad quartum gradum , sicut iure antiquo dirimebat , vt deducitur ex iuribus citatis , & quia ita expresse declarauit Pius V. in dicto Motu proprio , quod non est restrictum à Trident. *sess. 24. cap. 3.* nam ibi solum restrinxit ad primũ gradum honestatem ortam ex sponsalibus , vt ibi patet : quare Titius , qui contraxit matrimonium tantum ratum cum Berta , non poterit validè ducere consanguineas Bertæ intra quartum gradum . Vide Nauar. *loco citat. num. 58.* Sanchez *lib. 7. disp. 70. nu. 16.* Coninch *disp. 32. dub. 5. num. 70.* Reginald. *lib. 11. num. 328.* Henriq. *lib. 12. cap. 10.* Vnde audiendi non sunt Tolet. *lib. 7. cap. 10.* & Lopez *1. part. c. 30.* dicentes , hoc impedimentum non extendi , nisi ad primum gradum , quia forsan non viderunt declarationem Pij V.

12 Dico sextò , oritur hoc impedimentum vsque ad quartum gradum , ex matrimonio rato etiã irritò , & nullo , modò non sit inualidum ex defectu consensus . Ita Sanch. *lib. 7. disp. 70. n. 5.* Hurtado *supra* , Filiuc. *loco citat. num. 223.* & cum alijs

Bonacina *quest. 3. de matrim. puor. 11. num. 11.* Probatur, quia ex tali matrimonio oriebatur hoc impedimentum iure antiquo, *cap. sponsa de sponsa- lib. 2. cap. accessit de desponsat. impuber.* at hoc ius non est correctum per Tridentinum *sess. 24. cap. 3.* & patet ex dicto motu proprio Pij V. ergo remanet in suo vigore. Alij autem, vt *Nauar. cap. 22. n. 58.* & *Sa de impedim. n. matrim.* non improbabiler existimant ex matrimonio inualido non oriri impedimentum publicæ honestatis, quia non confur- git ex sponsalibus inualidis, sed hæc ratio facile solui potest, eo quod aliter sancitum sit iure nouo in sponsalibus, quam in matrimonio, vt patet ex motu Pij V. citato.

13 Ex his sequitur, non oriri hoc impedimē- tum ex matrimonio rato amentium, aut habentium legitimam ætatem, celebrato tamē per metum gra- uem, vel errorem personæ, quia est nullum defe- ctu consensus. Ob eandem rationem non contrahi- tur, quando aliquis fictè consentit, vt dixi *hoc dub. vers. Ergo requiritur.* nec contrahitur ex sponsalibus nullis defectu consensus, vt tenet Bonacina *supra num. 14.* contra Sanchez *lib. 7. disp. 70. num. 11.* cogendus tamen est fictè consentiens, stare matri- monio ratione scādali, vel alterius incommodi vi- tandi, propter quod debet ex animo contrahere. Vide *Nauar. cap. 21. num. 57.* Item, nec oritur hoc impedimentum ex matrimonio celebrato cum in- certa persona, quia talis consensus est inualidus, vt patet à simili de sponsalibus, *per cap. unicuique de sponsalib. in 6. Sanchez disp. 70. num. 13.* Bonaci- na *sup. num. 15.*

14 Nec oritur ex matrimonio conditionato ante conditionis euentum, vt tenet Sanchez *disp. 71. num. 21.* Bonacina *sup. num. 16.* & Hurtado, quia ante eam non habet vim matrimonij absoluti, ne- que sponsalium; at hoc impedimentum non oritur nisi ex sponsalibus absolutis; impleta autem condi- tione, statim oritur absque nouo consensu, vt ait Bonacina: sed tu dic, vt dixi *hoc dub. vers. Requi- zur tertio.* vide ibi, & loca ibi citata, ac Filiucium *tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 7. num. 224. vers. In- fertur.* Nec oritur ex matrimonio clandestino sine Parocho, & testibus celebrato, vt docet Sanchez *lib. 7. disp. 70. num. 13.* & Filiuc. *tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 7. num. 224.* quia deficit sensus legitimus ex defectu solennitatis: oppositum tamen val- de probabiler sustinent Bonacina *supra num. 18.* & Hurtado *loco cit. num. 7.* cum Coninch *disp. 32. dub. 5.* & Basil. *cap. 25.* quia non est nullum defe- ctu consensus, sed solennitatis. Item, nec oritur ex matrimonio impuberum, nisi malitia suppleat æta- tem; nam matrimonium inter impuberes irritatur ab Ecclesia, eo quod præsumatur non adesse iudi- cium, & consensus sufficiens ad contrahendum. At- tamen etsi ex matrimonio impuberum non confur- gat hoc impedimentum vsque ad quartum gradum, confurgit tamen publica honestas vsque ad primum tantum gradum, in sententia afferentium, matrimo- nium impuberum resolui in sponsalia, vt colligitur ex *cap. tua nobis de desponsat. impub.* & docent *Nauar. ubi sup. Valencia tom. 4. disp. 10. quest. 5. punct. 3. S. honestas.* & cum Sanchez *disp. 69. n. 3.* Bonacina *loco cit. num. 17.*

15 Sequitur etiam, hoc impedimentum con- trahi ex matrimonio inualido propter quodcum-

que impedimentum dirimens. Vnde si consanguineus, affinis, aut alio impedimento dirimente ir- retitus contrahat cum Berta, non poterit validè contrahere cum eius consanguineis intra quartum gradum, ita Bonacina *supra num. 19.* & alij, quia hoc matrimonium non est nullum defectu con- sensus, sed ratione impedimenti, quo in casu con- trahitur hæc honestas vsque ad quartum gradum, quanuis matrimonium sit tantum ratum, vt patet ex iuribus, & Doctoribus adductis in sexta conclusio- ne. Hinc fit, quando quis promisit matrimonium Bertæ, & postea contraxit matrimonium cum eius sorore, absque consummatione tamen, non posse contrahere cum consanguineis Bertæ intra quartum gradum; benè verò cum ipsa Berta sponsa. Prior pars probatur, quia cum tale matrimonium sit irri- tum ob impedimentum dirimens honestatis, indu- cit impedimentum vsque ad quartum gradum. Pos- terior patet, quia ex matrimonio rato inualido nõ inducitur impedimentum ad dissoluenda sponsalia valida antecedentia, argumento desumpto *ex cap. unico de sponsalib. in 6.* & docet communis senten- tia, cui consentit Bonacina *sup. num. 21.* vbi habe- tur, per impedimentum publicæ honestatis non dis- solui præcedentia sponsalia, vel matrimonium. Dixi, *absque consummatione*, nam si illud consumma- uit cum sorore Bertæ, non poterit Bertam duce- re, propter affinitatis impedimentum ortum ex copula cum sorore Bertæ. Vide Sanchez *lib. 7. disp. 68. num. 24.* Reginald. *lib. 31. cap. 18.* Coninch *disp. 32. dub. 5.* Henriquez *lib. 12. cap. 10.* & Bonaci- nam *ubi sup.*

#### Dub. 16. De impedimento affinitatis.

1 Nota primò, affinitatem dici, quasi vnitatem finium consanguinitatis, seu sanguinum cõ- finitas; trahit enim affinitas personas ad finem alte- rius cognationis, vt constabit infra. Definitur autem communiter affinitas: Propinquitas personarum ex carnali copula proueniens, omni parentela carens. Prima particula, *propinquitas*, habet locum generis, cum quo conuenit cum consanguinitate, & alijs cognationibus, de quibus supra. Secunda, *ex carna- li copula proueniens*, habet locum differentie, per quam distinguitur ab alijs cognationibus, & cõsti- tuitur in esse affinitatis; requiritur enim necessariò, ad hoc vt oriatur affinitas, quòd præcedat copula licita, aut illicita, vt infra: vnde etsi ex matrimo- nio tantum rato oriatur impedimentum dirimens vsque ad quartum gradum, hoc impedimentum non dicitur, nec est affinitas, quia non adest copula, sed est publica honestas, vt dixi *dub. anteced. concl. 1. & 5.* Dicitur, *omni parentela carens*, ad denotan- dum, quòd ad hoc vt oriatur affinitas, non requiri- tur, quòd ij, qui commiscentur, sint consanguinei, seu propinqui, sed quòd ex ipsa copula oriatur af- finitas, quanuis ij, qui eam habent, non sint consan- guinei, etsi aliquando possit contingere, quòd eam habentes sint consanguinei. Vnde si Petrus cognos- cit Ioannam extraneam, seu non consanguineam, oritur affinitas ex personis carentibus omni pa- rentela; & hoc est, quòd significat illa parti- cula, *omni parentela carens*; at quia potest contingere, quòd Ioanna sit consanguinea Petri, ideo aliquan-

aliquando affinitas coniungitur cum consanguinitate.

2 Nota secundo, duplicem esse affinitatem, seu ex duplici capite oriri affinitatem: prior oritur ex copula licita, id est, ex copula matrimoniali inter coniuges habita: posterior ex copula illicita, seu fornicaria, ut quando non coniuges se cognoscunt, quomodo autem hæc oriatur, & ad quos gradus se extendat, infra dixi, ex matrimoniali copula, quia ex matrimonio rato, & non consummato non oritur affinitas, ut dixi, sed iustitia publicæ honestatis, usque ad quartum gradum.

3 Nota tertio, copulam ex qua oritur affinitas, siue talis copula sit matrimonialis, siue fornicaria, debere esse completam, & perfectam, & talem, quod ex sua natura sit sufficiens generationi, id est, cum seminatione viri intra vas foeminae. Ita Henriquez lib. 12. cap. 10. Ledesma in sum. c. 15. concl. 5. Sanchez lib. 7. disp. 64. n. 11. Reginald. lib. 31. n. 147. Coninch disp. 32. dub. 4. n. 46. Villalob. 2. p. tract. 14. diff. 17. n. 6. Filiuc. tom. 1. tract. 10. p. 2. c. 6. n. 108. Hurtado disp. 20. diff. 1. n. 3. & cum alijs Bonacin. q. 3. de matrim. punct. 12. n. 11. & communiter DD. contra Medinam lib. 5. de sacror. hom. continentia, singulariter asserentem sufficere penetrationem vas, etiam absque seminatione. Ratio autem, cur requiratur copula perfecta, est, quia totalis ratio, ob quam ex commixtione viri, & foeminae oritur affinitas, est, quia sic se commiscens fiunt vna caro, iura enim requirunt, ut fiant vna caro, cap. fraternitatis 35. q. 10. & ut fiat sanguinis commixtio, c. lex diuina 2. q. 27. sed vir, & foemina non fiunt vna caro, nisi ad sit feminis emissio intra vas foeminae, ut communis Theologorum, Iuristarum, & Sumistarum opinio docet apud Sanch. disp. 64. nu. 8. & dixi hoc lib. c. 4. dub. 5. ergo ut oriatur affinitas, copula debet esse perfecta.

4 Ex hoc notabili secundo sequitur primo, non oriri affinitatem, quando sola foemina, & non vir seminat, nam foeminae semen non est sufficiens generationi: contra vero oritur, si solus vir seminat, quia solius viri semen sufficit ad generationem, Sanchez sup. n. 1. Bonac. loco cit. n. 12. Filiuc. n. 209. & alij, contra Lop. 2. p. instruct. c. 50. quem sequitur Hurtado sup. n. 4. existimantem requiri etiam foeminae seminationem; putant enim illius semine esse necessarium generationi, sed de hoc dixi supra dub. 5. cit. Nec oritur affinitas ex congressu cum spadone, seu eunucho, nec ex copula sodomitica, aut ex pollutione extra vas foeminae, & multo minus ex tactibus impudicis: sic omnes DD. citati: & ratio est, quia nulla copula ex his est apta generationi, nec sic commiscens fiunt vna caro.

5 Sequitur secundo, oriri affinitatem, quotiescumque semen viri intra vas foeminae recipitur quacumque arte, siue recipiatur arte humana, siue diabolica, seu ope demonis siue cum claustrii violatione, siue absque illa, siue sponte, siue coacte, siue casu. Sotus in 4. dist. 27. quaest. 9. artic. 4. Sanchez lib. 7. disp. 64. num. 15. cum alijs Bonac. sup. num. 13. & alij. Ratio est, quia ex tali copula, seu feminis commixtione potest sequi generatio, quamuis aliquando impediatur. Limitat tamen hanc sententiam Filiuc. (& non improbabiler) modo saltem ea intentione semen ministratum sit à viro, ut vas intret foeminae, alioquin per accidens omnino id eueniret. Affirmat tamen cum communi, oriri

affinitatem ex copula cum foemina dormiente, insana, ebria, inuita, vel ignorante, quia est apta generationi; oritur etiam ex copula perfecta, quamuis sit occulta, quia iura non distinguunt, Nauarr. consil. 1. num. 2. de consanguinitate.

6 Nota tertio, affinitatem ex se non habere proprio gradus, sed mensurandos, & computandos esse illius gradus, per gradus consanguinitatis, hoc est, quoto gradu aliquis est consanguineus viri, qui habuit copulam cum tali foemina, eodem gradu est affinis foeminae ab illo cognita; & quoto gradu quis est consanguineus foeminae cognita, eodem est affinis viro, qui eam cognouit. De suerte, que en el grado de consanguinidad, que estuieren los parientes de la muger que concio con la dicha muger, en esse mismo grado está el que la concio con los dichos parientes della, y la dicha contrahe afinidad en los deudos del que la concio en el mismo grado que los dichos están en consanguinidad. v. g. cognouit quis Franciscam, quæ habet matrem, & auiam, Franciscus contrahit affinitatem cum matre in primo gradu, quia mater, & filia sunt in primo gradu consanguinitatis, & cum auia in secundo, quia auia, & neptis sunt in secundo gradu consanguinitatis; & sic deinceps: vir autem, & mulier se cognoscentes non contrahunt inter se affinitatem, nec dicuntur affines, sed stipes, seu origo affinitatis, quia se habent, ut vna caro, & origo affinitatis aliorum. Duplex assignatur linea affinitatis à DD. recta scilicet, & transversalis, sicut in consanguinitate, eo quod gradus affinitatis desumantur ex consanguinitate, quare qui est in linea recta cum foemina, quam Petrus cognouit, erit etiam cum ipso Petro, & qui fuerit in transversali cum illa, erit in eadem cum Petro: & cum in consanguinitate linea recta alia sit ascendentium, alia vero descendendum, similiter in affinitate; linea ergo recta ascendendum sunt socer, socrus, vitricus, & noverca, descendendum gener, nurus, priuignus, & priuigna, collateralium linea in affinitate est eorum, qui sunt consanguinei collaterales foeminae cognita, cum viro, qui eam cognouit, v. g. Petrus cognouit Franciscam, quæ habet fratres, aut sorores aut consobrinos, qui sunt consanguinei collaterales, Petrus contrahit cum his affinitatem in linea collateralis, seu transversali.

7 Nota quarto, consanguineos viri, & consanguineos foeminae nullam inter se contrahere affinitatem, v. g. Petrus cognouit Franciscam parentes, aut fratres, aut alij consanguinei Petri, & parentes, fratres, ac alij consanguinei Franciscæ nullam contrahunt affinitatem cum consanguineis Petri; solum ergo contrahit eam Petrus cum consanguineis Franciscæ, & Franciscæ cum consanguineis Petri. Sanchez lib. 7. disputat. 67. num. 2. Henriquez lib. 12. cap. 10. num. 1. Bonacina q. 3. de matrimonio, punct. 12. num. 2. & alij communiter ex cap. super bis de consanguinitate, & affinitate, & ex cap. non debet 8. de consanguinit. & affinit. in quo Innocent. III. limitauit ad alias species affinitatis, de quibus in tit. de consanguinit. & affinit. & Can. porro. & Can. de propinquis 35. q. 3. & Filiuc. tom. 1. tract. 10. p. 2. c. 6. n. 211. ex Sanchez ubi sup. vnde hodie solum contrahitur inter dictas personas. Hinc fit, ut filia vxoris ex alio matrimonio habita, vel ex fornicatione, possit nabe





non possit petere debitum, modò infra explicando.  
 24 Sed queres primò, vtrum affinis dirimat  
 matrimonium iure naturali. Ad intelligendam ad-  
 uerte, conuenire Doctores, ex copula coniugali  
 oriri de iure naturæ affinitatem, etiam inter infide-  
 les, quia per illam coniuges efficiuntur vnacaro,  
 ratione cuius quilibet coniux fit affinis consanguineis  
 alterius coniugis, vtpote accedens ad alterius  
 sanguinem: hinc est, vt apud omnes gentes oia-  
 tur amicitia inter affines, ideoque etiam apud illos  
 sunt imposta nomina, ad significandam huiusmodi  
 affinitatem, vt loceri, socrus, priuigni, nurus, &c.  
 atque ita docet S. Thomas *disp. 41. quæst. vn. art. 1.*  
*quæst. 1.* Sotus ibi *q. 1. art. 1.* & alij apud Sanchez  
*disp. 63. num. 4.* oritur enim ex matrimonio que-  
 dam amicitia inter affines, vt docet Aristoteles 8.  
*Ethic. 12.* Differunt tamen Doctores, an etiam de  
 iure naturæ oriatur affinitas ex copula fornicaria.  
 Affirmant Coninch *disp. 32. n. 49.* & Hurtado *disp.*  
*20. diff. 2. n. 7.* quia etiam fornicarij fiunt vna ca-  
 ro, & tradit Paulus 1. ad Corinth. 6. *Qui adhæret  
 meretrici, vnum corpus efficitur, erunt duo in carne  
 vna.* Oppositum tamen cenfeo probabilius, vt do-  
 cent Nauar. *conf. 12. de consanguinit. n. 3. 4. & 5.*  
 Victoria *de matrim. num. 226.* Henric. *lib. 12. cap. 1.*  
*n. 2.* Sanchez *lib. 7. disp. 65. num. 9.* Villal. 1. *part.*  
*tract. 14. diff. 17. n. 10.* & Filiuc. 1. *rom. tract. 10.*  
*part. 2. cap. 6. n. 216.* Quod significare videtur in  
 l. non facile. §. secundum est, ff. de gradibus affinit.  
 dum dicitur, neque cognationem, neque affinitatem pos-  
 se esse, nisi nuptia non interdicta sint ex quibus affini-  
 tas coniungitur. Et confirmatur, quia inter consan-  
 guineos viri, & fœminam fornicariæ ab eo cogni-  
 tã, non oritur vlla naturalis amicitia sed potius  
 inimicitia, & odium, & non sunt imposta nomi-  
 na vlla tali coniunctioni.

15 In hac re conueniunt DD. affinitatem in se-  
 cundo, & alijs gradibus non dirimere matrimonium  
 iure naturali, quia nec id efficit consanguinitas, que  
 est strictior propinquitas. Difficultas est, an in pri-  
 mo gradu dirimat matrimonium futurum iure natu-  
 rali. Dico igitur, affinitatem in primo gradu lineæ  
 trãuersalis non dirimere matrimonium iure natu-  
 rali. Ita S. Thom. 2. 2. *q. 154. art. 9. ad 3.* Caiet.  
 ibi. Sanchez *lib. 7. disp. 66. n. 1.* Basil. *lib. 7. cap. 34.*  
 Hurtado *disp. 20. diff. 3. n. 10.* Filiuc. 1. *rom. tract. 10.*  
*part. 2. cap. 6. n. 218.* Villal. *part. 1. tract. 14. diff. 17.*  
*num. 11.* & cum alijs Bonac. 1. *rom. 1. q. 3. de matrim.*  
*punct. 12. n. 6.* & Henric. *lib. 12. cap. 9. n. 5.* Et pro-  
 batur, tum quia Pontifices in eo gradu dispensarunt,  
 vt Innocen. III. cum Linouiniensibus, vt constat ex  
 cap. fin. de diuort. Alex. VI. cù Emanuele Rege Lu-  
 sitaniæ, & Iulius II. cum Henrico Octauo, cuius  
 dispensationem approbavit Clemes VIII. Tum quia  
 id constat ex sacra Scriptura, quia Iacob vir sanctif-  
 simus, Genes. 29. Liam, & Rachel sorores duxit, &  
 Deuth. 25. frater iubebatur ducere vxorem fratris  
 sui defuncti absque liberis. Tum quia consanguini-  
 tas, quanuis strictior sit affinitate, non dirimit ma-  
 trimoniũ iure naturali in eo gradu, vt dixi *sup.* De-  
 niq; quia nulla inter affines lineæ trãuersalæ reperit-  
 ur superioritas, aut quasi superioritas ex natura rei,  
 ac proinde dicta affinitas nõ dirimit matrimonium  
 ex natura rei; imò neque impedit, quia si dirime-  
 ret, aut impediret, esset, quia commixtio carnalis,  
 ad quam matrimonium ordinatur, id posset absque

irreuerentia fieri. Nec obstat, Baptistam reprehē-  
 disse Herodem, quia duxerat vxorem fratris sui Phi-  
 lippij, quia id fecit, vel quia adhuc vivebat Philip-  
 pus, vt testatur Iosephus 2. *Antiquit. cap. 90.* Ni-  
 cephorus, & alij: vel si erat defunctus, vt credit  
 Chrylost. *Hom. 44. in Matth.* non tamen obiit abs-  
 que liberis, quia reliquerat puellam saltatricem,  
 quod erat prohibitum, Leuit. 18. qua lege Hero-  
 des, quanuis gentilis, tenebatur, quia erat filius Iu-  
 dei. Hurtado *sup.* Bonacina loco cit. & Sanchez *ob-*  
*sp.* videndus. Maior difficultas est, an affinitas diri-  
 mat iure naturali matrimonium in primo gradu li-  
 neæ rectæ, vt inter priuignum, & nouercam, inter  
 priuignam, & vitricum, inter locerum, & nurum,  
 inter locerum, & generum. Affirmant Sotus in 4.  
*disp. 41. quæst. 1. art. 3.* Coninch *disp. 32. dub. 4.*  
 & alij. Probabilior tamen est pars negans, quam se-  
 quuntur D. Thomas 2. 2. *quæst. 154. art. 9. ad 3.*  
 Caiet. ibi. Henriquez *lib. 12. cap. 1. q. 9.* Basilius,  
 Hurtado, Sanchez, Filiucius, Bonacina, & Villalo-  
 los locis cit. quia in istis nulla reperitur superiori-  
 tas. Tum quia ij non sunt principium naturale alte-  
 rius, nec apparet in illo repugnantia vlla fini pri-  
 uario, aut secundario matrimonij, & reuerentiã  
 solum oritur erga parentes veros, non affines; &  
 quia non apparet tanta indecentia inter has perso-  
 nas, quanta est inter consanguineos in primo gra-  
 du, nec tanta turpitudine reperitur, quæ videatur suf-  
 ficiens ad irritandum matrimonium iure naturali.  
 Tum quia referunt DD. matrimonia apud gentes, &  
 Iudæos celebrata in hoc gradu affinitatis: & facit,  
 quod Pontifices non raro pro foro conscientia dis-  
 pensant in dicta affinitate, ex dicta copula fornicaria  
 orta, cùm sit eiusdem rationis cum ea, quæ ori-  
 tur ex copula coniugali, ex quo patet tale matrimo-  
 nium nec esse irritum, nec illicitum iure naturæ, quia  
 nulla reperitur irreuerentiã, etsi nõ de sit aliqua inde-  
 centia. Hurtado *sup. n. 13. q. 14.* Ex quo etiã patet,  
 affinitatẽ in primo gradu non dirimere iure diuino  
 postiuo; non euãgelico, quia tale ius nõ reperitur;  
 nec veteri, Leuit. 18. quia lex vetus purè diuina  
 cessauit morte Christi; restat ergo, quod affinitas so-  
 lum dirimit matrimoniũ iure Ecclesiastico explica-  
 to *concl. 1. 2. q. 3.* Nec obstat Paul. 1. ad Corinth. 5.  
 dum dicit: *Auditur, & c. iher. vxorem patris sui quis  
 habet;* nam loquitur, viuente patre, quo casu ma-  
 xima illi rogatur irreuerentiã, & in vna.

16 Ex dictis constat, non baptizatos validè cõ-  
 trahere matrimoniũ cum quouis sibi affine, vt pri-  
 uignum cum nouerca, &c. quia quouis ante baptis-  
 mum contrahatur affinitas, modo explicato initio  
 huius quæstionis, tamen ante baptismũ non dirimit,  
 quia ius Ecclesiasticum, quo solo affinitas irimit  
 matrimoniũ, non ligat ante baptismum: at si infide-  
 lis baptizaretur, inualide postea cõtraheret cum af-  
 fine, ex affinitate orta ante baptismum, quia dicti af-  
 fines iam post baptismum tenentur iure Ecclesiastico  
 dirimere matrimonium. Quare si fidelis habeat co-  
 pulam cum infideli, sic affinis foror is illius, vnde si  
 hac cõtrahatur, non poterit illam ducere, nam quã-  
 uis illa ante baptismũ contraxerit hanc affinitatem,  
 cõtrahit tamen illã tempore, quo baptizata fuit, si-  
 cut qui habet copulã cum Ioanna, sic affinis cum so-  
 rore eius, quæ post multum tẽporis nascetur. Item,  
 si fidelis habeat copulã cum infideli habente sororem  
 fidelem, contrahit affinitatem cum hac, & conse-  
 quen-

quæter non potest eam ducere, quia ipse, & illa sunt subiecti legibus Ecclesiæ, unde si hæc infidelis, quæ habuit copulam cum hoc fideli, postea commisceatur cum alio, & concipiat ex eo filiam, & baptizetur, vir fidelis, qui prius habuit copulam cum illa infideli, sit affinis eius filix baptizata, sicque non poterit eam valide ducere. Quod si quis infidelis alia infidelem fornicariè cognouit, si infidelis conuertatur, potest ducere consanguineam illius formix infidelis, nam vinculum istius affinitatis non erat naturale, cum secundum probabiliorem, inter infideles non oriatur affinitas ex copula fornicaria; erit ergo Ecclesiasticum, & cum non fuerint tunc adstricti, ideo sequitur, posse postea validè contrahere. Vide Henriquez lib. 12. cap. 10 Sanchez disp. 65. & Filiuc. cap. 6. cit. quest. 4. n. 215 qui verb. Ex sponsalib. tenet cum Sanchez sup. n. 7. & Henriquez, esse probabile, ex sponsalibus tempore infidelitatis celebratis non oriri vllum impedimentum, quia nullum vinculum naturale oritur sed omnis prohibitio est à iure Ecclesiastico; cum ergo post Baptismum non maneat vllum vinculum ideo fidelis conuersus possit ducere vxorem eius cum qua sponsalia celebravit.

17 Quæres secundò, quid operetur affinitas superueniens matrimonio legitimè contracto, v. g. quando coniugatus cognoscit consanguineas vxoris, aut vxor cognoscit consanguineos viri: in hac re certum est, hanc affinitatem non dirimere matrimonium antecedens, vt dixi conclusione quarta. Dico igitur, vir cognoscens voluntariè, & liberè, & scienter consanguineam vxoris in primo, vel secundo tantum gradu, nõ potest petere debitum ab vxore absque culpa peccati mortalis, tenetur tamen reddere. Idem dic de vxore liberè, & scienter cognoscente viri consanguineos intra secundum tantum gradum; non enim potest petere, sed tenetur reddere. Ita communiter DD. vt infra: & quidè quod non possit talis petere, habetur cap. 1. de eo, qui cognouit consanguineam: quod autem teneatur reddere, constat ex cap. 6. 10. & 11. eod. tit. Incurritur autem hæc pœna quanuis incestus sit occultus, nam affinitas etiam tunc contrahitur. Sanchez lib. 9. disp. 27. n. 2. & cum eo Fil. tom. 1. tract. 10. part. 1. cap. 9. n. 340.

18 Dixi primò, voluntariè, & liberè, nam vis absoluta non priuat iure petendi, vt habetur expresse cap. de reservatione de eo, qui cognouit: &c. Unde vxor vi oppressa potest petere debitum: rationem de textus dicens: *Iniustum quippe est, quemquam culpa immunem iure suo priuari* Villalobos part. 1. tract. 12. diff. 52. num. 6. & alij, qui num. 7. ait, & bene, & cum alijs Bonacina tom. 1. quest. 4. de matrim. punct. 9. n. 5. contra Ledesmam in sum. cap. 15. de matrim. concl. 13. diff. 1. vers. Digo lo quarto. Sanchez lib. 9. disp. 31. num. 4. idem procedere, si fuit oppressa ob metum cadentem in virum constantem; hoc enim casu ius positium non obligat, consequenter non incurritur eius pœna; sicut nec eam incurrit, qui ius inuincibiliter ignorat, vt infra.

19 Dixi secundò, scienter, nam ignorantia, siue facti, siue iuris excusat ab hac pœna, vt docent Sanchez lib. 9. disp. 22. n. 47. & 49. Villa. sup. n. 3. & 5. Ignorantia facti est, quando quis ignorat, eam, ad quam accedit, esse consanguineam suæ vxoris. Ignorantia iuris est, quando ille ignorat ius priuans illum iure petendi in hoc casu. Probat hęc con-

clusio ex cap. 1. de eo, qui cognouit, &c. ibi: *Si quis cum filiastr. sua cognouit scienter* &c. Ex quibus colligitur, excusare ab hac pœna ignorantiam, etiam crassam, & culpabilem, modo non sit affectata, vt æquiparetur sententiæ. Probat hęc textus dicit, *scienter*, quod verbum aperte significat, requiri scientiam actæ prohibitionis. Nec priuatur iure petendi illi, qui scit, eam, quam cognoscit, esse consanguineam suæ vxoris, & ex tali copula oriri affinitatem, ignorat tamen ius priuans petitione debiti, seu pœnam priuationis debiti esse his impositam, vt tenet Nauat. cap. 13. num. 47 Sanchez lib. 9. disp. 32. & cum his Bonac. tom. 1. q. 4. de matrim. punct. 2. n. 6. vers. Respondeo secundò. Ratio est, quia ignorantia pœnæ excusat ab incurrenda ex communicatione, irregularitate ex delicto, & alijs censuris; ergo etiam excusatur qui ignorat hæc pœnam.

20 Dixi, consanguineam vxoris, nam coniux, qui cognoscit propriam consanguineam, non impeditur a petitione debiti, nam textus citati solum loquuntur, quando vir cognoscit consanguineas vxoris, & vxor consanguineos viri. Et probatur, quia ratio, ob quam vir cognoscens consanguineas vxoris intra secundum gradum priuatur iure petendi, est, quia ex tali copula incestuosa oritur affinitas cum sua vxore, quæ quidem affinitas superueniens matrimonio non illud dirimit quoad vinculum, vt dictum est, sed tantum facit, vt talis coniux non possit petere debitum; ergo cum per talem copulam non fiat affinis suæ vxoris, eo quod non cognouerit consanguineas vxoris, sed proprias, fit inde, vt non ex eo priuetur iure petendi. Ita communiter DD. apud Sanch. lib. 9. disp. 27. num. 7.

21 Dixi quartò, consanguineas in primo, vel secundo gradu, quia si vir cognoscat consanguineas vxoris, & vxor consanguineos viri extra secundum gradum non priuantur iure petendi. Sanchez lib. 9. disp. 2. num. 14. Villalobos 1. part. tract. 13. diff. 52. num. 4. Bonacina tom. 1. quest. 3. de matrim. punct. 12. num. 19. vers. Dixi. Hurtado disp. 10. diff. 7. num. 29. & alij. Ratio est, quia impedimentum non petendi debitum in hoc casu oritur ex copula incestuosa coniugum, ex qua oritur affinitas cum altero coniuge; at qui cognoscit consanguineas vxoris (& e contra) extra secundum gradum, non fit affinis suæ vxoris, quia affinitas ex copula illicita non extenditur vltra secundum gradum, ergo talis nõ prohibetur petere debitum. Unde qui cognoscit consanguineam suæ vxoris in tertio, vel quarto gradu, committit quidem incestum, quia committitur cum consanguineis vxoris, & consequenter cum affinibus ipsius viri intra quartum; non tamen prohibetur petere debitum, quia affinitas, quæ oritur ex illa copula, cum non excedat secundum gradum, non extenditur vlque ad vxorem; solum ergo prohibetur petere, si accedat ad consanguineas vxoris intra secundum; vt si cognoscat filiam, aut neptem, matrem, aut auiam, sororem, aut filiam sororis suæ vxoris; aut si vxor cognoscat fratrem, aut auum, filium, aut nepotem; fratrem, aut filium patris sui viri. Quod procedit, etiam si copula sit occulta, nam iura non distinguunt, & ex alio capite affinitas, vt dixi, & docet Sanchez lib. 7. disp. 15. n. 13. & lib. 10. n. 20. Bonac. sup. n. 22. & alij, oritur ex copula occulta. Nec requiritur ad hanc pœnam incurrendam sententia iudicis, sed statim

in conscientia incurritur, nam cum sit priuata, nullam iudicis requirit auctoritatem, & ita vltu receptum est, teste Sanchez *lib. 7. disp. 64. num. 18.* & *lib. 9. disp. 30.* Reginaldo *lib. 31. num. 294.* & Bonac. *sup. vers. Addo.*

22 Ex dictis sequitur, coniugem innocentem, qui non fuit incestuosus, nec illi cooperatus est, posse petere debitum, quia non est causa affinitatis subortæ, nec incestus, ex quo orta fuit: in hoc omnes conueniunt, consequenter alter tenetur reddere, *cap. discretionem de eo, qui cognouit, &c.* quia par non est, vt innocens damnus patiatur ob culpam delinquentis. Bonacina *sup. num. 19.* & 21. & alij communiter.

23 Sequitur secundò, peccare mortaliter coniugem incestuosum petentem debitum, casu, quo iuxta dicta priuatus est iure petendi. Henricus *lib. 12. cap. 2. num. 8.* Ledesma *in sum. cap. 15. de matrim. concl. 13. dub. 1.* Villalobos *1. part. tract. 13. d. ff. 52. num. 1.* agit enim in re graui contra prohibitionem Ecclesiæ.

24 Sequitur tertio, vtrumque coniugem priuari iure petendi debitum, quando vterque copulam habuit cum alterius consanguineis intra secundum gradum, in quo omnes conueniunt cum Sanchez *lib. 9. disp. 28.* quia vterque fuit causa affinitatis inter ipsos subortæ ex tali copula fornicaria; at si alter id fecerit animo defraudandi alterum, ne peteret, teneretur hic reddere. Addunt Bonacina, Ledesma, Sanchez, & Villalobos id etiam procedere, quando vxor v. g. non fuit quidem incestuosa, sed tamen conuensit incestui viri, idque colligunt argumento à contrariò sensu, *ex dict. cap. discretionem.* Quod quidem non probant Hurtado *sup. num. 28.* & Ochauia *tract. 5. quæst. 5.* quia id nullo iure statuitur, & argumentum à contrariò sensu, ex quo id inferant, inefficax est, saltem ad inferendam pœnam: propter quod hæc opinio mihi videtur valde probabilis. Hoc tamen pro certo habet, quando ambo coniuges sunt incestuosi, si alter ignorat alterius incestum, teneri durante ignorantia, reddere debitum.

25 Sed dices, peccabitne coniux, qui non cooperatus est incestui alterius coniugis, si reddat debitum cõiugis incestuoso petenti: communis affirmat, teste Filiuc. *tract. 10. part. 1. cap. 9. num. 310.* quia cum non teneatur reddere, reddendo videtur cooperari culpæ petentis. Ipse tamen Filiucius cum Sanchez *lib. 9. disp. 1.* probabile existimat, & merito, reddentem in hoc casu non peccaturum, quia non cooperatur peccato alterius; nam alter peccat tantum petendo actum sibi prohibitum; at reddens non cooperatur petitioni, sed hac proposita, cooperatur actui ex se licito. Et confirmatur, quia qui est in pacifica possessione matrimonij, & non dubitat, potest reddere debitum petenti; ergo à paritate.

26 Nota eum, qui contracto matrimonio, sed nondum consummato, cognouit consanguineam vxoris intra secundum gradum, et si non possit petere, teneaturque reddere, non tamen teneri ingredi Religionem, vt Bonac. *sup. n. 23.* & cõmuniter DD. tenent. Ratio est, quia id nullo iure probatur, imò oppositio colligitur *ex cap. discretionem, & cap. sua fraternitatis de eo qui, &c.* eo quòd per illam copulam non fit priuatus obligatione reddendi.

27 Addit Bonac. *quæst. 3. de matrim. punct. 12.*

*num. 19. vers. Secundus effectus;* coniugem incestuosum nocentem, non posse, mortua priore coniuge, aliam ducere, *cap. 1. de eo, qui cognouit, &c.* nam est impedimentum impediens tantum, de quò infra. Superaddit tamen cum Azor, & Lefio, non posse in secundo matrimonio petere debitum absque dispensatione, quod non probant, & merito, Henricus *lib. 12. cap. 2. num. 3.* & Sanchez *lib. 9. disp. 67.* quia nullus textus, nec ratio id conuincens adducitur.

28 Sed rogabis, quis possit dispensare, vt coniux incestuosus possit petere debitum, casu, quo prohibetur illud petere, iuxta superius dicta. Respondedo breuiter, & dico posse primò dispensare Commissarium sanctæ Cruciatæ, vt dixi in eius expositione *lib. 2. §. 4. dub. 3.* Secundò, Episcopus, vt dixi loco cit. & tenent Sotus *in 4. dist. 39.* cum multis Sanchez *lib. 8. disp. 12. num. 23.* & 14. In hoc enim casu fideles non ad Papam, sed ad Episcopum recurrunt pro huiusmodi dispensatione; possunt etiam Religiosi mendicantes per sua priuilegia dispensare, vt incestuosi petant debitum, de quibus Villalobos *part. 1. tract. 13. diff. 52. num. 104.* Manuel Rodrig. *in Bulla §. 9. num. 123.* & §. 13. n. 1. & in *sum. 1. part. cap. 25 §. Portel verb. Prælat.* & Saach. *lib. 8. de matr. disp. 56. n. 8.* & *disp. 11. & 15.* Requiritur autem ad hanc dispensationem legitima causa, vt adsit periculù incõtinentiæ.

29 Pro complemento huius dubij nota, contrahentes de presenti in gradibus prohibitis consanguinitatis, vel affinitatis præter peccatum mortale incurrere excommunicationem non reseruatam, vt habetur Clementina *de consanguin. & affinit.* quæ etiam contrahunt ipso facto Clerici seculares initiati sacris, & Religiosi (non tamen femine cum his nuptæ, nisi sint moniales) contrahunt etiam moniales nubentes, & quicumque cum illis contrahentes. Ad hanc autem excommunicationem incurram, requiritur primò, quòd is scienter id faciat, nam in dicta Clementina habetur verbum, *scienter;* vnde excusat ignorantia crassa, & culpabilis, modò non sit ita affectata, & temeraria, vt equiparetur scientiæ. Nauarr. *cap. 27. num. 141.* vbi addit, & bene, quòd si ignoranter contraxit, & postmodum perseuerauerit in cohabitatione, non propterea incurrit, quia dicta Clementina non excommunicat cohabitantes, sed contrahentes, Glossa *vbi verbo scienter;* at si vnus tantum sciebat, ipse solus erit excommunicatus, quia scienter agit contra dictam Clementinam. Secundò requiritur, vt adsit impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis, vel Religionis, aut Ordinis sacri, vnde si contrahat alio quocumque impedimento irretiti, non contrahunt hanc excommunicationem, nam Clementina solum facit mentionem de illis impedimentis, & pœna non sunt extendendæ. Nauarr. *cap. 27. num. 45.* Tertio requiritur, quòd contrahatur matrimonium, siue consummatum, siue ratum tantum sit, vt cum Angelo *excommun. 7. casu 4. num. 76.* tenet Filiuc. *tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 4. num. 158.* At verius videtur non incurri; si matrimonium tantum sit ratum, quia ex hoc non confurgit affinitas propria, sed iustitia publicæ honestatis; pœna autem restringenda est ad verba propriè sumpta. Hinc fit, non incurtere hanc excommunicationem contrahentes sponsalia, cum aliquo ex impedimentis supradictis; nam

*lib. 12. cap. 4. num. 8. Filiucius loco cit. num. 65. Sanchez sup. num. 28. & alij, quia periculum hoc non est perpetuum, sed temporale, & remotum. Idem dic de foemina, quæ filios omnes pareret mortuos, nam hæc est habilis matrimonio. Sanchez sup. n. 29. & Filiucius loco cit.*

4 Ex hac conclusione sequitur, foeminam arctam, quæ non potest fieri apta absque miraculo, vel absque peccato, vel non potest aperiri absque periculo mortis, esse inhabilem matrimonio, quia talis impotentia censetur, & est, perpetua, & absoluta: vnde si hæc contrahat matrimonium, est irritum, quanvis postea, matrimonio contracto, facta fuerit apta per miraculum. *Sotus in 4. dist. 24. q. unica, art. 3. Sanchez libr. 7. disp. 93. Coninch disp. 31. dub. 7. num. 85. Bonacina tom. 1. quæst. 3. de matrim. punct. 13. num. 4. Filiuc. sup. num. 69.* Vnde in tali casu, ad reualidandum tale matrimonium requiritur nouus consensus. Item, inualidum est matrimonium, quando mulier arcta non potest fieri apta absque arte magica sine peccato, quia talis impotentia censetur perpetua, & non possibilis; nam ea possumus, quæ licite possumus; sic foemina, quæ nõ potest aptari viro, nisi ab altero prius cognoscatur, habet impedimentum perpetuum. *Sanch. lib. 7. disp. 93. num. 10. Henriquez lib. 12. cap. 7. num. 9. Hurtado disp. 22. num. 3. Filiucius tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 3. num. 62. Bonacina loco cit. num. 2. & 8. & alij. Per periculum mortis intelligitur periculum vitæ, & periculum grauis, & perpetui morbi, quia hic morti æquiparatur, moraliter loquendo, vt bene Sanchez disp. 93. a num. 16. & cum eo Filiucius loco cit. num. 69. in fine, & Hurtado sup. num. 4. & deducitur ex cap. fraternitatis, de frigidis, & maleficiatis; vnde si talis contrahat, erit irritum matrimonium, quia arctitudo hæc censetur impotentia perpetua.*

5 Sequitur etiam, foeminam arctam, quæ potest fieri apta aliqua arte, aut industria, aut incisione, sine miraculo, sine peccato, seu absque periculo vitæ, vel grauis morbi, esse aptam matrimonio, & matrimonium ab ea contractum, non esse irritum, quia talis impotentia non est absoluta, & perpetua, sed temporalis; at impotentia temporalis, iuxta communem sententiam, non dirimit matrimonium, consequenter erit validum cum illa celebratum, quanvis ipsa renuat incisionem, aut medicinam, nam attendenda est rei natura, secundum quam in præsentis casu impedimentum non est perpetuum, sed temporale, cum possit arte humana auferri absque probabili vitæ periculo. *Henriquez lib. 12. cap. 7. num. 9. Bonacina loco cit. num. 5. Sanchez, Coninch, Filiucius, & alij communiter.*

6 Dices tamen, vtrum coniunx naturaliter impotens, cui licite, & absque periculo vitæ potest humano aliquo remedio subueniri, teneatur pati tale remedium, altero id exigente. Respondeo, & dico, quando defectus est in ipsa vxore ob extraordinariam arctitudinem, si iudicio medicorum potest fieri apta viro absque periculo mortis vel grauis morbi, teneri pati incisionem cum aliqua molestia, & graui dolore, non tamen cum incommodo grauis morbi, & multò minùs cum periculo vitæ. Ita Henriquez lib. 12. cap. 7. num. 8. Sanchez lib. 7. disp. 93. num. 32. Sotus in 4. dist. 24. quæst. unica, art. 2. Filiucius tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 30.

*num. 70. Villalob. 1. part. tract. 14. diff. 18. n. 15. Hurtado disp. 21. diff. 7. num. 24. & alij. Prior pars probatur, nam eo ipso, quod vxor transtulit in maritum ius copulæ, necessarium videtur, vt se subiiciat aliqui molestiæ, & dolori, ne cogatur vir innoxius perpetuo esse in matrimonio absque sine illius: etenim cum defectus sit in ipsa vxore, non videtur durum obligari ad grauem dolorem citò transiurum, ne alterum in perpetuum priuet debito. Posterior patet, quia durum videtur, foeminam obligari ad solutionem debiti cum tanto detrimento, ideo vir non habet ius ad sic cogendum illam ad incisionem. Quod si defectus non sit in illa, sed in viro ob extraordinariam imbecillitatem, ita vt solum obster ordinarium signaculum virginum, Sanchez, & Filiucius sup. existimant, etiam teneri ipsam, absque magno incommodo reddere se aptam viro. Hurtado verò sup. num. 15. cum Ledema quæst. 58. de matrim. art. 1. tener foeminam ad id non teneri, & quidem valde probabiliter, quia in foemina nullus est defectus ad reddendum, sed tantum in viro, ergo ipsi tantum, & non vxori incumbit vti remedio, quo defectus ipsius suppleatur; sufficit enim foemina offerre debitum modo ordinario: maximè, quod foemina (præcipue virgo) pudica, & honesta horreat corrumpi aliquo artificio. Aduertunt tamen Villalobos sup. num. 17. & Filiucius num. 70. in casibus, in quibus iuxta dicta tenetur vxor pati incisionem, si non id facit, eo quod vir cedit iuri suo, cum matrimonium sit validum, licere inter ipsos amplexus, tactus, & oscula, modo absit periculum pollutionis, sicut liceret, si impedimentum superueniret matrimonio.*

7 Tertia conclusio, impotentia respectiua naturalis respectu vnus, & non alterius, si perpetua est, dirimit matrimonium contrahendum respectu illius, cuius est impotens, non verò alterius, respectu cuius non est impotens. *Sanchez lib. 7. disp. 92. Filiucius tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 3. num. 66. & 67. Hurtado disp. 22. diff. 6. num. 10. & alij. Quod deducunt ex cap. fraternitatis, argumento à minori ad maius: & ratio est, quia matrimonium respicit particularem personam; ergo si respectu illius particularis est impotens in perpetuum, & non respectu alterius, illa impotentia dirimet matrimonium respectu illius, & non respectu alterius. Et confirmatur, quia naturaliter impotens respectiue, est impotens, vt pro tempore impotentia fiat vna caro cum persona, respectu cuius est impotens: vnde si mulier aliqua tam arcta sit respectu alicuius viri, vt ab eo ob excessum instrumenti penetrari non possit, respectu illius erit inhabilis ad matrimonium. Item, si vir ita debilis virtutis sit, vt virginem penetrare nequeat, bene verò corruptam, censetur inhabilis respectu virginis. Vide Sanchez ubi sup.*

8 Quarta conclusio, impotentia naturalis perpetua, siue absoluta, siue respectiua, siue intrinseca, siue extrinseca ex maleficio orta, dirimit matrimonium contrahendum, non solum iure Ecclesiastico, vt patet ex iuribus citatis, & cap. quod se dem de frigidis, & malef. de cap. 1. num. 32. q. 1. & docent communiter Doctores, sed etiam iure naturali, vt docent Sanchez disp. 98. num. 2. Henriquez lib. 12. cap. 7. Coninch disp. 31. dub. 7. Hurtado disp. 22. diff. 9. num. 30. Filiuc. tom. 1. tract. 10. p. 20.

cap. 3. cum alijs Bonacina tom. 1. q. 3. de matrim. puncto 13. num. 12. & alij cum S. Tho. dist. 34. quest. vn. art. 2. ad 1. & quidem quoad impotentiam ortam ex frigiditate, habetur in motu proprio Sixti V. edito anno 1587. quem referunt Sanchez dist. 92. & Basilius lib. 7. cap. 68. vnde si hæc dirimit iure naturæ etiam quæcumq. alia eodem modo dirimet, quia omnium eadem est ratio, nam qui ex natura rei, siue physicè, siue moraliter, siue intrinsecè, siue extrinsecè est perpetuò impotens, est ex natura rei perpetuò ineptus, vt alteri tradat dominium sui corporis, & contrahat obligationem ad commixtionem carnalè, quia nemo potest ad id, quod impossibile sibi semper est, obligari, ergo ex natura rei, siue ex iure naturali est inhabilis ad contrahendum matrimoniù. Hoc autem procedit, etiam si impotentia tantum sit respectiua, si vt talis, est perpetua, eadem enim est ratio, Filiuc. num. 72. & Sanchez dist. 98. num. 5. vnde quâdo vir non est omnino frigidus, quia scilicet verum semen emittat, sed præ nimio calore non expectat locum vasis, & sic emittit semè contra illud, vel ex indebita figura instrumèti nõ potest intra vas seminare, erit matrimoniù nullù iure naturæ, modò nulla licita arte tale vitiù medicabile sit, Filiuc. n. 73. Hinc sequitur, matrimoniù inter infideles contractù cum impotentia perpetua, esse etiam irritum, quia hoc impedimentum oritur iure naturæ, ad quod etiã infideles obligantur. Dixi in concl. probabilius, quia non est improbabile, dicere solum dirimere iure Ecclesiastico, vt docent Palud. D. Antonin. & Michael Med. apud Hurtado sup. dist. 9. n. 19. conantur id deducere ex cap. 2. de frigidis, dum dicitur: *Sicut puer, qui non potest reddere debitum, non est aptus coniugio, sicque qui impotentes sunt, minime apti ad matrimonia reputantur.* At in hoc capite matrimonia puerorù, & impuberù ex vna parte, & impotentium ex altera, tantum comparantur quoad nullitatem, non verò quoad ius, ex quo nullitas oritur, ideò hoc caput non est contra nostram sententiam.

9 Quinta conclusio, impotentia temporis ad coeundum, quamuis sit naturalis, & absoluta, non dirimit matrimonium futurum, excepta impotentia ætatis, de qua infra. Ita Doctores cõmuniter, & supponitur in cap. fraternitatis de frigidis. Et probatur, quia non dirimit iure positiuo, quia nullum extat, neque iure naturali, quia qui tantum est impotens ad tẽpus, potest ex natura rei ex tunc tradere dominium sui corporis ad vsum cõiugalem postea possibilem, & ad eum se postea soluendo obligari. Quod procedit, quamuis dicta impotentia ignoretur ab altero contrahẽte, nam error, vel ignofantia talis impotentie non tollit simpliciter finem matrimonij, adhuc enim matrimonium ordinatur ad copulam, saltem pro tempore, quoad erit potentia coeundi. Hurtado dist. 22. diff. 3. num. 7. Sanchez lib. 7. dist. 92. num. 5. Bonacina q. 3. de matrimonio puncto 12. n. 12. vers. Dixi. Verum tamen est, consciùm suæ impotentie posse aliquando mortaliter peccare, non detegendo impotentiam, vt quando impotentia dici duratura est, nam tunc censetur deceptio grauis, vt benè Sanchez, & Bonacina supra.

10 Ex dictis sequitur primò, validum esse matrimonium contractum à senibus, loquendo communiter, & regulariter. Ita communis apud Sanchez lib. 7. dist. 92. num. 10. Tum primò, quia possunt senes, sæpè habere perfectum actum coniugalem, & sæpè

etiã prolificum. Secundo, quia nullus est senex, etiam decrepitus, qui aut vi naturæ, aut arte non possit incallescere ad actum coniugij, ex Glof. cap. nuptiarum 27. q. 1. verb. *In quibusdam.* Tertio, quia vsus Ecclesiæ admittẽtis ad nuptias quoslibet senes, aperte testificatur, senectutem non obstare matrimonio: idem, & certius, dicendum de quacumque vetula, quia in ea minus obstat frigiditas ætatis, eo quòd patiens sit, & recipiat semen ab altero. Dixi communiter, &c. quia si aliquis senex ita esset exhaustis viribus, vt omnino impotens sit ad copulam, nec posset vlla arte incallescere. Sánchez cù alijs sup. n. 14. Syl. verb. *Matrimonium* 8. quest. 16. dicto 3. Sotus dist. 34. quest. vnica, art. 2. Filiuc. sup. num. 75. Hurtado loco cit. num. 17. in fin. Bonacina sup. n. 18. & multi alij asserunt, huiusmodi matrimonium esse inualidum, sicut etiam illius, qui etsi possit coire, non tamen seminare intra vas, quia nihil refert vnde impotentia proueniat, siue à natura, siue ex accidenti, modò sit vera impotentia, vt est in hoc casu. Nauarra autem consil. 4. de sponsal. Tablen. verb. *Impedimentum*. num. 12. quest. 2. existimant, hunc esse probabilem ad matrimonium, quia, aiunt, semper retinet habitu intrinsecam potentiam seminandi intra vas, & impeditam per accidens ob senectutem: cui quidem sententiæ magis facere videtur vsus communis nulli seni denegans matrimonium, ob idque hæc sententia nõ est omnino improbanda, etsi prior in rigore theologico verior sit. Infirmi autem qui sunt in articulo mortis, quãuis iam non possint coire, valide tamen tunc contrahunt, vt docent cõmuniter Doctores, & probat vsus Ecclesiæ, quia horum impotentia non censetur perpetua, nam quantum duret vsque ad mortem, id contingit per accidens ex defectu subiecti, quia si subiectum non moreretur, tandem potentia fieret expedita. Hurtado loco sup. cit. Sanchez lib. 7. dist. 105. num. 2. & Filiucius tom. 1. tract. 10. cap. 3. num. 89. per quod quidem matrimonium legitimitur proles naturalis antea habita, quæ legitimatio habet vim excludendi substitutum, modò non concurrat suspicio aliquæ fraudis, de quo plura apud Sanchez loco cit. à num. 7.

11 Sequitur secundo, spadones, siue eunuchos utroque teste priuatos, siue quia eis sunt euulsi, siue ita sunt contusi, seu atriti, vt sint inepti ad verum semen emittendum, esse inhabiles matrimonio iure Ecclesiastico, & naturali. Ita communiter Doctores, & declarauit Sixtus V. in suo proprio motu anno millesimo quingentesimo octogesimo septimo, de quo supra his verbis: *Coniugia per quoscunque eunuchos, & spadones utroque teste carentes, &c. nulla, & irrita, & inualida esse decernas, idque etiã si femina conscia illius defectus velit cedere iuri suo.* Ratio est, quia vt docet Sanchez dist. 92. num. 17. ex Hippocrate, Galeno, & Aristotele, ij eunuchj, etsi vas penetrare possint, & humorem quemdam aquosum similem semini emittant, non tamen illud est verum semen, & prolificum, seu generationi aptum. Nec obstat, quòd matrimonium senum steriliū sit verum, nam emittunt verum semen, & eiusdem rationis cum foecundo, & per accidens non generant. Quòd si vno teste tantum careant, apti sunt matrimonio, nam ij emittunt verum semen aptum generationi, nam ille vnus testis potest ministrare spiritus necessarios generationi, vt docet Sanchez

*lib. 7. disp. 92. num. 15. 16. & 17. ex Cod. si ferua. S. si spadoni, ff. de iure dotium, & Glof. fin. ibi: vide, Henriq. lib. 12. cap. 8. num. 1. Reginald. lib. 31. num. 102. & Bonac. q. 3. de matrim. punct. 13. n. 19. 12. Sequitur Tertio, validum esse matrimonium inter steriles, Sanchez *sup. disp. 92. num. 26. cum S. Thom. loco cit. art. 2. ad 3. & alijs Henriq. lib. 12. cap. 7. num. 4. Reginald. sup. num. 203. Filiuc Bonac. & communiter Doctores. Probatur, tum quia ex Ecclesie vsu nunquam dissoluitur matrimonium ratione sterilitatis, imò passim admittuntur senes, qui vt plurimū sunt steriles, Tum quia inter ipsos intercedit copula apta ex sua natura ad generationem: quare valide contrahit foemina sterilis: legitur enim in sacra Scriptura quasdam foeminas contraxisse, & in senectute concepisse, vt B. Elisabet, & B. Anna mater B. Virginis Mariæ, & alia.**

13 Sequitur quarto, validum esse matrimonium cum leproso, nam quamuis sit periculum contrahendi lepram, adest tamen potentia congregandi, *cap. 2. de coniug. leprof. Bonac. sup. num. 15. & Doctores communiter. Item, quando potest foemina reddere debitum, sed non nisi cum grauisimo sanitatis periculo, vel quando non potest absque graui periculo vitæ, vel quando credit fore, vt filij mortui in lucem edantur Sanchez, lib. 7. disp. 92. & 102. & cum Coninch, & alijs Bonac. sup. num. 16. in ijs enim casibus adest copula apta ad generationem.*

14 Ea, quæ hucusque dicta sunt, procedunt de impotentia intrinseca, seu naturali: agendum nunc restat de impotentia extrinseca, seu non naturali, quæ dicitur maleficium: ad cuius intelligentiā suppone, maleficos posse reddere homines impotentes ad copulam, vt constat ex praxi Ecclesie, quæ post experientiā triennij tales separat à coniugio, *ex cap. fin. de frigid. quod multis modis demum præstare potest, de quibus Delrius lib. 3. disquisit. mag. p. 1. q. 4. sect. 8. per totam. præcipue autem demum reddit viros inhabiles minuendo calorem, & impediendo spiritus, quæ duo sunt necessaria ad copulam; foeminas commouit per solam læsionem phantasie in habilitat, aliquando etiam arctando vas foemineum; contingere autem solet in foemina, quando ipsa, vbi primum accedit ad virum suum, subito ipsum membrum abhorret, tãquam quid improporionatum, & difforme; in viro contingit, quando ipse aptatur ad copulam, & subito deprimitur membrum eius quãdo vult accedere, & si recedit, erigitur, & si vult accedere, deprimitur. Signum etiam maleficij est, quando vir respectu vnus est ligatus, potens verò respectu aliorum, de quibus vide Sanchez *lib. 7. disp. 94. Secundo suppone, maleficium aliquando causare impotentiam absolutè, & quoad omnes, aliquando verò tantum respectu vnus; nam demum qui voluntarie id agit, potest respectu vnus impedire, relinquendo potentiam liberã erga alios: de signis, quibus dignoscitur an impotentia proueniat ex naturali frigiditate, an verò ex maleficio, vide Sanchez *sup. n. 5. & 6. Potest etiam maleficium esse perpetuum, aut temporale.***

15 Sexta conclusio, si maleficium sit perpetuum, seu si impotentia ex maleficio sit perpetua, dirimit subsequens matrimonium. Ita Sanchez *lib. 7. disp. 94. num. 8. Bonac. tom. 1. quest. 3. de matrim. punct. 13. num. 9. Villalobos 1. part. tract. 14. diff. num. 1. Filiuc. tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 3. num. 80.*

Hurtado *disp. 22. diff. 8. num. 27. Coninch disp. 31. dub. 7. Basil. lib. 7. cap. 63. & ferè omnes contra Almainum, Glossam, & innocentium apud Hurtado. Probatur primò ex cap. fin. 33. q. 1. quod quãuis sit cuiusdam Archiepiscopi quoad hoc tamen vsu totius Ecclesie receptum est: quod etiam non leuiter deducitur ex cap. laudabilem 5. de frigidis. Item ex cap. fin. de frigidis. Quod omnes, præter Innocentium, intelligunt, & meritò, de impedimento maleficij, quia vir, qui petebat separationem, dicebat se potentem ad omnes alias, præterquam ad vxorem, quod arguit maleficium. Potest etiam probari hæc conclusio iisdem rationibus, quibus probata est prima, nam si hæc impotentia est perpetua, non poterit illa persona maleficata tradere potestatem sui corporis, obligando se ad actum coniugalem sibi impossibile ratione maleficij; parum enim refert, quòd impotentia perpetua procedat à causa naturali aut à nõ naturali, seu extrinseca, modo sit vera impotentia perpetua, nam eodem modò sic impeditus, est inhabilis ad copulam coniugalem: procedit hæc conclusio, etiam si maleficium sit perpetuum respectu vnus, & non alterius, vt dictum est de impotentia naturali respectu perpetua, tunc enim maleficium respectu illius, cuius est impotens, irritabit matrimonium, non verò respectu potentis. Dixi, si perpetua est, nam si temporalis sit, non dirimit matrimoniũ, sicut cum communi de omni impotentia temporali dictum est, *sup. conclus. 5. Censetur autem hæc impotentia perpetua, seu maleficium dicitur perpetuum, primo quãdo non potest auferri, nisi per aliud maleficium, nam illud, quod sine peccato auferri non potest habetur pro impossibili. Secundo, si tantum per miraculum auferri potest, secus si per exorcismos Ecclesie, nam tunc res est humana ope factibilis. Tertio, quando non constat, an sit perpetuum, vel temporale, præsumitur perpetuum, si post triennium experientiæ non potuerunt coniuges cõsummare vt pluribus Sanchez *lib. 7. disp. 94. à num. 9. vsque ad 12.***

16 An autem liceat, vnò maleficio tollere aliud maleficium, aut petere à malefico parato maleficiũ soluere alio maleficio, vt illud soluat, aut an liceat maleficij signum destruere, ad obtinendam sanitatem, dixi in decalogo *lib. 1. cap. 10. dub. 13.*

17 Septima conclusio, quando impotentia siue naturalis, siue extrinseca dirimit matrimonium futurum, dirimit illud, siue cognoscatur ab alio, siue ab eo ignoretur, imò etsi iure suo ad copulam cedat. Ratio est, quia ex natura rei repugnat mutua corporum traditioni ad vsum coniugale (vt dixi *concl. 1.*) in quo consistit essentia matrimonij; non enim potest is, cui impossibilis est vsus, obligari ad illum, etiam si alter admittat obligationem, & sciat. Et cõfirmatur ex cap. consultationi de frigidis, vbi dicitur, inter tales non posse consistere matrimonium: idem *cap. laudabilem eod. & nouissime Sixtus V. in motu proprio sup. cit. decidit matrimonia eunuchorũ esse irrita, etiam si scienter contracta sint. Et ita etiam docent Sotus in 4. dist. 34. q. vn. art. 2. Henriquez *lib. 11. de matrim. cap. 20. & lib. 12. cap. 8. cum alijs Filiuc. tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 3. num. 92. & Sanchez *disp. 97. num. 2.***

18 Octaua conclusio, quando ab initio, bona fide, contractum est matrimonium cum impotentia perpetua, & ignorata, & postea detecta est impotentia, & consequenter nullitas matrimonij, possunt ij

non coniugati, sic permanere, & cohabitare, sicut frater, & soror, si absit periculum incontinentiæ, vt docent communiter Doctores, & conceditur expresse in cap. consultationi, & cap. lucidabilem, de frigidis. non licent tamen illis tactus, oscula, & amplexus, sicut nec licent soluti; at ij reuera non sunt coniuges, sed soluti. Sotus in 4. distinct. 34. quest. vnic. artic. 2. Nauar. conf. 2. de frigidis, Henriquez lib. 2. cap. 7. num. 7. Filiuc. tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 3. num. 94. Bonacin. supra num. 20. & alij communiter. Quod si adsit periculum incontinentiæ, nõ debet permitti, vt cohabitent, vt constat ex dicto motu proprio Pij V. Circa autẽ hæc spectat ad Episcopum: imo si non possunt continenter viuere, vt fratres, & non possunt separari absque scandalo, tenentur reclamare: idque locum habet, etiam si impotentis scilicet impotentis foeminam de cepisset, neque eam propterea tenetur, vt sororem habere, & alere, vt cum multis docet Sanchez lib. 7. disp. 97. num. 10. et si aliqui contra sentiant. Idem dic, si ambo suam impotentiam cognouissent, neque enim tunc tenentur, vt fratres cohabitare, vt contra aliquos docet idem Sanchez num. 11. & cum eo Filiuc. tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 3. num. 94. qui num. 95. cum Soto in 4. dist. 34. quest. vnic. artic. 2. ad fin. Lopez de matrim. cap. 52. & Sanchez sup. num. 13. addit, quando vir, & foemina cognoscunt ab initio impotentiam, posse inire contractum, vt simul viuant, & habitent, vt fratres, non in ordine ad generationem, sed ad mutua obsequia in ordine ad naturalem vitam, & officiorum societatem, modo absit periculum incontinentiæ. Ratio est, quia sicut possunt alios contractus ciuiles inire, ita & huc; & quemadmodum possent ita permanere, si ab initio, bona fide, contractum esset, ita etiam a principio possunt ita conuenire: talis autem contractus nullo modo est, nec esse potest matrimonium, vt docent D. Bouaent. in 4. dist. 34. artic. 2. q. 1. Ricard. eadem dist. Sotus quest. 1. artic. 2. Sanchez lib. 7. disp. 97. Vazquez 3. part. disp. 125. cap. 7. & cum his Hurtado disp. 22. diff. 4. num. 10. nam dicta impotentia perpetua non solum dirimit matrimonium contrahendum in ordine ad generationem, sed etiam in ordine ad naturalem vitam, & officiorum societatem in diuerso sexu, quidquid Basilius lib. 7. cap. 56. cum Palud. in 4. dist. 34. idque videtur definitum a Sixto V. in dicto motu proprio, dũ absque vlla distinctione matrimonij ad hunc, vel illum vltim absolute, ait, impotentes esse ineptos ad contrahendũ matrimonium, & deducitur ex dict. capp. consultationi, & laudabilem, vbi absque vlla matrimonij distinctione, quando est impotentia ad coitum, dicit foeminam non posse haberi, vt vxorem, sed vt sororem: & ratio fundamentalis est, quia de essentia matrimonij est mutua corporum traditio in ordine ad comixtionem carnalem, & naturalem propagationem: sed dicta impotentia tollit hanc traditionem, & corporum dominium; ergo etiam tollit omnino matrimonium, non solum in ordine ad generationem, sed etiam in ordine ad dictam societatem; ergo dicta societas nullo modo erit matrimonium.

19 Nona conclusio, impotentia perpetua subsequens matrimonium, seu contingens post matrimonium, qualiscumque illa sit, non dirimit illud, quamuis tantum sit ratum, vt habet communis, &

aperte colligitur ex cap. hi qui 32. quest. 7. vbi dicitur, ob nullam impotentiam superuenientem matrimonium cessare: idem cap. vxorem 32. quest. 7. Et confirmatur, quia matrimonium consummatum solum soluitur per alterius conversionem ad fidem, & ratum per solam professionem, aut Pontificis dispensationem, vt dixi hoc lib. cap. 4. duo 20. & dub. 3. & 4. vnde si matrimonio superueniat furor, aut perpetua amentia, maleficium, aut virilium abscissio, non illud soluit, etiam tantum ratum sit, vide Henric. lib. 11. cap. 5. num. 5. cap. 17. num. 7. & lib. 12. cap. 8. num. 3. & Sanchez lib. 7. disp. 102. n. 3. & Hurtado disp. 22. diff. 9. n. 32.

20 Difficultas tamen est, an quando impotentia superuenit matrimonio, possint illo coniuges uti: quo in casu dico, si vir incidat in eum morbum, vt nullo modo possit vas penetrare, vt si detruncetur, vel foemina fiat arcta omnino, tunc accessus conjugalis illicitus est: quod si probabilis spes sit seminandi intra vas, licitum erit conari ad copulam, quamuis per accidens effunderetur semen aliquoties extra; vtuntur enim iure suo, & paruaesuforsiquitur per accidens, Henric. lib. 11. cap. 17. num. 7. Filiuc. tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 3. num. 103. & alij apud Henriquez: si verò, contracto matrimonio vir utroque teste orbaretur, non dubito, quin posset uti matrimonio, quia utitur iure suo, & quod non emittat verum semem, est per accidens, sicut si ex morbo esset corruptum, vel ex ætate sterili, Sanchez cum alijs disp. 102. num. 7. & cum eo, & Tollet. Filiuc. sup. num. 13. Item, si foemina cognouerit experientia se non posse prolem viuam edere, possunt ambo uti matrimonio, quia nõ tenentur vitare eiusmodi prolis damnum, cum proprio detrimento, & periculo incontinentiæ: si vero foemina nequeat parere sine graui periculo, etiam si non teneatur reddere, potest tamen, si velit, reddere, & petere; potest enim exponere periculo vitam ob magnum detrimentum abstinentiæ perpetuæ a coitu cum periculo incontinentiæ propriæ, & alterius. Tũ, quia nec periculum ex partu solet adeo certum esse, nec certa conceptio futura: demum si mulier certa sit de viri impotentia, ex triennio iam transacto, sed id non potest probare, eo quod vir negat, tunc neuter potest petere, aut reddere, quia matrimonium est nullum. S. Thom. dist. 34. in expos. lit. Sanchez sup. n. 17. & Filiuc. loco cit.

21 Decima conclusio, quando est in dubio, an impotentia præcesserit matrimonium, vel subsequuta fuerit, si impotentia est naturalis ex frigiditate, vel arstitudine, præsumitur præcessisse, quia naturalia solent esse perpetua, Abbas cap. fraternitatis num. 16. de frigid. Syluest. matrim. 8. quest. 16. dicto 9. & cum ijs, & Hostiens. ac Ioann. Andr. Filiuc. tom. 1. tract. 10. cap. 3. num. 104. quod si sit accidentalis ex maleficio, vel abscissione, tunc præsumendum est subsequutam esse, quado aliquod tempus intercesserit inter matrimonium contractum, & eius consummationem attentatam, consequenter nõ esse impedimentum dirimens: secus tamen quado breue tempus intercesserit, tunc enim præsumitur præcessisse, quo modo, ait Filiucius, possunt conciliari prima, & tertia sententia relatæ à Sanchez disp. 103. at Bonacina quest. 3. de matrim. punct. 13. num. 17. cum Henric. lib. 12. cap. 8. num. 3. & alijs, absolute tenet, maleficium in dubio præsumi factum ante

ante matrimonium, consequenter esse impedimentum dirimeos, contra Sanchez *ubi supra num. 5.* existimantem, in dubio maleficium iudicandum esse factum post matrimonium. Id autem probat Bonacina primò, quia hoc modo fauetur proli. Secundò, etsi verum sit, in dubio iudicandum esse in fauorem matrimonij, hoc procedit, quando matrimonium potest sortiri suum effectum, id est, procreationem prolis, vel saltem fugam fornicationis, ne quod fauore alicuius inductum est, in eius damnum retorqueatur, *regul. quòd gratia, de reg. iur. in 6.* at matrimonium non potest sortiri hunc effectum, iudicando maleficium factum fuisse post matrimonium; nam cum hoc maleficium non fiat procreatio, & generatio: probabilis quidem sententia, non tamen recedo à sententia Filiucij, quia videtur æquior, & rationi conformior. Denique si dubitatur, an impotentia sit vera, nec ne, & an sit consummatum, si adhibita diligentia, dubium superari non possit, tunc præsumendum est in valorem matrimonij, nam matrimonium possidet, & dubitatur, an ad sit impedimentum, quod non præsumitur adesse, nam potentia ad copulam est naturalis homini, consequenter quilibet præsumitur esse ad illam aptus, nisi aliud constet, & asserenti se esse impotentem ad generationem, incumbit onus probandi suam impotentiam, cum habeat præsumptionem in contrarium. Ita Sanchez *sup. num. 8.* & cum eo Filiucius *loco cit. num. 104.* & Bonacina *sup. num. 11.*

22 Sed quæres primò, quantum temporis experientie concedatur ad declarationem nullitatis matrimonij, ob impotentiam perpetuam. Respondeo, & dico primò, in foro conscientie, quando certò constat, impotentiam esse perpetuam, vt si ad sit amputatio virilium, aut veriusque testis, ariditas virilium, aut ariditas mulieris; aut quando constat ferè certò de impotentia, id est, quando est probabile, esse perpetuam absque probabilitate oppositi, ex tunc coniuges non posse se maritaliter tractare, quauis ad id per censuras compellantur: est commune, teste Hurtado *de matrim. disp. 22. diff. 11. num. 36.* Ratio est, quia tunc est certum, aut ferè certum, matrimonium esse nullum: è contra verò, quando est probabile, impotentiam non esse perpetuam, quauis oppositum etiam sit probabile, ex tunc possunt se maritaliter tractare, quia prudenter tunc iudicatur, matrimonium esse validum. Quàdo verò non est certum, neque ferè certum, impotentiam esse perpetuam, & non est probabile esse perpetuam, & non est probabile esse perpetuam, sed est dubium, an sit, vel non sit perpetua, possunt coniuges in matrimonio, & eius vsu pro tempore aliquo perseverare; quia in dubio habent ius inquirendi, an impotentia sit perpetua, quod aliter inquire non potest, quam experiendo carnaliter commiseri. In hoc ergo dubio ad talem experientiam, concedit Ecclesia tempus triennij, vt habeatur *cap. laudabilem 5. de cap. fin. de frigidis*, quia id tempus videtur necessarium ad veritatem inueniendam, ac proinde ultra triennium nequeunt coniuges se maritaliter tractare, quando eo transacto constat impotentiam esse perpetuam. Triennium autem hoc experientie computandum est à die conatus ad copulam, seu à die copulæ attentatæ, vt docent Henricus *lib. 11. cap. 8. num. 1.* Reginaldus *lib. 31. num. 107.* Sanchez *lib. 7. disp. 107.* Coninch

*disp. 31. num. 83.* Filiucius *tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 3. num. 112.* & Hurtado *disp. 22. diff. 9. num. 41.* vnde non est computandum à die contractus matrimonij, nisi eo die copula fuerit attentata. Colligitur hæc computatio, ex *cap. laudabilem*, vbi expresse dicitur, triennium computandum esse à die celebrationis coniugij, id est, à die intentatæ copulæ, quæ eo die intentata solet: quod habet locum in impotentia ratione frigiditatis, &c. quam ratione maleficij, eadem enim est ratio: quæ quidem computatio eodè modo fieri debet in puero quatuordecim annorum, & in puella duodecim annorum, Hurtado *supra num. 41.* quia iura indistincte loquuntur, etsi Sanchez *supra disp. 110.* existimet, hoc tempus in puero esse computandum ab octuagesimo anno, & in puella à decimo quarto. Hoc autem tempus non requiritur, quòd sit mathematicè continuum, sed morali modo, & ciuili iuxta communem cursum: vnde si per aliquot menses, vt quinque, vel sex, absens fuisset alter coniugum, posset eo compleri, adijciendo tantum de tempore post exactum triennium, Hurtado *sup. Filiuc. loco citat. num. 113.* & Sanchez *disp. 111.*

23 Dico secundò, in foro exteriori quando certò, aut fere certò constat impotentiam esse perpetuam, quia signa sunt euidentia, aut ferè euidentia, tunc non est expectandum triennium, sed statim absque expectatione alicuius temporis, declarandum est matrimonium esse nullum, quia tempus tantum requiritur in dubio impotentie: quando verò neque fere certò constat iudici de impotentia perpetua, & verque non fatetur impotentiam, quia alter negat, tunc necessaria est experientia triennialis ad declarationem nullitatis matrimonij. Idem etiam obseruandum est, quando vterque impotentiam fatetur, quia cum sit dubium de impotentia, quamuis vterque illam fateatur, potest dubitari, an sit perpetua. Sanchez *lib. 7. disp. 108. Basil. lib. 7. cap. 60.* & Hurtado *disp. 22. diff. 11. num. 38. 39. 40.* qui *num. 41.* asserit, in dubio impotentie perpetuitatis, requiri hoc triennium pro foro exteriori, quamuis pro perpetuitate impotentie sit probabilis opinio, si pro non perpetuitate sit etiam opinio probabilis, quia in tanta contingentia, æquum est, vt experientia inquiretur veritas, & ante inquisitionem matrimonium non declaratur nullum à iudice. Hinc fit, si coniunx alter ante triennium exactum recedat, propria auctoritate cogendum esse per excommunicationem ad cohabitandum, Sanchez *lib. 7. disp. 112.* si vero post triennium ita discedat, probabilius est, quòd sponsus spoliatus restituatur, quoad cohabitationem, quia alter non potuit recedere propria auctoritate. Filiucius *num. 114.*

24 Quòd si postquam declaratum fuit, impotentiam fuisse perpetuam, postea naturaliter, sine miraculo, & sine vitæ periculo, cesset impotentia, contrahentes sunt iterum coniungendi, quia matrimonium verè non fuit nullum, quamuis vnus ex illis iam sit sacris initiatus, imò quauis iam sit Religiosus professus, si matrimonium fuit consummatum; nam ratum tantum professione dissoluitur: professus autem, & sacris initiatus ad coniuges redeuntes, quamuis reddere teneantur, non tamen possunt petere, eo quòd voto castitatis sint adstricti. Hurtado *supra num. 42.* si verò in hoc casu vterque



que in Religione profiteatur, valet professio, & dissoluitur matrimonium, si tantum fuit ratum, Bonacin. *quæst. 3. de matrim. punct. 13. num. 23.* cum Sanch. *disp. 99. Henriq. lib. 12. cap. 7. & alijs.* Quod si in dicto casu vnus coniunx professus est in Religione, & alter contraxit secundas nuptias, si matrimonium erat tantum ratum, validæ sunt secundæ nuptiæ, nam professio dissoluit matrimonium ratum; si autem matrimonium erat consummatum, inualidæ erunt secundæ nuptiæ, nam vinculum prioris matrimonij adhuc perseverat, nec dissoluitur per professionem. Idem dic, si contrahat secundas nuptias ante professionem alterius, quamvis matrimonium sit tantum ratum, nam hoc non dissoluitur per solum ingressum in Religionem, sed per legitimam professionem, vt dixi *supra hoc lib. vide de his Sanchez dist. disp. 99. & Bonacin. loco cit. n. 22. 23. 24. & 25.*

25 Quæres secundò, quanam probationes requirantur, & sufficiant, ad declarandum matrimonium esse nullum ob impotentiam perpetuam, præter experientiam triennij, modo explicato *in quæst. anteced.*

26 Dico primò, si sint signa euidentissima, vt amputatio virilium, carentia vtriusque testis, dissoluendum est statim matrimonium, nec expectandum est triennium, nec requiritur iuramentum propinquorum, quia cum manifeste constet impotentia, contra legem naturalem esset, permittere copulam. Si verò signa sint euidentia verò similiter, vt arctitudo foeminae, tunc non requiritur triennium experientiae, sed iuramentum coniugum, qui afferant, se non posse habere copulam, & septimæ manus propinquorum, id est septem consanguineorum, qui iurent, se credere, quod coniuges verū dicant DD. *in capit. laudabilem de frigid.* Sanchez. *lib. 7. disp. 107. num. 4. Filiuc. tom. 1. tract. 10. p. 2. cap. 3. num. 106.* Hæc autem procedunt de impotentia naturali, nā in maleficio requiritur triennium experientiae, nam eo quod accidentalis est, præsumitur posse remoueri, adhibitis remedijs. Abb. *in dist. cap. laudabilem, & alij: & post triennium est etiam assignandum à iudice tempus arbitrarium, vt coniuges vacent orationi, & operibus poenitentiae, vt colligitur ex cap. fin. de frigidis.*

27 Quod si signa sint tantum præsumptiuè probantia, & consequenter impotentia dubia, & vterque coniunx illam fatetur, requiritur triennium experientia, quia dubitatur de impotentia, & ex confessione vtriusque coniugis non est vera probatio, Sanchez *supra dist. 108. num. 5.* quo in casu vltra triennium, & iuramentum vtriusque coniugis, requiritur etiam iuramentum septem consanguineorum vtriusque coniugis, & his deficientibus, adhibendi sunt septem vicini cuiuslibet coniugis, qui sint bonæ famæ; si tot haberi nõ possint, sufficient pauciores arbitrio Iudicis, Gloss. *in cap. requisisti 33. quæst. 1. verbo, septima manus.* sanct. Thom. *in 4. dist. 34. in fin. & in exposit. lit. Nauar. consil. 1. de frigidis, & cum alijs Sanchez supra num. 7. & cum his Filiuc. num. 107.* Quando verò impotentia certa non est, & mulier affirmat esse impedimentum, & vir negat, si foemina proclamat initio matrimonij, vt post mensem, vel bimestre, audienda est, *ex cap. 1. de frigidis, Sanchez dist. 99.*

109. num. 26. quo in casu si mulier erat virgo tempore matrimonij initi, est matrimonium dissoluendum, accedente tamen prius inspectione coniugum per medicos, & matronas, & probatione impotentiae viri per aliqua signa: si verò corrupta erat, probabile est satis esse iuramentum ipsius, & septem propinquorum eius cum aliquibus signis impotentiae. Abb. *cap. 1. de frigidis, num. 3.* Sanchez verò *num. 18.* cum alijs vltius requirit, vt vir conuincatur per aspectum, esse impotentem, vel expectandum triennium. Quod si foemina non reclamauit statim post bimestre à copula intentata, audienda non est, sed fides adhibenda est viro fatenti, se consummasse, *ex eodem cap. illis verbis: Illa autem, si prior post annum, aut dimidium, &c.* Abb. *ibi num. 5. & alij Sanchez supra num. 4. & cum ijs Filiuc. sup. num. 109.* Nihilominus tamen in quibusdam casibus audienda esset post bimestre: primò, si per certa signa vxor intenderet viri impotentiam: secundo, si per inspectionem probet se virginem, nec cognitam à viro: tertio, si post triennium reclamet, tunc enim si per aspectum probet se virginem, & accedat iuramentum septimæ manus propinquorum, dissoluendum erit matrimonium, *c. laudabilem de frigid.* Glossa *verbo iustum.* Abb. *in fin. & alij.* Quarto, si mulier afferat, se cognitam à viro, potius illi credendum est, quàm viro neganti, nisi vir contrarium probet, non enim credendum est eam velle habitare cum viro impotente, & in dubio fauendum est matrimonio, nisi conueniatur per aspectum esse virginem. Sanch. *cum alijs supra num. 9. & Filiuc. loco cit.*

28 Et dictis inferitur, si mulier corrupta duxit matrimonium, & prætendat virum esse frigidum, & non reclamauit initio matrimonij, si per aspectum viri non possit cognosci, an sit frigidus, nec ne, habendam esse fidem potius viro asserenti, se consummasse, quàm vxori neganti. Inferitur etiam, idem dicendum de viro proclamante contra matrimonium ratione arctitudinis foeminae, quod dictum est de muliere reclamante contra matrimonium ratione frigiditatis viri; nam quamuis, *cap. 1. de frigid.* sermo sit de sola foemina, quia de illa casus fuit propositus, tamen eadem est decisio, quia eadem est ratio, & cum sint correlatiua, quod de vno disponitur, etiam de altero dispositum esse censetur *l. fin. C. de iudic. viduit. Filiuc. loco citat. num. 110.* vide Sanch. *locis cit.*

29 Quales autem debeant esse matronæ deposituræ de sponsæ virginitate, quibusue diligentijs præmissis deponere, debeant, & alia ad id pertinentia, vide apud Sanch. *lib. 7. disp. 117. vbi de ijs late, & dist. 114. vbi probat posse proclamare, non solum coniugem potentem, sed etiam impotentem, vtriusque enim interest dissolui matrimonium, viri quidem, ne sustineat onera matrimonij irriti, mulieri verò, vt possit recepta sua dote, & libertate, separari ab eo, qui non est suus vir, nec ratione, aut Canone cogi potest, vt habitet cum eo viro tantquam soror: sed de ijs satis, quia pertinent magis ad forum externum. Vide Sanch. *disp. 114.**

30 Quæres tertio, an soluto matrimonio propter impotentiam vnus, possit alter transire ad secundas nuptias. Respondeo, & dico, si dissoluatur ratione frigiditatis in viro, hic ad secundas nuptias transire non potest, quia vel hic est impotens, vt

vt prius, & sic secundum matrimonium etiam erit irritum, vel est factus potens, & sic obstat primis, quia remanet validum, eo quod solum fuerit falsa præsumptione, ideo restaurandum prius matrimonium, ad quod satis est probare, eum consummasse secundas nuptias, vel fornicatum fuisse. Quod si vxor separata a frigido alij nupta est, potest relinqui pacifice in secundo matrimonio, donec legitime probatum sit, frigidum esse potentem, & tunc restituenda erit illi: si verò non est nupta, & velit nubere, deneganda est illi licentia, donec cõflet, an vir separatus ob frigiditatem consummauerit cum secunda, vel fornicatus fuerit, de quo Sanchez *disp. 99. q. 1. & Filiuc. tom. 1. tract. 10. part. 2. num. 06.*

31 Dico secundò, si dissoluatur ratione arctitudinis in fœmina, tunc si illa alteri nupta ab eo cognita est, restaurandum est primum matrimonium, si inter primum, & secundum virum similitudo sit, ex cap. *fraterrotraz de frigidis*: si verò dissimilitudo, non dissoluendum secundum, quia validum: intellige hoc, si prius matrimonium fuit solum non ratione arctitudinis absolute, sed respectiua, nam si absoluta sit, semper matrimonium erit nullum. *Filiuc. sup. n. 97.*

32 Dico tertio, si matrimonium legitime per Ecclesiam soluat ratione maleficij, facta hac solutione, concedenda est vtrique coniugi licentia transeundi ad secundas nuptias, si velint, ex cap. *sev. 22. quæst. 1.* vbi deciditur, separatam ratione maleficij, si ad alias nuptias transferit, non esse restituendam priori matrimonio, etiam si cesset impotentia ex maleficio Ratio est, quia maleficiatus regulariter est impotens tantum respectu vnus, vel alterius, non absolute, ideoque poterit legitime coniungi cum alio. *Sanchez lib. 7. disputa. 93. q. 3. num. 22.* Quod si hic vir dissoluto matrimonio, primam vxorem fornicarie cognosceret, instaurandum est prius matrimonium, quia experientia constaret, iudicem fuisse deceptum, *Syluest. matrim. 8. q. 26. dub. 8. & cum alijs Sanch. disp. 99. n. 25. Filiuc. n. 05.*

33 Ex his sequitur, dissoluto matrimonio causa frigiditatis viri, fœminam posse alium ducere, non autem virum, quia ipse, & non ipsa est impotens, quod si vir hic ineat aliud matrimonium, inualide init, quia adhuc præsumitur ineptus ad matrimonium. *Sanchez disputation. 93. num. 17. Coninch disputac. 31. dub. 7. num. 8. & Bonacin. quæst. 2. de matrimon. punct. 13. num. 8.* si verò post separationem probat, se non esse frigidum, vel quia fornicatus est, vel quia secundas nuptias consummauit, restituendus est primæ vxori, quia validum fuit primum matrimonium, eo quod reuera impotentia non fuit perpetua. Idem dic de muliere, quæ separata fuit a viro propter præsumptionem impotentia provenientis ex arctatione, nam si postea cognosceatur apta, restituenda est priori viro, modò non sit reddita apta per fornicationem cum alio, nam sic censetur impotentia perpetua, vt dixi supra, & docent *Henriquez lib. 12. cap. 7. num. 9. Sanchez lib. 7. disp. 93. num. 10. Bonac. sup. & alijs.*

34 Quomodo autem retractanda sit sententia data, comperto errore, & coram quo iudice:

item, an comperto errore, integrum sit coniugi potenti celebrare diuortium, vide apud *Sanchez disp. 99. q. 6.* nam hæc potius sunt fori externi, quàm interni.

35 Quæres quartò, vtrum hermaphroditus possit valide contrahere. Hermaphroditus dicitur, qui habet vtrumque sexum, vtilem videlicet, & fœmineum.

36 Dico igitur, si in hermaphrodito præualeat vnus sexus, potest iuxta sexum in eo prævalentem inire matrimonium; vnde si præualeat sexus virilis, potest contrahere cum fœmina; si fœmineus, cum viro; nam censetur illius sexus, quo præualeat. *Sanchez lib. 7. disput. 106. Coninch disput. 31. dub. 7. Syluest. hermaphrodit. fin. Nauarr. consil. 8. de etate, & qualitate, & consil. 47. de regular. Filiuc. tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 2. num. 90. Hurtado disput. 22. d. ff. 10. num. 34. Bonacin. tom. 1. quæst. 3. de matrimon. punct. 12. num. 27.* Ex quo sequitur, irritum esse matrimonium contractum iuxta sexum minus prævalentem; esset enim tuac matrimonium inter duas personas eiusdem sexus, ideo inualidum iure nature, nam si præualeat sexus fœmineus, censetur fœmina, consequenter non potest cum fœmina contrahere; si præualeat virilis, non potest cum viro nubere, eo quod censetur nuptias celebrare cum persona eiusdem sexus. Nihilominus tamen si iuxta sexum minus prævalentem est potentia ad copulam, non est improbable matrimonium contractum iuxta illud esse validum, vt cum *Basilio cap. 65.* tenet *Hurtado supra num. 35.* iudicare autem, quisnam sexus præualeat, spectat ad Medicos, & ad Matronas peritas: in dubio autem iudicium ferendum est, ex ipsius hermaphroditi assertione. *Bonac. sup. n. 28. Sanchez, & alijs.*

37 Dico secundò, si vterque sexus est æqualis, tunc in optione illius est eligere quem voluerit, & secundum illum contrahere matrimonium. Itacitati, qui aduertunt, & bene, Parocham antequam tali matrimonio intersit, debere prius hermaphroditam coram iudice Ecclesiastico protestari, quo sexu vti valet, vno autem electo, non potest amplius alium eligere, sed in eodem debet semper perseuerare, & debet iurare, se nunquam vsurum alio sexu, *argumento cap. Presbyteros 16. quæst. 1. & cap. diuersis de Cleric. coniug.* Dato tamen, quod viduus factus mutaret electionem, matrimonium validum esset, quia est æque vir, ac fœmina, nec eius electio abstulit, quod natura tribuerat: peccaret tamen grauiter, mutando electionem, vt ait *Bonacina num. 29.* non tamen est improbable, non peccare saltem mortaliter, si in protestatione non iurauerit se non mutaturum electionem sexus, vt tenet *Hurtado supra numer. 34.* Vide de his *Henriquez lib. 14. cap. 8. numer. 6. Sanchez disp. disputat. 106. & alios supra citatos.*

38 Sed dices, hermaphroditus, si in eo vterque sexus est æqualis, non potest ordinari, neque profiteri in Monasterio; ergo neque nubere poterit. Respondeo, esse disparem rationem, nam fœmina est incapax ordinis, non autem matrimonij: & ad professionem etiam est inhabilis ob periculum peccatorum carnalium, si vel apud viros,

vel apud Moniales profiteretur. Vide Sanchez *lib. 7. disp. 106.*

39 Quæres quintò, quid iuris de impotentia temporali, defectu ætatis.

40 Suppono, ad validitatem matrimonij de iure Ecclesiastico requiri pubertatem, id est, quòd vir habeat quatuordecim annos completos, & fœmina duodecim etiam completos: unde matrimonium contractum ante dictam ætatem est irritum eodem iure, vt habet communis *ex cap. conuinebatur de desponsat. impuber. & ex cap. liberis, cap. puberes, cap. arsektionibus, eod.* debent prædicti anni esse còpleti mathematicè (nisi malitia suppleat ætatem, vt infra) vt ex dictis iuribus colligitur, & docent communiter DD. apud Sanch. *lib. 7. disp. 104. Basil. lib. 7. cap. 65.* aut quòd saltem sit inchoatus vltimus dies, vt docent Sanchez *supra Filiuc. 1. tom. tract. 10. part. 2. cap. 1. num. 84.* & Coninch *disp. 31. n. 51.* fauore matrimonij, sicut fauore testamenti deciditur, *l. qua ætate, ff. de testam.* aliter enim matrimonium erit nullum, vt patet à simili de testamento, & professione; non tamen est improbable sufficere, eam ætatem esse completam moraliter, quando scilicet duo, aut tres dies deficiunt ab impletione quatuordecim, aut duodecim annorù, vt cum Ledesm. tenet Bonac. *tom. 1. quest. 3. de matrim. punct. 13. n. 11.* etsi ipse, & bene, asserat, hoc non esse facilè admittendum: assignatum autem est hoc tempus a iure tanquam sufficiens, & necessarium, quia his temporibus censentur contrahentes apti ad generationem, & quia hæc potentia tardius reperitur in viris, quàm in fœminis, ideo assignatur in fœminis duodecim anni, & in viris quatuordecim. Sanchez *lib. 1. disp. 17. n. 2.*

41 Dixi, de iure Ecclesiastico, nam ad validitatem matrimonij, de iure naturæ non requiritur illa ætas, sed sufficit, quòd contrahentes habeant vsum rationis (modò non obstat aliud naturale impedimentum) quia habentes vsum rationis ex natura rei apti sunt ad se obligandum ad actum coniugalem postea possibilem, ideo matrimonium ante pubertatem contractum, si habeant vsum rationis iure naturæ, non est irritum: & confirmatur, quia impotentia temporalis non dirimit iure naturæ matrimonium, vt diximus *conclus. 6.* sicut nec dirimit morbus, qui reddit hominem inhabilem multos annos ad copulam; & quamuis pueri protunc non sint apti ad copulam, erunt tamen pubertate accedente. Ita Henriquez *lib. 12. cap. 7. num. 10.* Sanchez *lib. 7. disput. 104. num. 19.* Nauarr. *consil. 30. de desponsat. impuber.* Bonacin. *quest. 3. de matrim. punct. 13. num. 10. versic. Dixi,* Filiuc. *tom. 1. tract. 10. cap. 1. num. 85.* Hurtado *disp. 22. diff. 12. num. 44.* & communiter DD. cum S. Thom. *in 4. dist. 26. q. vnic. artic. 5.*

42 Dixi etiam, nisi malitia suppleat ætatem: hoc est, nisi habeant sufficientem discretionem ad intelligendum vim obligationis coniugalis, & potentiã ad copulam: nam tunc matrimonium ante pubertatem, etiam iure Ecclesiastico est validum. Ita citati, & communiter Doctores, & constat *ex cap. conuinebatur, & ex cap. de illis 9. cap. fin. de desponsat. impuber.* Tempus autem, quod malitia suppleat ætatem, debet esse proximum pubertati, vt constat *ex dict. cap. conuinebatur, & ex cap. de illis 9.* tempus

vero dictæ ætati proximum, secundum aliquos est illud, quod à pubertate non distat amplius, quàm sex menses; alij in pueris dicunt esse tempus excedens annum decimum, & dimidium; & in puellis, nonum, & dimidium, Sanchez verò, *supra lib. 7. disput. 104.* id relinquit arbitrio iudicis, vt illud assignet, quia nihil videtur iure præscriptum: demum Hurtado *disputat. 22. diff. 12. num. 46.* existimat, tempus proximum pubertati, à quo malitia supplet ætatem, esse, cui non deficit plus quàm vnus annus integer, vt significatur *in dict. cap. conuinebatur:* unde, inquit, puella, quæ vndecim habet annos completos, & puer qui habet terdecim, sunt proximi pubertati, vt quando malitia suppleat ætatem, possint matrimonium contrahere; ex his oppinionibus tertiam, & quartam existimo probabiliores. Quando verò dubitatur, an malitia suppleat ætatem, præsumendum est, non supplere, consequenter tunc non posse matrimonium valide celebrari: quare afferenti, malitiam supplere ætatem, incumbit onus probandi, cù habeat præsumptionem contra se. Sanchez *supra num. 4.* Bonacina *questio. 2. de matrimonio, punct. 13. num. 10. versic. Dixi,* & communiter Doctores. Coniecturæ autem ad cognoscendum, an malitia suppleat ætatem, sunt. Primo, si fœmina impubes fuit ab alio cogita, vel si impubes aliam cognouisset. Secundo, nixus ad copulam facit præsumere illam. Tertio, etiam copula non habita, potest probari potentia ex alijs signis arbitrio iudicis, inspecta personæ qualitate, membrorum dispositione & bonavaletudine. Quarto, menstruum in fœmina sufficit ad probandam aptitudinem ad generationem, nam tunc valet concipere. Quintò, si puer aptus sit ad effusionem seminis, præsumitur quoque aptus matrimonio. Sextò, sola lanugo in membris genitalibus non arguit potentiam generandi, quia neque omnes pelosi potentes sunt, neque omnes non pelosi impotentes. Vide Sanchez *lib. 7. disputat. 104. questio. 5.* & Filiucius *supra num. 88.* & Villalob. *1. part. tract. 14. diff. 22. num. 7.*

43 Dices, quis possit dispensare, vt matrimonium contrahatur ante pubertatem. Respondeo certum esse, posse Papam dispensare, quia hoc impedimentum est tantum de iure Ecclesiastico; Episcopum verò etiam posse, non absolutè, sed solum in casu vrgentis necessitatis, vt constat *ex cap. 2. de desponsat. impuber. ibi: Nisi ferè aliqua vrgentissima necessitate occurrente, utpote pro bono pacis talis coniunctio tolleretur.* At quando in aliquo textu dispensatio permittitur, nec explicatur cui, intelligitur concessa Episcopo. Filiucius *supra num. 78.* Bonacina loco citato, num. 13. vide Henriquez *lib. 11. cap. 13. num. 11.* & Villalobos *1. p. tract. 14. diff. 22. num. 5.*

44 Ex dictis colligitur contrahentes ante ætatem præscriptam à iure peccare, quia est prohibitum, *in cap. vbi non, 2. de desponsat. impub.* quod peccatum existimant esse mortale, contra Sanchez *lib. 1. disput. 17.* Coninch *disp. 21. num. 54.* Hurtado cum Basilio *supra num. 47.* quibus libenter assentior, quia est quid graue: excipe, nisi contrahât, præmissa Episcopi dispensatione, vt dixi in antecedenti.

45. Colligitur secundò, defectum ætatis non esse impedimentum dirimens de iure nature, sed tantum iure Ecclesiastico, & hoc non semper, sed tantum vsque ad pubertatem, nisi malitia suppleat ætatem modo in superioribus explicato; defectus enim ætatis non est impotentia perpetua, sed tantum temporalis, vsque ad tempus à lege præscriptum. Hinc fit, matrimonium inter infideles validum esse ante pubertatem, modò habeant vsum rationis.

46. Colligitur tertio, puberem si fortè adhuc non sit habilis ad copulam, non quidem ex frigidityte, sed ex sola ætatis debilitate, probabilius esseabilem esse ad matrimonium de iure Canonico, quia lex non curat de casu raro, vt est hic, sed solum attendit ad id, quod communiter accidit, vt matrimonium in ea ætate firmum sit: quo quidem in casu expectandum esset vsque ad plenam pubertatem, quæ in fœminis est annorum quatuordecim, in maribus octodecim completorum: quod intellige, in casu quo præsumitur impotentia eiusmodi prouenire ex debilitate potius ætatis, quàm ex frigidityte; nam si ex frigidityte proueniat, in dubio expectandum esset triennium modo supra explicato. Sanchez *lib. 7. disp. 104. num. 18.* & Filiuc. *loco cit. n. 86. & 87.*

### Dub. 17. De impedimento raptus.

1. DE raptu, prout est species, seu peccatum ad luxuriam spectans, & de pœnis raptoris dixi in Decalog. *lib. 6. cap. vnic. dub. 4.* nunc solum videndum est, quomodo matrimonium dirimatur: est autè raptus, prout ad præsens attinet, voluntaria puella extractio de domo patris.

2. Dico primò, quidquid fit de iure antiquo, de quo Sanchez *lib. 7. disp. 13.* Henriquez *lib. 12. cap. 14. num. 4.* Filiuc. *tom. 1. tract. 10. part. 2. c. 8. num. 261.* & Hurtado *disp. 23. diff. 3. num. 11.* de iure nouissim (cui standum est) edito à Trident. *sess. 24. cap. 6. de matrimonio.* est impedimentum dirimens matrimonium futurum, non in perpetuum, sed quandiu rapta est sub potestate raptoris, nec separata est, & loco tuto, ac libero constituta: constat ex ipso Trident. ibi: *Decernit sancta Synodus inter raptorem, & raptam, quamdiu ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse consistere matrimonium. Quòd si rapta à raptore separata, & in loco tuto, ac libero constituta illum in virum habere consenserit, eam raptor in uxorem habeat, & nihilominus raptor ipse, & omnes illi consilium, auxilium, & fauorem vrabentes, sint ipso iure excommunicari, ac perpetuò infames.* Vbi notanda sunt illa verba, nullum posse consistere matrimonium, nam per illa inducitur hoc impedimentum dirimens, quia in *cap. vnic. de cognat. legali.* iisdem verbis dicitur, inter adoptantem, & adoptatum non posse consistere matrimonium, ex quibus etiam verbis colligunt Doctores esse impedimentum dirimens; sic ergo in nostro casu, & ita sentiunt Nauarr. *cap. 22. num. 74.* Tolet. *lib. 7. cap. 13. num. 2.* Henriquez *lib. 12. cap. 14. num. 4.* & cum alijs Sanchez *lib. 7. disp. 13. num. 2.* & Bonacina *quest. 4. de matrim. punct. 17. §. 18. num. 9. vers. Tercia est.* Proccedit autem hoc decretum de

raptore cuiuscumque fœminæ, siue sit virgo, siue sit vidua, siue honesta sit, siue inhonesta, modò fiat causa ducendi illam, Sanchez *num. 14.* nam Concilium absolute loquitur.

3. Dico secundò, raptus quo fœmina rapit virum, non dirimit matrimonium, Henriquez *lib. 12. cap. 14.* Sanchez *lib. 7. disput. 13.* Coninch *disput. 30. dub. 4.* Filiuc. *supra num. 266.* & cum Rebello, & Basilio, Hurtado *loco citato num. 12.* Ratio est, quia decretum Tridentini est odiosum, & pœnale, & tantum loquitur de raptore, & non de raptrice; ergo non est extendèdum ad raptricem, præsertim cum sit maior ratio ad fauendum fœminis, ne cogantur, quàm viris.

4. Dico tertio, raptus, quo fœmina, inuitis parentibus, ipsa tamen consentiente, rapitur, non dirimit matrimonium, ita Sanchez, Coninch, Filiuc. & Hurtado citati contra Henriquez *ubi supra.* Ratio est, quia Tridentinum tantum loquitur de raptu, quo læditur libertas ad matrimonium, quia huic tantum læsioni occurrere intendit; at dicto raptu, quamuis vero, non læditur libertas ad matrimonium, quia inuita fœmina non fit, cuius tantum libertas, & non parentum conducit ad matrimonium.

5. Dico quarto, raptus propriæ sponsæ, si fiat ipsa inuita, dirimit matrimonium, vt contra Henriquez *supra tenet Bonacina supra num. 11.* Sanchez *loco citato num. 15.* & Hurtado *loco citato num. 14.* Ratio est, quia Tridentinum indifferenter, ac indiscriminatim loquitur de raptu, quo libertas ad matrimonium læditur: at in hoc casu verè læditur, vnde si quis post sponsalia legitime celebrata cum Berta, illam inuitam rapiat, & cum ea contrahat, dum est sub ipsius potestate, non valet matrimonium: bene verò si postea constituta in sua libertate, & loco sibi tuto, libere consentiat.

6. Dico quinto, sponsalia inter raptorem, & raptam etiam sunt inualida, ita Sanchez *disput. 15. num. 17.* & cum alijs Bonacina *supra num. 10. vers. Tercia est.* vbi refert, ita declaratum esse à sacra Congregatione Cardinalium, & merito, nam aliter Tridentinum non satis prouidisset malouitendo, & libertati matrimonij: validum tamen erit matrimonium, si postquam constituta fuerit in loco tuto fœmina, & separata à raptore, libere consentit, ita citati.

7. Ex dictis constat, raptorem non posse contrahere cum rapta à se, vel per alium, antequam constituatur in loco tuto, vt constat ex Tridentinum, poterit tamen contrahere cum rapta tertius, qui raptui non fuit cooperatus; quia pœna Tridentini est contra raptorem, & raptam, non verò contra raptam, & alium, qui non rapuit, Sanchez *disput. 13. num. 7.* Gutierrez *de matrim. cap. 186. num. 10.* & Bonacina *sup. num. 12.* Constat etiam, non dici raptam eam, quæ abducitur domo, non per vim, sed per preces importunas, aut per dolum absque vi, Sanchez *supra num. 12.* quia absque vi non est raptus, multò minùs erit raptus, si ipsa consentiat. Filiuc. *sup. n. 266.* & dixi *concl. 2.* Nec dicitur raptus, quando virgo amore capta adolescentuli, ipsius domum adit, à quo ibi spontaneè violatur, solum enim est voluntarium stuprum, ita Rodrig. *verb. Raptor.*

8 Sed dices, an raptus factus non causa contrahendi matrimonium cum rapta, sed causa libidinis, dirimat matrimonium. Affirmatiuè respondet Sa, verb. *matrimonium*, Ochavian. tract. 3. quæst. 44. & Bonacin. sup. num. 2. verius tamen negat Hurtado supra num. 14. cum Sanchez, & Coninch, quia Tridentinum in dicto decreto tantum intendit punire eum, qui sic lædit libertatem ad matrimonium, quam non censetur lædere, qui sceminam ad libidinem tantum rapit.

9 An raptus alienæ sponsæ incurrat in impedimentum impediens tantum, dicitur *infra dub. ult.* Dixi, *impediens*, non in esse dirimens, nec habetur in iure, nec vllus dubitat.

10 De alijs poenis contra hos raptos vide in nostro Decalog. loco supra citat. & Filiuc. tom. 1. tract. 10. cap. 9. quæst. 8. Bonac. quæst. 4. de matrim. mon. punct. 17. §. 18. Sanchez lib. 7. disput. 13. §. 14. Coninch disp. 31. dub. 4. Henriq. lib. 12. cap. 14. Iul. Clar. §. receptus, Azor 3. part. lib. 3. cap. 15. & alios, quos ipsi.

### Dub. 17. De impedimento contrahentium clandestine.

1 Quando matrimonium clandestinum sit validum, & quando invalidum, & de poenis clandestine contrahentium, late dictum est *sup. hoc lib. cap. 5. per eos.* vide ibi.

### Dub. 18. Quot, & quæ sint impedimenta impediens tantum, & non dirimentia matrimonium.

1 Communis, & certa sententia tenet, duodecim esse impedimenta, quæ tantum impediunt matrimonium, siue de iure naturali, siue Ecclesiastico, quæ his versiculis continentur.

- 1 Ecclesia vetitum, nec non tempus feriarum,
- 2 Acque catechismus, sponsalia, iungitio vocum,
- 3 Incestus, raptus sponsa, mors mulieris,
- 4 Susceptor propria filia, mors Presbyteralis,
- 5 Vel si poeniteat solemniter, aut Monialem,
- 6 Accipiat, prohibent hæc coniugium faciendum.

2 Dicuntur autem hæc impedimenta impediens tantum, quia impediunt, ne licite matrimonium contrahatur, factum autem tenet, sed peccant contrahentes modo explicando.

3 Primum ergo impedimentum est, Ecclesie vetitum, id est, prohibitio Iudicis Ecclesiastici, qui ex iusta causa prohibet ad tempus, ne aliqui matrimonium contrahant, vt quando dubitatur de impedimento inter eos, donec certò constet: hæc autem prohibitio potest fieri à Parocho, non quidem iudicialiter, quia non habet iurisdictionem in foro exteriori, sed extrajudicialiter tantum. Contrahens ergo matrimonium contra hoc interdictum, seu prohibitionem valide contrahit, sed peccat mortaliter, quia facit contra prohibitionem superioris in re graui. Sylu. verb. *matrimonium* 7. q. 1. Sanchez lib. 7. disp. 7. Nauarr. cap. 22. n. 68. Coninch disp. 30.

dub. 5. Reginald. lib. 37. n. 189. Bonac. de matrim. mon. q. 3. punct. 24. n. 3. Hurtado disp. 23. diff. 1. num. 1. & alij.

4 Secundum est tempus feriarum, seu interdictum iuris, id est prohibitio iuris, quia certis temporibus prohibetur à iure, matrimonium solemniter celebrari. Tempus autem quo prohibentur nuptiæ, seu benedictiones nuptiales, & matrimonium celebrare solemniter, statutum est à Trident. sess. 24. cap. 10. de matrim. videlicet à primo die Auentus Domini, vsque ad diem Epiphaniæ inclusiue, & à quarta feria Cinerum, vsque ad octauam Paschæ Resurrectionis etiam inclusiue; quod quidem tempus incipit à media nocte Dominicæ Auentus, & à media nocte feriæ quartæ Cinerum, tunc enim incipit Auentus, & Quadragesima ritu Romano. Henriquez lib. 11. cap. 16. num. 1. Sanchez lib. 7. disp. 7. num. 1. Bonac. sup. num. 4. & alij. Ratio huius prohibitionis fuit, vt fideles dictis temporibus liberius ieiunijs, & orationibus vacarent, & à carnalibus se abstinentes dignius ad communicandum se pararent diebus Natalis, & Paschæ; olim autem erat à Rogationibus, vsque ad Pascham Pentecostes, sed hoc jam per Tridentinum derogatum. Conueniunt Doctores, eum qui tempore Auentus, & Quadragesimæ matrimonium solemnizaret, id est benedictiones nuptiales acciperet, aut daret, peccare mortaliter ex se, quia agit in re graui contra prohibitionem Ecclesie, nisi fortè aliud legitime per consuetudinem fuerit introductum. Supradictis autem temporibus non prohibetur consummare matrimonium antea contractum, nullibi enim prohibetur, ideo absque fundamento dicitur. Imo nec prohibetur contractus matrimonij præcise, id est absque solemnitate, vt probat consuetudo recepta, teste Sanchez supra num. 12. & deducitur ex cap. Capellanus, di. ète, posse omni tempore matrimonium celebrari. Excipe tamen vbi esset contraria consuetudo, nam illa tunc esset seruanda. Filiuc. sup. num. 269. cum Sylu. Nauarr. Sanchez, & Bellarm. lib. 1. de matrim. cap. 31. Nec prohibetur traductio non solemnis sponsæ ad domum sponsi, vt probat etiam consuetudo, aliter enim frustra fieret matrimonia, si sponsa non posset traduci ad domum sponsi ad consummationem: prohibetur autem traductio sponsæ cum solemnitate, & pompa, tum etiam nuptiæ solemnescum saltationibus, comœdijs, & alijs lætitiæ signis, Nauarr. c. 22. num. 71. Sanchez supra num. 12. Celebrare ergo his temporibus matrimonium, cum ijs solemnitatibus, censetur peccatum mortale, vt ait Filiucius num. 270. et si Sanchez numer. 18. cum quibusdam alijs eos à mortali excuset; quod quidem verum esset, vbi adest contraria consuetudo, & permissio. At iam nunc non nisi benedictiones nuptiales prohibita videtur, pro dictis temporibus, & non traductio sponsæ, conuiuio, & reliquis lætitiæ signis comitata, Hurtado supra num. 3. Attendenda tamen est in ijs consuetudo approbata, cui standum erit; consuetudine tamen in contrarium non existente, existimo traductionem sponsæ solemnem illis temporibus factam, esse peccatum mortale, quia videtur agi contra Ecclesie prohibitionem in re graui, & fauet Tridentin. supra, dum ait: antiquas solemnium nuptiarum prohibitiones, sancta Synodus obseruari præcipit.

5 Nota primò, Episcopum non posse, regulariter loquendo, dispensare, vt benedictiones nuptiales, prædictis temporibus conferantur, quia dicta prohibitio est iuris communis, & Tridentini, & quia ab eodem iure non committitur illi dispensatio, in casu tamen urgentis necessitatis, vbi non esset facilis recursus ad Papam, posset in hac prohibitione dispensare Episcopus, sicut in tali casu conceditur in alijs dispensatio. Filiuc. tom. 1. tractat. 10. p. 2. c. 9. n. 268.

6 Nota secundò, Sacerdotem, qui temporibus supradictis nulla præcedente dispensatione, benediceret sponso, peccare grauiter, & grauiter puniendū esse arbitrio iudicis Ecclesiastici: sponso s verò separandos esse ad tēpus, in poenā delicti, c. non oportet 2. 3. q. 4. nisi esset periculum incontinentiæ, tunc enim in poenā alia arbitria plectendi essent, ita cum Sylu. Caiet. & Palud. Filiuc. loco cit.

7 An autem matrimonium, & benedictiones possint celebrari tempore interdicti, dixi in expositione Bullæ lib. 3. §. 3. dubio. Tertium est catechismus, quo quis pro baptizando, aut iam baptizato, respondet Sacerdoti interroganti, an credat, an renunciet diabolo, &c. quamuis non teneat baptizatum, dum baptizatur, aut catechizatur: ex hoc igitur catechismo oritur quoddam cognatio spiritualis imperfecta, quæ impedit, ne contrahatur matrimonium cum iisdem personis, cum quibus impedit, & dirimit cognatio spiritualis perfecta ex Baptismo orta, vt habetur cap. per catechismum de cognatione spirituali in 6. Attamen etsi hæc vera sint de in re communi antiquo, iure tamen nouissimo Trident. sess. 24. cap. 2. de matrimonio, videtur omnino sublatum hoc impedimentum, vt constat ex progressu capituli ab initio eius vsque ad finem, nam initio dicit, se velle tollere multitudinem prohibitionum, deinde statuit de cognatione spirituali generaliter, inter quas personas contrahatur, & in fine, nulla facta mentione huius impedimenti, concludit, inter nullas alias personas contrahi; quare cum non numeretur hæc cognatio, signum est, esse sublata, consequenter nullum ex catechismo præcise oriri impedimentum. Ita Sanchez disp. 10. lib. 7. num. 12. Coninch. disp. 30. dub. 3. num. 24. Basilius lib. 6. cap. 11. Filiuc. tom. 1. tract. 10. p. 2. cap. 9. num. 271. Henriquez lib. 12. cap. 2. & alij apud Bonacinam, in quam sententiam ipse inclinatur, quæst. 3. de matrimon. punct. 14. num. 6. & Ledema in summ. cap. ultim. de matrimon. contra Nauarr. cap. 22. num. 72. & alios, apud Sanchez supra. & Gutierrez cap. 84. num. 6. oppositum probabiliter tenentes: mihi autem probabilior videtur sententia Sanchez, vt etiam dixi supralib. 2. dub. 9. in fin. Ex quo fit, tenentem in catechismo, si non tenuit in Baptismo, posse contrahere cum ea, quam in catechismo tenuit, aut cum eius matre, absque vilo peccato, & absque vlla dispensatione, quia vbi nullum est impedimentum, nullaque prohibitio, nulla incurritur culpa, nec vlla desideratur dispensatio. Nihilominus, dato quòd, hoc impedimentum non sit sublatum, poterit in eo dispensare Episcopus, nam consuetudine receptum est, vt impedimentorū impedientium dispensatio non obtineatur à Sede Apostolica, excepto voto castitatis, & Religio-

inis, vt docet Nauarr. in man. cap. 22. numer. 83. imò Sanchez lib. 17. disp. 22. n. 9. ait, absque vilo peccato posse contrahi matrimonium, non obtenta dispensatione, eo quòd existimet, per consuetudinem introductam esse, vt dispensatio nõ petatur in impedimentis impedientibus, excepto voto, sponsalibus, & interdicto Ecclesiæ, sed de hoc infra.

8 Quartum impedimentum impediens tantum est, sponsalia prius celebrata cum alia persona; impediunt enim sponsalia iure naturali, ne licitè contrahatur matrimonium cum altera, nisi ad iusta causa ea dissoluendi, si tamen fiat, validum erit matrimonium, vt supra dixi, & tenet communis: vnde qui manentibus sponsalibus sine iusta causa recedendi ab eis, cum alia contrahit, peccat mortaliter, quia agit contra fidelitatem, & regulariter etiam contra iustitiam in re graui, ita Nauarr. cap. 22. num. 74. Sanchez lib. 1. disp. 27. nu. 2. Filiuc. Hurtao, Reginald. Henriq. & cum alijs Bonac. q. 3. de matrim. punct. 14. n. 5.

9 Quintum est votum, nomine autem voti impediens matrimonium, intelligunt DD. votum simplex castitatis, votum simplex Religionis, votum cælibatus, seu non nubendi, & votum suscipiendi sacros Ordines: hæc enim vota ex sua natura, seu ex suo iure naturali impediunt sub mortali, ne fiat matrimonium; si autem fiat, validum erit: quòd talis transgressor peccet mortaliter, patet, quia violat votum, & promissionem Deo factam in re graui: quòd autem validum sit, patet, ex cap. consuevit, cap. si quis votum 27. quæst. 1. & cap. vnic. de voto in 6. & docent Sanchez lib. 7. disp. 11. num. 4. Coninch sup. num. 24. Bonacin. loco citat. num. 7. & communiter DD. Ex quo fit, nulli licere, quantumuis valde stimulis carnis agitur, si aliquo ex his votis sit adstrictus, inire matrimonium absque dispensatione, aliter peccat mortaliter: similiter, & qui scienter cum illo contraheret, nisi forte contrahat cum conditione obtinendi dispensationem: quis autem possit in ijs votis dispensare, dixi, abùde in Decal. lib. 2. c. 2. dub. 38. & 39. vide ibi.

10 Qualiter peccet, & ad quòd teneatur, qui post votum simplex Religionis iniij matrimonium, dixi in Decal. lib. 2. c. 2. dub. 10. n. 11. Quamnam autem peccata committant, & ad quid teneatur, qui contrahunt matrimonium post votum simplex castitatis, aut cælibatus, aut suscipiendi sacros Ordines, dixi eod. loco dub. 25. de primo vide Sanchez in Decalog. lib. 4. c. 16. n. 117. & Bonac. tom. 2. disp. 4. q. 7. punct. 5. §. 6. n. 19. & alijs, vide DD. citatos in d. dub. 25.

11 Sextum impedimentum impediens est, incestus. Est autem incestus commixtio cum consanguineis, vel affinibus, de quo, vt peccatum est, egi in Decalog. lib. 6. cap. vnic. dub. 6. nunc ergo de illo prout impedit matrimonium contrahendum. Igitur incestus impediens matrimonium est, quando vir cognoscit consanguineas vxoris, & vxor consanguineos viri, ex cap. si quis viduam 32. q. 2. & cap. si quis cum matre 32. quæst. 2. olim impediēbat intra quartum gradum; imò, & nunc, vt aliqui existimant, vt Bonacin. quæst. 3. de matrimon. punct. 14. num. 10. Probabilius tamen videtur, nunc post Trident. sess. 24. cap. 4. de matrim. solū incestum cum consanguineis coniugis intra secundum gradum impedire matrimonium, vt docent

Sanchez lib. 7. *diff.* 25. num. 4. Filiuc. tom. 1. *tract.* 10. *part.* 2. num. 280. & cum alijs Villalobos 1. p. *tract.* 14. *diff.* 2. num. 8. Nam Tridentinum restringens affinitatem ex copula illicita ad secundum tantum gradum, censetur etiam restringere hoc impedimentum ad eundem gradum: tutius tamen est, extendi ad quartum, donec aliud clarius ab Ecclesia sit dispositum. Non autem extenditur hoc impedimentum ad incestum commissum cum proprijs consanguineis, vt probabilius docent Sanchez *sup.* num. 6. Villalob. *loco cit.* Filiuc. *vbi sup.* num. 284. Syluett. *matrimon.* 7. q. 6. ad 3. S. Thom. *diff.* 34. q. *unic. artic.* 5. & alij cū Bonac. *sup.* n. 10. nam etsi talis incestus sit grauius crimen, quàm cum affinibus, tamen non inducit affinitatem cum coniuge, nec peccatur contra matrimonium, quæ fuit causa inducendi hoc impedimentum, & iura videntur loqui tantum de incestu cum affine, & versamur in materia pœnali, quæ restringenda est. Nec obstat stylus Curie, qui in dispensationibus incestus inter consanguineos addit, vt superstes maneat sine spe coniugij, nam id tantum est grauius impositum præcepto Pontificis. Nec contrahitur hoc impedimentum, quando incestus commissus fuit cum affine, si ignorabat esse affinem, *cap. 1. de eo qui cognouit, &c.* ignorantia enim sicut excusat à culpa, ita à pœna, Bonacina *vbi supra*. Probabile etiam est, non incurri, quando coniux cognoscit consanguineas alterius coniugis, etiam intra secundum, si tunc coniux erat iam mortuus, vt tenent Henriq. *lib. 12. cap. 2. lit. P.* Nauarr. *cap. 22. num. 75.* qui aiunt debere intercedere simul adulterium, & incestum, nam odia sunt restringenda, idque colligunt ex *cap. 1. & 2. de eo qui, &c.* verius tamen est, etiam soluto matrimonio, incestum cum consanguineis coniugis impedire matrimonium, vt docent Sanchez. *sup.* num. 12. Filiuc. *loco citat.* num. 278. & alij, constatque aperte, ex *cap. transmissa de eo, qui cognouit, &c.* vbi, qui cognouerat priuignam, defuncta iam vxore, prohibetur, in matrimonio iam contracto non petere, & post mortem vxoris non contrahere cum alia. Ita etiam Ledesma *in sum. cap. 22. de matrim.* Non autem contrahitur hoc impedimentum ex copula habita cum cognata legali, vel spiritali, quia hoc non est expressum in iure, nec dicta copula est propriè incestus. Bonac. *supra*, & Filiuc. cum alijs *loco cit.* num. 183. vbi dicit, referri quandam responsionem Cardinalium, qua decernitur, spiritalia affinitates pertinere ad matrimonia contrahenda, sed non dirimere contracta, quæ si vera sit, & recepta, seruanda erit.

11 Sed difficultas est, an hoc impedimentum extendatur ad copulam habitam cum consanguinea sponsæ in primo gradu. Affirmant Sanchez *vbi sup.* num. 5. Filiuc. num. 281. & cum alijs Bonac. *sup.* num. 11. cum hac modificatione, vt non excedat primum gradum, & tantum duret viuente complice, seu ea, cum qua commisit incestum; nam etsi hoc impedimentum non habeatur in iuribus citatis, colligitur tamen ex *cap. 2. de eo, qui cognouit, &c.* At quia materia hæc est odiosa, & quia talis copula non est propriè incestus, nec tale impedimentum habetur expresse in iure, existimo valde probabile, ex illa copula non oriri hoc impedimentum; oritur autè hoc impedimentum ex copu-

la cum consanguinea vxoris, matrimonio tantum rato; nam etsi ex hoc non oriatur propriè affinitas, sed honestas, hæc tamen maior est, quàm ex sponsalibus, & quoddam genus affinitatis, quia dicuntur cognati Filiuc. *supra* n. 282. cū Sanch. *diff.* 25. n. 6. ex c. 1. *et cap. transmissa de eo qui cognouit.*

12 An irretitus hoc impedimento peccet contrahendo, & egeat dispensatione, dicitur infra.

13 An incestuosus sit priuatus facultate petendi debitum, & quis possit cum eo dispensare, dixi *supra*, vbi de impedimento affinitatis, & infra vbi de petitione debiti.

14 Septimū impedimentū impediens est, raptus alienæ sponsæ, *c. statutum 27. q. 2.* quamuis ipsa cōfiteriat in raptu, quo in casu nec ipsa, nec ipse possunt cū quocumq; alio licite contrahere, si ipsa in raptu cōsentit: nomine alienæ sponsæ intelligunt Bonac. & alij sponsam non solum de præsentī, sed etiam de futuro, quia sic etiam irrogatur iniuria matrimonio de futuro; at cum simus in materia pœnali, probabile valde est, non extendi ad sponsam de futuro, Filiuc. tom. 1. *tract.* 10. *part.* 2. *cap. 9. nu.* 286. vide Sanchez lib. 7. *diff.* 12. num. 43. Conin. *diff.* 30. num. 25. & Henriq. *lib. 12. cap. 2.*

15 Octauum est, vxoricidium, quando scilicet vir propriam vxorem occidit, priuata auctoritate, ex *cap. interfectores 33. quest. 2. cap. admonet, cap. quicumque, eod.* & hoc vt reprimeretur audacia occidendi vxores. Dixi, *priuata auctoritate*, nam si illam occideret, auctoritate iudicis, sicut non peccat tunc, ita nec incurrit hoc impedimentum. Quid si eam deprehensam in adulterio priuate occidat? S. Thom. *diff.* 27. *quest.* 2. *artic.* 2. Sotus ibi *quest.* *unic. artic.* 4. Henriq. *lib. 12. cap. 2. num. 1.* & Filiuc. *sup.* num. 287. *versic. Dixi*, cum Sanch. *lib. 7. diff.* 19. num. 2. affirmant contrahere hoc impedimentum, quia sicut tunc peccat, ita in hoc impedimentum incidit, *cap. quicumque citat.* ibi, *absque certa probatione*. Oppositum tamen non improbabiler tenent Palud. *in 4. diff.* 57. *quest.* 22. Emanuel Sa *de impediment.* non dirim. & Bonacina *quest.* 3. *de matrim. punct.* 14. num. 16. nam tunc, etsi vir peccet, impune tamè per leges occidit. Sed quid si vxor proprium virum occidat? Nauarr. *cap. 22. num. 73.* Henriq. *supra* num. 1. & aliqui existimant incurere hoc impedimentum; verius tamen est oppositum, vt docent Sanchez *lib. 7. diff.* 16. num. 6. Syluett. *matrim.* 7. *quest.* 6. ad 1. Bonacin. *supra* num. 24. & cum S. Thom. & alijs Filiuc. *loco cit.* num. 288. Ratio est, quia nullus textus loquitur de homicidio viri patrato ab vxore, & pœnæ non sunt extendendæ, nec ratio similitudinis procedit in pœnis: nota quando dicimus, vxoricidium, esse impedimentum impediens; intelligendum, quando non occidit intentione ducendi adulteram, nam sic dirimit etiam matrimonium, vt dixi in impedimento criminis.

16 Nonum est, susceptor propriæ filix, hoc est, quando quis suscipit proprium filium, vel alterius coniugis in Baptismo, vel Confirmatione, aut illum baptizat, modo aliquid ex his faciat malo animo, & dolosè, hoc est, vt contrahat cognitionem cum coniuge, ne debitum reddat: hic enim mortua coniuge, non potest licitè aliam ducere, ex *c. de eo 30. q. 1.* Henriq. *lib. 12. c. 2. n. 1.* & cū Sanch. *Filiuc. supra* num. 289. Bonac. *sup.* n. 17. & alij.

17 De eorum est, presbytericidium, id est, qui Presbyterum, aut Sacerdotem occidit, hic enim licet contrahere non potest matrimonium, *cap. qui Presbyterum de pœnit. & remis. quod impedimentum comprehendit quemque presbytericidium, ut docent Syluest. matrim. 7. quæst. 6. dist. 1. Nauarr. c. 21. num. 74. & alij*: probabilius tamen est tantum comprehendere presbytericidam coniunctum in iudicio, ex verbis dicti *cap. qui Presbyterum, ibi: Cōiunctus*, & ita docent Sanch. *disp. 6. num. 9. Filiuc. num. 290. Bonac. num. 18. & alij.*

18 Undecimum est, solemnis, seu publica poenitentia, *cap. de his fin. 33. quæst. 2* hic enim dum illam facit, non potest licet contrahere, tunc enim non est tempus lætitiæ, & nuptiarum, sed mœroris. Sanchez *lib. 7. disp. 6. & alij citati*; at quia iam publica poenitentia non est in vsu, ita nec hoc impedimentum.

19 Duodecimum est, quando quis contraxit cum Moniali professa, tunc enim præterquã quod tale matrimonium est nullum, ut dixi *supra in impedimento voti*; impeditur etiam, ne licet cum quavis alia contrahere possit, *cap. sic ergo 27. quæst. 1. si tamen contrahat, tenet matrimonium, ex dict. c. Ita citati, & communiter DD.*

20 Sed quæres primò, quale peccatum sit contrahere cum aliquo ex dictis impedimentis. Respondeo, si omnia hæc supradicta impedimenta essent in vsu, certum est, peccare mortaliter, quia ageret contra Ecclesiæ prohibitionem; at quia solum sunt in vsu hæc impedimenta, videlicet prohibitio iudicis, sponsalia, & votum, ut docet Sanchez *lib. 7. disp. 17. Coninch disp. 30. dub. 13. Babilus lib. 6. cap. 14. Hurtado disp. 25. diff. 1. num. 7. in fin. Villalob. tom. 1. tract. 14. num. 3. Bonacin. cū alijs quæst. 3. de matrim. punct. 14. n. 21. & Nauarr. cap. 22. num. 75. ubi dicit se in tanta annorum ætate prope centum, nunquam vidisse, qui dispensationem in ijs petierit, cum tamen esset consultor sacrae poenitentiarie, quo ex omnibus fere partibus deferuntur quæstiones dissoluendæ, & dispensationes ad matrimonia. Ex quo fit, cum alia impedimenta, non sint in vsu, cum illis contrahere, non esse peccatum, nec ad matrimonium contrahendum desiderari aliquam dispensationem. Nihilominus tamen si alicubi essent in vsu, & lex in suo robore permaneret, ibi obligat sub mortali, ut bene Bonacin. & Villalob. *supra*, consequenter ad licite contrahendum, desideratur dispensatio, ut infra.*

21 Quæres secundò, quis possit in ijs impedimentis dispensare. Respondeo, prohibitionem iudicis posse ex causa tolli ab ipso iudice, cætera verò impedimenta, exceptis sponsalibus, possunt à Papa dispensari, nam Papa potest in voto, & alijs dispensare. Dixi, *exceptis sponsalibus*, nam sponsalia obligant de iure naturali, & diuino, aliquando tamen potestate extraordinaria, & superaddita Christi cōmissione, poterit in sponsalibus dispensare ex causa spirituali cedente in ædificationem, ut si timeatur, priorem sponsam futuram sponso occasionem peccandi; aut si ex matrimonio cum posteriori speretur pax publica. Hurtado *disp. 26. diff. 1. num. 2. Episcopus autem exceptis sponsalibus, & voto simplici Religionis, & castitatis, poterit in alijs dispensare, ubi est in vsu eorum*

obligatio; quia consuetudo obtinuit, ut dispensatio istorum impedimentorum non obtineatur à Papa, excepto voto castitatis, & religionis, Nauarr. *cap. 22. num. 85. Sanchez lib. 7. disp. 17. n. 25. Bonac. sup. num. 3. & cum alijs Filiuc. tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 10. num. 305. & sequentibus. Dixi, excepto voto castitatis, & Religionis, nam in voto non nubendi, aut suscipiendi sacros Ordines dispensare potest Episcopus. Hurtado *disp. 26. diff. 2. num. 9. & dixi late in Decalog. ubi de dispensatione voti, lib. 2. cap. 2. Non autem poterit Episcopus dispensare, ut benedictiones conferantur tempore feriarum, seu ab Ecclesia prohibito, nisi modo dicto hoc dub. num. 7. vers. Nota Episcopus. Dixi, exceptis sponsalibus, nam in ijs nullatenus dispensare poterit Episcopus, quia per sponsalia acquiritur ius iustitiæ ad corpus alterius, quod Episcopus nulla causa auferre potest. Hurtado *supra num. 10.***

## C A P. X.

### De dispensatione impedimentorum matrimonij.

#### Dub. 1. Quis possit dispensare in impedimentis dirimentibus matrimonium.

1 **Q**uis possit dispensare in impedimentis tantum impedimentis dixi *cap. anteced. dub. vltim. quæst. 2. num. 35. ideo hic solum loquimur de potestate dispensandi in impedimentis dirimentibus, & de ijs solum, quæ ad dispensationes matrimoniales spectant; cætera verò, quæ ad dispensationem in communi pertinent, inter recentiores poterit videre. Suarez lib. 6. de leg. à cap. 10. vsq; ad 27. Bonacin. tom. 2. ubi de legib. disp. 1. quæst. 2. per totam, Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 1. & sequ. & in consilijs lib. 5. cap. 1. dub. 5. & Castro Palao tom. 1. tract. 3. de leg. disp. 6. per totam.*

2 Suppone primò, dispensationem esse, aliquem ab obligatione legis ex causa omnino liberare, manente lege quoad alios, v. g. quando ex causa Pontifex aliquem à lege ieiunij eximit, manente hac lege quoad alios; & sic de alijs: differt autem à commutatione, quia in commutatione non tollitur omnino obligatio, sicut in dispensatione, sed ab vna materia in aliam commutatur, ut late dixi in Decalog. *lib. 2. cap. 2. ubi de votorum dispensatione, & commutatione. An autem dispensationis potestas, & ipsa dispensatio sit amplè, aut strictè interpretanda, dixi in expositione Bullæ, lib. 4. proximal. num. 3. & 4. ubi inter alios plures adduxi Sanchez lib. 8. disp. 1. & 2. & alios supra citatos. An autem peccet dispensans sine causa, aut illam sic petens, dixi in Decalog. prelude. 5. n. 4. & lib. 3. c. 2. dub. 7. n. 18.*

3 Suppone secundò, tanquam probabilius, imò & mihi certius, posse Pontificem, Episcopos, & alios Prælatos, ut Generales, Provinciales, Abbates, &c. secum ipsis dispensare in his, in quibus possunt



possunt dispensare circa suos subditos, vt late Sánchez lib. 8. disp. 3. & cum eo, & alijs Filiuc. tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 10. quæst. 1. Non enim id repugnat iuri naturali, nec diuino, nec Ecclesiastico; nam non exercet in ipsum tunc iurisdictionem punitiuam, aut coerciuam, sed omnino voluntariam, ad quam non requiritur probatio testiu, partis citatio, nec distinctio personarum, solum enim importat directionem quandam ex prudenti iudicio, vt scilicet expendat, an habeat iustam causam, quod etsi expedientius sit, & securius, vt hæc dispensatio ab alio fiat, non tamen repugnat fieri ab eodem. Vnde Episcopus in casibus, in quibus potest cum suis subditis dispensare, poterit etiam cum se ipso; similiter, & Prælatus Religionis, non enim debent esse peiores, quam sui subditi. Idem etiam poterit, qui habet potestatem delegatam dispensandi cum aliqua communitate, nam est pars illius, & non debet esse deterius conditionis, quam alij. Hinc fit, vt Prælatus, aut Episcopus dispensans cum communitate, possit etiam ipse frui ea dispensatione quasi indirecte. At si quis haberet potestatem dispensandi limitatam cum determinatis personis, nõ potest secum dispensare, nam hoc ipso mens concedentis videtur illum excludere. Item, Prælati, qui possunt secum dispensare, possunt etiam suo confessorio committere, vt cum ipsis dispenset in ijs, in quibus ipsi possunt dispensare, & hoc est conuenientius, vt pluribus Sanch. lib. 8. disp. 3. punct. 11. A fortiori Prælati possunt vti isdem licentijs, quas possunt concedere suis subditis, quia hoc non est proprie dispensare, sed tantum Prælatum concedere suum consensum, vel aliquid approbare, quod prohibitum fuerat, ne fieret absque eius licentia. S. Thom. 2. 2. quæst. 185. artic. 8. Syluest. relig. 6. quæst. 10. & relig. 7. quæst. 12. & Filiuc. sup. num. 298. demum vide de ijs Bonacin. tom. 2. disp. 1. q. 2. punct. 1. num. 9. ubi num. 7.

4. Suppono tertio, quando Princeps supremus scienter admittit aliquem ad actum eum, qui habet impedimentum ad illum, censetur dispensare cum illo, si alias Princeps dispensare in illo casu poterat, vt si Papa scienter admittat irregularem ad Ordines, vel ad beneficia, vel matrimonio coniungat impeditos à iure à se dispensabili. Ratio est, quia ad valorem dispensationis in lege humana nõ requiritur cognitio causæ, sed sufficit voluntas dispensantis, etenim eo quod scienter inhabilem admittat, & promoueat ad actum, ad quem de iure nõ posset admitti, satis illi constat de causa, patet ex l. Barbarius, nam populus Romanus, cognita seruitute, consentit eum præfectura fungi, & cecidit, quod videatur consentiendo in eius officium, & illum libertate donare. Dixi scienter, nam si adest ignorantia impedimenti, certum est, non censeri dispensare; vnde cum scientia Principis minime præsumatur, cum sit quid facti, ad inhabilem pertinet, eam probare. Idem etiam potest Princeps inferior, seu Prælatus in impedimentis à se impostis, quia potest dispensare in propria lege, absque causæ cognitione, Azor tom. 1. lib. 13. cap. 13. q. vltim. Imo inferior Prælatus scienter admittens impeditum, non à lege sua, sed à iure communi, in quo tamen alias poterat dispensare, censetur etiam hoc ipso dispensare: in hoc autem casu præmittenda est in praxi cognitio causæ, vt dignoscatur, an

expediat. Idem etiam dic in admissione impediti iure diuino, in quo possit Princeps supremus Ecclesiasticus dispensare, vt in voto, vel iuramento, Filiuc. tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 10. num. 299. & pluribus Sanchez lib. 8. disp. 4. vide Bonacinam tom. 1. disp. 1. quæst. 2. punct. 3. num. 18. vers. *Obferuant*, etsi in aliquo nobis contrarius, & in nostro Decalog. tom. 1. lib. 2. cap. 2. dub. 33. n. 19.

5. Suppono quarto, quotiescumque in Canone aliquo, aut lege iuris communis, aut Concilij generalis, permittitur dispensatio, vt si post prohibitionem dicatur, nisi in eo dispensetur, vel quando impersonaliter dicitur, quod posset dispensare, etiã si non exprimat, à quo dispensandum sit. Intelligitur concessa dispensatio Episcopo. Ratio est, quia alias verba illa nihil operantur, & frustra essent, nam non possunt intelligi de Papa, cum de illo nullum dubium sit; ergo intelligi debent de Episcopo: & confirmatur, quia etsi dispensatio absolute sit odiosa, tamen quando clauditur in corpore iuris, interpretanda est late, nam dispensandi potestas fauorabilis est, vt dixi loco citat. Bulla: excipite autem ab hac doctrina, nisi Canon ipsis Episcopis legem imponeret, & non subditis; tunc enim quia non est rationale, in proprio facto eos dispensare, intelligi debet superiori alteri commissa dispensatio, Filiuc. sup. n. 300. & latius Sanchez lib. 8. disp. 5. vbi etiam exagitat, quando dicatur constitutio Concilij, & quando Pontificis, & resoluit, tunc constitutionem dici Conciliarem, quando materia trahit originem à Concilio: tunc verò dicitur Pontificia, quando trahit originem à Pontifice, vide illum. Quod si superior, qui legem condidit, expresse non ademit, nec prohibuit dispensandi facultatem? Sotus in 4. dist. 17. c. 1. artic. 4. Couarruu. cap. alma mater 1. part. 5. 7. num. 3. & alij apud Bonacinam 2. tom. disp. 1. quæst. 2. punct. 1. num. 17. affirmant posse inferiorem dispensare, nã eo ipso, quod superior non referuat facultatem dispensandi censetur inferiori concessa, quia Episcopus potest in suo Diocesi, quidquid Papa in tota Ecclesia, nisi Papa expresse aliquod referuauerit, vt cum alijs tradit Sánchez lib. 1. disp. 60. nu. 3. Probabilius tamen est, non posse exceptis casibus concessis inferiori, vel quando dispensatio permittitur, quamuis non exprimat à quo sit dispensandum modo dicto, ita Suarez lib. 6. cap. 14. num. 4. Sanchez lib. 2. disp. 40. & lib. 8. disp. 5. & cum alijs Bonacin. supra, quia ex Clement. Ne Romani de electione, inferior non habet potestatem supra superiorem, nec potest ipsius voluntatem, vel dispositionem impedire, ipso inuito, vel non consentiente, vide Barbof. de offic. & potest. Episc. alleg. 33. n. 21. & alleg. 35. n. 3.

6. Dico primò, Papa dispensare non potest in impedimentis iure diuino naturali matrimonium dirimentibus, ita communis DD. apud Sanchez lib. 8. disp. 6. & Bonacin. tom. 1. quæst. 3. de matrim. punct. 15. num. 1. quia non reperitur talis potestas ei à Christo concessa, quod probatur à posteriori, eo quod nunquam est dispensatum in primo gradu, v. g. inter fratres, aut patrem, & filiam, & ab argumento ad incommodum, quia si hæc potestas Ecclesie relicta esset, multa inde consurgerent pericula fornicationum, vt inter fratres, & sorores, spe obtinendæ dispensationis ad contrahendum

hendum matrimonium, quæ quidem pericula præponderant cuicumque bono, quod in aliquo casu sequi posset ex tali dispensatione: idque colligitur ex cap. *liveris* §. *sane in fin. de restit. spoliat.* Unde nõ potest Papa dispensare in impedimento impotentie perpetuæ, nec in impedimento ligaminis, neque in impedimento consanguinitatis in linea recta in primo gradu, imò nec in alijs gradibus eiusdem lineæ, secundum opinionem asserentium, etiam in illis impedire de iure naturali, vt dixi *sup. cap. anteced. dub. 7. nu. 7.* Nec dispensare potest in impedimento erroris: ratio est, quia suprascripta dirimunt matrimonium de iure naturali.

7. Dico secundo, Papa potest dispensare in omnibus impedimentis, quæ solum dirimunt matrimonium iure Ecclesiastico: est etiam communis hæc conclusio, & ratio est euidentis, quia Pontifex est Pastor supremus, & generalis totius orbis, & potest in omni iure Ecclesiastico dispensare: vnde potest dispensare in omni gradu consanguinitatis, præter primum in linea recta, & transuersali in impedimento affinitatis in quacumque linea, & in quocumque gradu, & in impedimento cognationis spiritualis, & legalis, & in impedimento criminis, quia hæc solo iure Ecclesiastico dirimunt matrimonium. Potest etiã Papa dispensare in impedimento voti solemnitis in Ordine sacro, quia illud votum adnexum est Ordini sacro iure tantum Ecclesiastico. Idem etiã potest in voto solemniti Religiosis, vt pluribus Sanchez *lib. 8. disp. 8. num. 6.* & communior DD. sententia, etsi opposita non careat probabilitate. Ratio nostræ sententiæ est, quia potest dari casus, in quo bonum totius Regni id requirit, ergo credendum est, Christum Dominum eam potestatem reliquisse Christi Vicario, ne in necessarijs videatur bono Ecclesiæ defecisse; ergo expedit in Ecclesia dari talem potestatem. Est tamen necessaria ad huiusmodi dispensationem causa publica, & quidem vrgentior, quàm ad dispensationem voti Ordinis sacri Filiuc. *tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 10. num. 303.* Causa autem iusta non existente, peccat Papa dispensans, valerit tamen dispensatio, iuxta opinionem valde probabilem asserentium hoc impedimentum solo iure humano dirimere, de quo dixi *supra cap. antecedent.* & in Decalog. *lib. 2. cap. 2. dub. 27. n. 4.*

8. Dico tertio, in impedimentis solo iure Ecclesiastico dirimentibus, non potest Episcopus ordinariè dispensare, est etiam communis sententia ex Sanchez *lib. 8. disp. 6.* Ratio est, quia hæc impedimenta dirimunt de iure communi, nec concessa est alicui potestas dispensandi ab eodem iure; ergo cum Episcopi sint inferiores, & adstricti iuri communi, non poterunt in lege superioris, & iuris communis dispensare, *cap. inferior. 21. diffin. Clem. ne Rom. de elect.* Nec poterit in ijs dispensare Legatus à Latere, nam hic in sua Prouincia potest facere tantum ea, quæ Episcopus in sua Diocesi; at Episcopus non potest in ijs dispensare; ergo nec talis legatus. Filiuc. *sup. nu. 302.* Villalob. *1. part. tract. 14. diff. 25. num. 2.* Couarru. *4. Decretal. 2. part. cap. 6. §. 10. num. 10.* & alij. Dixi dirimentibus iure Ecclesiastico: nam in dirimentibus iure naturali cum Papa non possit, minus poterit Episcopus.

9. Dixi, ordinariè, quia in foro conscientie

potest Episcopus aliquando dispensare in impedimentis solo iure Ecclesiastico dirimentibus, vt docent Sanch. *lib. 2. disp. 40.* & *lib. 9. disp. 5.* Henriquez *lib. 12. cap. 5.* Filiuc. *sup. num. 302.* & *304.* Villalob. *loco citat. num. 3.* Coninch. *disp. 33. dub. 3.* Basilius *lib. 8. cap. 13.* Vazquez *1. 2. disp. 178. ca. 2.* Hurtado *disp. 26. diff. 2. num. 6.* cum alijs Bonac. *quæst. 3. de matrim. punct. 14. num. 4.* Barbosa *de offic. & potest. Episcop. allegat. 35.* & communiter Doctores; debent tamen seruari conditiones sequentes.

10. Prima, vt matrimonium sit præsumptum, quia publicè in facie Ecclesiæ contractum est, & non possit fieri separatio coniugum absque scandalo, aut infamia, aut suspicione grauis delicti, vt omnes DD. citati conueniunt, nam ijs concurrentibus, censetur Pontifex ob vrgentem necessitatem concedere facultatem, secus si deficiant, nam deficit necessitas, & cessat dicta præsumptio.

11. Secunda, vt matrimonium sit bona fide contractum, saltem ex parte alterius, Sanchez *lib. 2. disp. 40. num. 4.* vnde dispensare non poterit Episcopus, si contractum sit mala fide ex parte vtriusque, id est, si vterque notitiam habebat impedimenti dirimentis, quidquid Henriq. *lib. 12. cap. 3. n. 2. lit. K.* & *lit. O.* ea solum ratione ductus, quia Angel. Syluest. Nauarr. & alij bonæ fidei nõ meminerunt; nostra tamen sententia, quam tenent Sanchez *supra*, Hurtado, & alij, verior est: & probatur, quia mens Pontificis non est, iniquitati fauere, & peruersæ contrahentium audaciæ, & vt illa sit facilioris dispensationis occasio, ne quotidie hac spe celebraretur matrimonia contemptis impedimentis dirimentibus. Quod autem sufficiat bona fides saltem ex parte vnus, videtur æquitati consonum, non enim videtur æquum puniri innocetem, ob alterius delictum, vide Sanchez *loco cit.*

12. Tertia conditio est, vt matrimonium sit ià contractum: vnde antequam contrahatur matrimonium, Episcopus non poterit dispensare, regulariter loquendo, in impedimento dirimentis, nam tunc non vrget necessitas, nec inueniuntur aliæ circumstantiæ (de quibus infra) ratione quarum conceditur Episcopis dispensatio. Dixi, *regulariter*, nam valde probabile est, in casu raro posse Episcopum dispensare ante matrimonium, quando scilicet vrgens necessitas id postularret, & tentatis omnibus medijs, nulla via pateret vitandi, vel differendi tale matrimonium, sine suspicione alicuius criminis, ita Sanchez *lib. 2. disp. 40. num. 7.* & cum eo Henriq. & Val. Bonac. *quæst. 3. de matrim. punct. 14. num. 6.* Hurtado *disp. 26. diff. 2. num. 7.* cum Sanchez, & Basilio, & Villalobos, *tract. 14. diff. 25. num. 6.* & cum alijs Diana *part. 2. tract. 16. resolut. 19.* Vnde, inquit Sanchez, Episcopus poterit in foro conscientie dispensare cum illa, quæ mane accedit ad confitendum, & inuenitur habere impedimentum dirimens, cuius manifestatio esset illi causa grauis infamiæ, v. g. quia cognouit fratrem spõsi, sed iam parata sunt omnia ad nuptias eo mane, aut vespere celebrandas, nec adest alia via ad euandam infamiam, vel suspensionem grauis delicti in confessione manifestati, si tunc non celebrantur nuptiæ: idem posse Episcopum, quando non est aditus ad superiorem, casu quo quis est morti proximus, & vult legitimare filios, vel restaurare hono-

honorem concubinæ, vel pro bono pacis, docet Hurtado *supra*, cum Sanchez, & Basilio: hoc autem intellige, casu quo matrimonium non posset, moraliter differri, absque graui scandalo, & nullû suppeteret remedium ad illud differendum.

13 Nota tamen diligenter pro praxi cum Sanchez *lib. 2. disp. 40. num. 7.* ad hoc, vt matrimonium possit differri sine scandalo, aut suspicione in casu dicto in secunda conditione, quando scilicet sponsus, vel sponsa confessa fuit illud impedimentum, paratis iam omnibus ad nuptias, optimum medium esse, vt confessarius consulat tali coniugi vt emittat votum castitatis ad tempus, v. g. ad mensem, & dicat consanguineis, se voto castitatis obligatam esse, iussumque sibi esse à confessario, vt à nuptiis abtineat, donec voti dispensatio impetretur à summo Pontifice, & dum pro illa dispensatione obtinenda existimant consanguinei, Romam mitti, poterit dispensatio veri impedimenti ab ipso Papa obtineri. Cauet tamè ne ipsa dicat, votû, quod tunc emisit, esse ad tempus, ne audientes asserant sufficere dispensatione Episcopi, & sic remediû sit frustratoriu. In quo quidem casu si vrgeret necessitas, & immineret periculû scandali ex dilatione, posset Episcopus dispensare, vt dixi *num. anteced.* Quid si omnibus supradictis paratis ad nuptias, & mediû voti non esset sufficiens ad differendum matrimonium, nec est locus adeundi Episcopum pro dispensatione, aut si Episcopus noluerit dispensare ante contractum matrimonium, quod si statim non celebratur, sequerentur grauissima scandala, & detrimenta. Quidam magister consultit, vt confessarius dicat habenti, & scienti impedimentum, vt contrahat, sine intentione tamen, ne peccet, & sic sacrilegus; quo quidem modo contrahens nõ peccat, vt insinuant Castro Palau *tract. 3. de legib. disp. 2. punct. 11. num. 1.* & de peccatis *tract. 2. disp. 1. punct. 13. num. 7.* & Sanchez *de matrim. lib. 4. disp. 16. num. 6.* Nullo tamen modo petat, nec reddat, dicatque, se vouisse per tres, vel aliquot dies non accedere ad coniugem: *El qual voto hizo por lo mucho que deseaua aquel matrimonio, y para que tenga buë fin, y fruto de bendicion, para honra, y gloria de Dios.* Et interim, matrimonio iam contracto bona fide, saltem ex parte alterius, poterit Episcopus dispensare modo supradicto, & matrimonium reualidari modo explicato *cap. 4. dub. 4.* Sed quid faciet, si intra illud tempus vir cogat illam ad debitum reddendum? Huic dubio partim satisfactum est *dub. cit. vers.* *Ex his sequitur.* & dicemus vbi de redditione, quando dubitatur an sit validum matrimonium, vel adest incertitudo de illius inualiditate.

14 Quarta conditio est, vt matrimonium sit publicum, & impedimentum occultum, nam si impedimentum est publicum, cessat ratio scandali, & suspicio delicti; quæ sunt causa, cur Episcopus dispensare potest. Ideo si matrimonium est occultum, similiter & impedimentum, non poterit dispensare Episcopus, modo tamen fieri possit separatio, absque graui scandalo, & periculo alterius, qui tenetur impedimento dirimenti. Vnde si vxor esset irretita tali impedimento, & non posset à viro separari, absque periculo vitæ, vel graui scādalo, posset Episcopus dispensare, si bona fide ex parte alterius matrimonium fuit contractum. Villalob. *1. p. tract. 14. diff. 25. num. 5.* nam in hoc casu eadem

ratio militat, ac si matrimonium esset publicum. Dicitur autem impedimentum occultum, quando nõ publicè constat, nec facillè constare potest, nec est periculum, quòd in foro externo detegatur, vt bene Henriq. *lib. 12. cap. 3. num. 1. & 2.* & cum eo Sanchez *supp. num. 11.*

15 Quinta est, vt non sit facilis aditus ad Pontificem, vel quia longissimè distat, vel quia ob paupertatem facultates non suppetunt, & non possunt separari absque graui scandalo, & periculo suspicientis alicuius delicti; quod procedit, etiam si diuites sint, si Roma longissime ablit, & ad sit periculum incontinentiæ, aut scandalum, & infamia ex separatione. Sanchez *lib. 2. disp. 40. num. 5.* Villalob. *sup. num. 5.*

16 His igitur concurrentibus, poterit Episcopus dispensare in impedimento dirimenti, matrimonio iam contracto, & etiam ante contractum, in casu rarissimo, vt *supra*, imò, & poterit hanc facultatem alteri delegare, vt probabilius existimant Sanchez *vbi sup. num. 14.* & Villalob. *loco cit. num. 7.* Nam hæc facultas non competit ei iure delegationis, sed potestate ordinaria, ob vrgentem necessitatem, ac qui habet potestatem ordinariam, potest eam delegare, vt diximus vbi de ministro pœnitentiæ, vbi de assistentia Parochi in matrimonio. Procedit etiã hæc doctrina modo explicato, quãdo alter cõiunx esset irretitus duplici impedimento dirimenti occulto, nam vt bene docent Sanchez *sup. num. 7.* & Villalob. *num. 6.* eadem est ratio vnus ac dupliscis impedimenti. Id autem quod potest Episcopus, non potest Vicarius Episcopi nisi ex peculiari cõmissione Episcopi, vt bene Sanchez *sup. numer. 12.* & cum eo, Coninch, & Basilio, Hurtado, *sup. num. 7.* Ratio est, quia ex generali commissione Vicariatus non habet potestatem dispensandi, nisi sibi committatur, vt cum multis idem Sanchez *loco citato.*

17 Aduertendum tamen est, hanc potestatem, quam habent Episcopi, dispensandi in impedimentis dirimentibus occultis, esse pro solo conscientiæ foro similem illi, quæ Episcopis in Trident. *sess. 24. cap. 6. de reformat.* conceditur circa casus occultos pro solo conscientiæ foro. Henriquez *supra num. 2.* & Sanchez *num. 10.*

18 Notandum etiam est, habentem priuilegium dispensandi in casibus Episcopalibus, etiam matrimonialibus, minime posse dispensare in casibus, qui non iure ordinario, sed ratione vrgentis necessitatis, competunt Episcopo, quia ij non dicuntur casus Episcopales, sed verè ad Pontificem pertinet, & ex quadam iuris interpretatione Episcopis permisi censetur. Henriquez *lib. 6. de pœnit. cap. 14. num. 7. lit. P.* Sanchez *lib. 2. disp. 40. num. 9.* & dixi in Bulla *lib. 1. S. 7. cap. 3. dub. 15.* & in Decalog. *lib. 2. cap. 2. dub. 39.*

19 Sed difficultas est, an in prædictis casibus possit Episcopus dispensare, quando facile recurri potest ad Nuntium Apostolicum, si potestatem habeat ad dispensandum, vel ad alium quemcumque, qui habet potestatem talem, vt est Commissarius Cruciatæ (de quo infra) Henriquez *lib. 6. de pœnit. cap. 10. num. 1. lit. D.* & *lib. 12. de matrim. cap. 3. num. 1. lit. H.* ait posse, quia ius soli Pontifici reseruat dispensationem; cum ergo is adire nequeat, poterit tunc Ordinarius dispensare: probabilis quidem

quidem opinio, de qua etiam dixi *lib. 4. de pœnit.* ubi de absolutione à casibus referuatis: probabilius tamen, & verius est, tunc non posse, vt docent Nauarr. *cap. 22. num. 85. & 89.* Sanchez *lib. 2. disp. 40. num. 8.* Ratio est, quia tunc cessat vrgēs necessitas, quæ est causa, cur possit Episcopus dispensare, & cur ex iuris interpretatione, & tacita commissiōe ei talis facultas conceditur, proinde id tanquam certum supponunt Bonacina *quæst. 3. de matrim. punct. 14. num. 4.* Villalobos *tract. 14. diff. 25. num. 3.* Hurtado *disp. 26. diff. 2. num. 7.* & alij.

20 Dico tertio, concurrentibus supradictis conditionibus, potest dispensare in impedimentis dirimentibus Legatus à latere in sua prouincia, quia in ea eandem habet potestatem, quæ Episcopus in suo Episcopatu, quanuis non maiorem. Henriquez *lib. 12. cap. 3. num. 2.* Villal. *sup. n. 3. vers. Lo mismo.* Hurtado *sup. num. 7. vers. Id quoque.* Coninch *disp. 30. dub. 3.* Idem etiam poterit Capitulum Sede vacante, quia eandem iurisdictionem habet, quam habet Episcopus. Villalobos *loco cit. & alij.*

21 Dico quarto, Commissarius Bullæ Cruciatæ potest pro foro conscientie dispensare cum his, qui bona fide, saltè ex parte alterius, inualidè contraxerunt, ob affinitatem occultam ortam ex copula fornicaria, etiam in primo gradu, vt interim validè contrahant, modò tamen moneatur ignoras, quod matrimonium fuit nullum, quauis non sit necessarium manifestare ei causam nullitatis. Quod potest facere Commissarius, quanuis Pontifex sit præsens, quia hoc illi conceditur absque aliqua limitatione. Sanchez *lib. 8. disp. 6. num. 23. tom. 3.* Hurtado *sup. num. 8.* Villalobos *loco cit. num. 8.* & dixi latè in expositione Bullæ Cruciatæ *lib. 2. §. 4. dub. 1.*

22 Nota, posse etiam Episcopum dispensare in conjugatis, vt debitum petere possint, quando matrimonio iam contracto, superuenit impedimentum, ratione cuius priuantur debiti peritione, vt si superueniat affinitas, vel cognatio spiritualis, vt testatur consuetudo iam præscripta. Sanchez *lib. 8. disp. 12. num. 13.* Henriquez *lib. 11. cap. 15.* Filiucius *tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 10. num. 308.* Nauar. *cap. 16. num. 14.* Bonacina *quæst. 3. de matrim. punct. 15. numer. 5.* cum alijs. Similiter potest dispensare, vt conjugatus voto castitatis irretitus, possit petere debitum, de quo latius dixi in Decalogo, ubi de votorum dispensatione, & docent Sanchez *sup. num. 4.* & alij citati; nam id non est dispensare in voto, quia matrimonio soluto tenetur ad illud, sed tantum ad effectum quandam, durante matrimonio, videlicet, vt possit petere debitum ob periculum incontinentiæ; quod etsi absolutè pertineat ad Papam, tamen ex consuetudine (quæ indicat dari iurisdictionem) dispensare solet Episcopus, vt plures Sanchez *disp. 12. num. 4.* vide Barbos. *de officio potest. Episc. allegat. 16. & 37.* &

non infra, ubi de redditione debiti.

\*\*\*

### Dub. 2. Quæ sint iustæ causæ ad dispensandum in impedimentis matrimonij.

1 S Vppono primò, loquendo de dispensatione in communi, si inferior dispense in lege superioris sine causa, dispensationem esse inualidam, vt docet communis Theologorum, ex Sanchez *lib. 8. disp. 17.* cum S. Thoma 2. 2. q. 88. art. 12. ad 2. & Canonistarum cum Glosa *cap. non est. verb. Adimplere, de voto.* vt cum multis Bonacina *com. 1. disp. 1. quæst. 2. punct. 7. num. 12.* Ratio est, quia cum tunc fiat dispensatio in alienis bonis, & in aliena voluntate, non potest præsumi, concedi facultatem à superiore in tali casu, sicut nec dominus æconomus non censetur dare facultatem, vt domini bona dissipet. Vnde Papæ dispensatio in iure diuino naturali, vt voto, iuramento, &c. sine causa inualida est, vt dixi suis locis, quia dispensatur in lege superioris. Similiter inualida est dispensatio Episcopi sine causa facta in lege ieiunij, aut obseruationis festorum, quia quotiescumque committitur inferiori potestas dispensandi, intelligitur iusta causa existente, vt pluribus Sanch. *disp. 17. num. 4.* At causa reuera existente, non requiritur cognitio causæ, vt valida sit talis dispensatio in foro conscientie; potest tamen irritari in foro externo, in quo præsumitur subreptitia, ex Tridentino *sess. 25. cap. 18. de reform.* ibi: *id causa cognita, summaque maturitate, &c. quòd si aliter fiat, dispensatio subreptitia censetur.* Ob quæ verba aliqui non improbabili- ter existimant, dispensationem talem absque causæ cognitione esse nullam. Vide Sanchez *disp. 17. num. 10.* & 11. Præsumi autem debet causa in dispensatore, quanuis de ea non constet, si dispensat motu proprio in iure humano, secus si dispensat ad instantiam partis vel in iure diuino, aut naturali; tunc enim non præsumitur, nisi probeatur, quia censetur dispensatio extorta per importunitatem, quanuis in foro conscientie præsumi possit pro superiore, dum non constat subdito defectus causæ. Sotus *dist. 21. quæst. 2. art. 2.* Suarez *tom. 5. disp. 41. sect. 3.* Filiuc. *tract. 10. tom. 1. p. 2. cap. 10. num. 211.* & alij. In foro conscientie credi potest cuiusque viro timorato dicenti, se habere potestatem delegatam ad dispensandum: in foro autem externo probanda est commissio delegata, ostensis literis, nisi delegatus sit persona constituta in excelsa dignitate, nec agatur de præiudicio tertij, vt pluribus Sanchez *lib. 8. disp. 17. & num. 18.* Ex dictis constat, dispensantem sine causa in lege superioris peccare mortaliter, nisi leuitas materiæ excuset, vt docent communiter Doctores, quia versamur in materia graui; erit ergo talis dispensatio irrita, & ex se peccatum mortale. Sanchez *sup. Bonacina loco cit. num. 15.*

2 S Vppono secundò, quando Princeps, vel quicumque alius inferior legislator dispensat in sua lege, quam ipse condidit, dispensatio absque aliqua causa facta, valida est. Nauar. *præud. o. Connar. cap. alma mater. 1. part. 5. 1. num. 7.* Caiet. 2. 2. quæst. 95. art. 5. fin. Sotus *lib. 1. de iust. quæst. 7. art. 3.* Filiucius *tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 10. num. 213.* Sanchez cum alijs *lib. 8. disp. 17. num. 24.*

num. 24. Ratio est, quia tunc legislator dispensat in re propria, & in propria voluntate, eam mutando, a qua sola vim habet lex. Hinc fit, Episcopum dispensantem in constitutione Synodi diocesane absque causa, valide dispensare, quia solus Episcopus habet suffragium decisivum, ideo est lex eius; non autem sic Archiepiscopus in provinciali constitutione, nam Archiepiscopus est inferior Concilio provinciali, Bonacina 2. tom. disp. 1. quæst. 2. punct. 3. num. 4. cum Sanchez lib. 8. disp. 17. num. 28. At etsi talis dispensatio valida sit, est tamen illicita, & peccatum, quia dispensare sine causa est prohibitum a iure, cap. cum omnes, de constitut. ubi prohibetur, ne inferiores dispensent in suis legibus, violaturque ius naturæ dictans, partem sui toto debere se conformare, & æqualitatem erga omnes debere seruari ex iustitia. Hoc autem peccatum, secluso scandalo, solum videtur veniale; quia non videtur res tanti momenti, quæpiam a legis obligatione absque causa eximere, eo quod hoc pendeat a voluntate legislatoris: at si addit scandalum, esset tunc mortale, ut quando nimis grauantur alij, ex eo quod aliquis absque causa solueretur a lege tributi. Nauarr. cap. 25. num. 5. Filiuc. sup. n. 314. & cum alijs Sanchez lib. 8. disp. 18. num. 7. Hinc sequitur, eum, qui petit dispensationem absque iusta causa scienter, peccare eo modo, quo concedens peccat, quia hunc inducit ad peccandum. Similiter vtens hac dispensatione sine causa concessa, valide tamen, peccat tantum venialiter, ut cum Nauar. Soto, Couarr. & alijs docet Sanchez ubi sup. num. 12. & cum his Filiucius ubi sup. modo tamen absit scandalum, & notabile damnum aliorum, vide in nostro Decalogo locis sup. cit. de his suppositis, vide Bonacina tom. 2. disp. 1. quæst. 2. punct. 1. & 3. Sequitur etiam, ea quæ dicta sunt de ipso legislatore, procedere etiam de eius successore ipsi æquali in officio, & potestate; nam æqualis in iurisdictione potest dispensare in legibus latis ab eo, cui ipse in iurisdictione successit; nam gaudet eade potestate; vnde Papa dispensare potest in legibus Canonicis, siue latis à Pontificibus, siue à Concilijs, & in legibus latis ab Apostolis tanquam Episcopis, & Pastoribus Ecclesiarum, ut in ieiunio, &c. & Episcopus in legibus synodalibus latis à suo successore. Clauis Regia lib. 3. cap. 15. n. 6. Suarez lib. 6. cap. 12. num. 5. & cap. 14. num. 2. & cum alijs Bonacina tom. 1. disp. 1. quæst. 2. num. 7. & 8.

3 Respondendo igitur ad titulum dubij, dico, varias adduci à Doctoribus causas ad iustificandam dispensationem matrimonialem, quarum quædam spectant ad dispensationem in communi, siue in quocumque gradu, alia verò ad certum gradum, de quibus sigillatim.

4 Prima ergo causa ad dispensandum est bonum pacis inter consanguineos, aut inter alias personas, ut est extinctio magnæ litis, euitatio grauis scandali, probabilis timor inimicitiarum, aut si dispensatio est causa obuiandi alicui magno delicto. Nauarr. cap. 22. num. vlt. Henric. lib. 12. cap. 3. num. 9. Filiucius tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 10. num. 315. & communiter omnes apud Sanchez lib. 8. disp. 10.

5 Secunda est inæqualitas matrimonij ob lo-

ci angustiam, vel nimiam cognationem in loco, quem habitat, nisi tradatur consanguineis, vel affinis, hoc est, quando ob loci angustiam, vel nimis propagatam foemina coniunctionem, non reperitur matrimonium æquale, præterquam cum consanguineis, & affinis. Ita citati, Hurtado disp. 26. diff. 3. num. 11. Villalobos 1. part. tract. 14. diff. 16. num. 6. & communiter omnes apud Sanchez disp. 19. num. 12. Ratio est, quia expedit bono communi, ut matrimonium contrahatur inter pares, & æquales, ideo hispanè dicitur: *Si quieres bien casar, casa con tu igual*. Nec requiritur, quod in locis circumvicinis non reperitur matrimonium æquale; satis enim est, non reperiri in loco ipso mulieris, ut declarauit sacra Cõgregatio apud Sanchez, & Villalobos; non enim cogenda est mulier, ut extra patriam nubat. Nec requiritur ad verificandam hanc causam, ut inquisitio personæ æqualis fiat discurrendo per totum illum locum, sed satis est, quod maior pars sibi æqualium in loco, vel ciuitate, ubi habitat foemina, sint consanguinei, vel affines; non enim mulier ita adstringenda, ut cum vno, aut duobus possit nubere, sed danda est ei libertas, ut possit eligere, propter nimiam libertatem matrimonij, & eo quod multa requirantur, ut sint æquales, v. g. quod æqualitas reperiat in nobilitate, diuitijs, & moribus, & in ætate, de quo Sanch. ubi sup. num. 24. Filiucius sup. num. 316. & alij.

6 Tertia causa est defectus dotis competentis, ut foemina iuxta suam conditionem nubat extraneo æquali, hoc est, quando foemina non habet dotem competentem, ut possit nubere cum non consanguineo, aut affine; spectat enim ad bonum commune, ne mulieres ob defectu dotis maneant nuptæ, & ut ne nubant inæquali, sed æquali. Idem ob eandem rationem dicendum est de viro, si defectu substantiæ nequeat inuenire uxorem sibi dignam, nisi eam, inter quam, & ipsum est impedimentum, Hurtado sup. num. 1. fin.

7 Circa hanc tertiam causam notandū est primò, non dici foeminam carere dote competenti, si dos, quam habet, sufficiens sit, ut nubat sibi æquali absque dispensatione, quanuis non sufficiat, ut nubat viro maiori, ditiori, &c. quia in hoc nulla est pietatis causa, neque, Ecclesia debet fauere dispensando, ut querat virum sibi maiore; vnde talis defectus dotis non erit sufficiens causa ad dispensandum. Filiuc. tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 10. n. 317. & alij. Secundò censetur causa sufficiens, periculum amittendi patrimonium, vel bonā illius partem, nisi nubat consanguineo, qui Doctor est, vel Procurator, &c. ut negotiū tanquam proprium gerere possit. Tertio, censeri foeminam pauperem, si nihil ipsa possideat, etsi parentes habeat diuites, si in eorum libertate sit relinquere bona, cui placuerit, relicta parua summa filia, vel legitima, quæ incompetens sit ad dotem; vel si non possunt se bonis spoliare, dum viuunt, ut vitam secundum statum conuenientem ducant; secus si habeat ius succedendi in bonis paternis, & compellendi eos, ut eam statim competenter dotent. Dicitur autē pauper, & carere dote, si verè eam non habeat, quauis habeat patrem diuitem habentem voluntatē dotandi illam, si ad eam dotandam ex pacto, aut obligatione aliqua non teneatur. Vi-

Malobos *i. part. tract. 14. diff. 26. num. 6* vide Filiucium *ubi supra*. Quartò, non cenferi foeminam pauperem, quæ bonis renuntiauit, ea intentione, vt titulo paupertatis obtineret dispensationem ad nubendum consanguineo; nam si hæc causa allegaretur, potius retraheret dispensatorem; si taceatur esset subreptitia: secus si non ea intentione, sed alio fine etiam inhonesto, quia reuera pauper esset, nec esset exprimens renuntiatio. Filiuc. *loco citato*, cum Sanchez *lib. 8. disp. 19. num. 26*. Quintò, si quando dispensatio quæritur, foemina vere pauper est, at dum expeditur dispensatio. Romæ vel apud Ordinarium, sit diues ob hæreditatem, vel legatum relicto, potest etiam renuntiare hæreditati, vel legato, antequam tacite, vel expresse acceptet, nec tunc cessat valor dispensationis: quia iura concedunt renuntiationem prædictam, eo quòd hoc non sit minuere proprium patrimonium, sed tantum non acquirere; non autem potest renuntiare in fauorem alterius, quia tunc prius natura includitur tacita aditio hæreditatis, aut legati, vt pluribus Sanchez *num. 27.* & cum eo Filiuc. *loco citato, versic. Quinto si*. Sextò, quoties foemina verè innupta remaneret, etiam si aliunde, quam ex paupertate id proueniret satis esset; omnibus enim pensatis dos sufficiens non esset. Filiuc. *sup. vers. Secto.*

8 Quartò, causa est conseruatio facultatis in eadem cognatione, modò facultates, seu diuitiæ, habita consideratione loci, & personarum, amplæ sunt, seu magni momenti, ita citati: expedit enim Reipublicæ, seu bono publico, familias conseruari locupletes, & integras, *l. 1. ff. de ventr. insp. c.* Filiuc. *supra num. 318.* & communiter Doctores.

9 Quinta est conseruatio illustriæ familiæ intra eundem sanguinem, pertinet enim ad bonum commune conseruatio illustrium familiarum; sic ait Henriquez *lib. 12. cap. 1.* Gregor. XII. dispensasse cum D. Luisa Comitissa S. Cadix, vt nuberet patruo, cui prior soror eius nupserat, & præterea illa voto continentix adstricta erat.

30 Sexta est excellentia meritorum erga Ecclesiam, siue petentis dispensationem, siue eius, in cuius gratiam petitur, quia æquum est, vt qui de Ecclesia sunt benemeriti, eius benignitatem experiantur: expedit etiam bono communi Papam remunerari sic homines, vt animosiores reddantur ad egregia facinora.

11 Septima est, quando proles habita ex consanguinea, bona fide, id est, ignorando esse consanguineam, si enim mala fide habita esset, potius retardaret Papam à dispensando. Hinc fit, esse sufficientem causam dispensandi, quando matrimoniū contractum fuit bona fide, & postea apparet matrimonium nullum propter impedimentum occultum ignoratum, & proles iam suscepta est, ea bona fide durante. Villalob. *sup. n. 7.* vide Henriquez *dist. cap. 3.* & Sanch. *disp. 19.*

12 Octaua, est magna pecuniæ quantitas ad opera pia, ad sumptus publicos, vt expeditionem contra Turcas, subsidium contra infideles, Ecclesie restorationem, & similia: præsertim quando impedimentum non est adeo arctum, vt contingit in gradibus remotioribus, quibus in causis dicta compositio habet vim causæ, iuncta benignita-

te, & clementia Pontificis. Vide Sanchez *disp. 19. cit.* & Nauarr. *cap. 22. num. vltim.*

13 Quòd si loquamur de dispensatione in aliquo gradu propinquiore, vel cum aliquibus personis determinatis, hæc breuiter aduertenda sunt.

14 Primò, causam debere referri in bonum commune, vel directè, vel indirectè, seu virtute, quatenus bonum partis redundat in totum, quo modo dispensatur ob inopiam foeminae, ob periculum incontinentiæ in ea, quæ habet votum: vnde sufficit, quod immediatè respiciat bonum partis, & mediatè bonum commune, quatenus bonum partis redundat in bonum commune. Filiuc. *tractat. 10. part. 2. cap. 10. num. 319.* Villalobos *1. part. tract. 14. diff. 26. n. 2.* & alij.

15 Secundò, dispensatio in secundo gradu concedi non debet nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam, ex Trident. *sess. 24. de matrim. cap. 5.* ibi: *In secundo gradu nunquam dispensetur, nisi inter magnos Principes, & ob publicam causam.* Per magnos Principes non solum Reges, eorumque filij, alijque Regibus comparati, vt Dux Baccariæ, Subaudiæ, Florentiæ, Mantuæ, Patmæ, & similes, sed etiam Domini titulati, etiam feudatarij, & subiecti Principibus liberis possunt intelligi, vt ex Baldo *cap. innotuit, num. penultim. de elect.* docet Sanchez *lib. 8. disputat. 19. num. 2.* & cum eo Filiuc. *supra, versic. Secundo.* & Villalobos *tract. 14. part. 1. diff. 26. num. 4.* quod etiam extendunt ad viros valde opulentos. Henriquez *lib. 12. cap. 3. numer. 6. & 9.* & Ledesma *in summ. cap. 27. conclus. 4.* Sub hoc autem decreto, iuxta communem Doctorum intelligentiam, non comprehenditur impedimentum publicæ honestatis, etiam in primo gradu, vt ait Nauarr. *consil. 4. de consanguinitate*, nec affinitas ex fornicatione, Sanchez *num. 2.* quia valde imperfecta est; tantum enim comprehendit gradus consanguinitatis, & affinitatis ortæ ex matrimonio: at quia Papa non cogitur eo decreto, solet aliquando ex benignitate dispensare in secundo gradu consanguinitatis cum personis non tam grauibus, sed ordinis, & notæ inferioris, etiam si dispensatio non tendat directè in bonum publicum, vt innuit ipsum Tridentinum *supra capit. 8.* ibi: *Quòd si vrgens necessitas, iustaque ratio, & maior quandoque utilitas postulauerint cum aliquibus dispensandum esse, id causa cognita, ac summa maturitate, &c.* modò tamen hæc causæ adfint. Prima, quòd matrimonium sit bona fide contractum, nesciendo Tridentini decretum: secunda, si proles iam sit habita: tertia, diuturnitas matrimonij iam contracti: quarta, si scandalum sequenturum sit in separatione: quinta, clementia, & benignitas Pontificis, præsertim si puella sit pauper, & vult patruus eam ducere, ac dotare, aut si puella non attingat octodecim annos. Vide Ledesmam *loco supra citat.* Nauarr. *consil. 13. de consanguinitate* Filiucium *ubi supra num. 319.* Villalobos *loco cit. n. 5.* & Sanchez *dist. disp. 19.*

16 Tertiò nota, facilius dispensari cum diuitibus, & potentibus, quia id magis est necessarium bono communi ad firmandam pacem: neque propterea est vlla acceptatio personarum (vt stulte Garsinat hæretici) S. Thom. *2. 2. quæst. 63.*

*artic. 2. ad 2. Couarruu. 2. part. de matrimonio, cap. 6. §. 9. num. 7. Filiuc. loco citato, Villalobos vbi sup. & alijs.*

17 Quartò, ad dispensandum in gradu propinquiore requiri causam magis urgentem, & in gradibus consanguinitatis maiorem requiri, quam in gradibus affinitatis, & magis in linea recta, quam in transversa; item magis in cognatione spiritali, quam in carnali. Sanchez *disp. 19. num. 7. & alij citati.*

18 Quintò, quando aliqua causa singularis non sufficiunt, plures tamen causa aggregatae sufficere possunt, & se adiuuicem adiuuare. Leuior tamen causa requiritur ad dispensandum in matrimonio iam contracto, si impedimentum sit occultum, & contractum bona fide, in quo facilius dispensatur, imò regulariter sufficit fuisse contractum, quia ex separati one contrahentium regulariter graua incommoda oriuntur, praesertim quando matrimonium fuit consummatum, & maxime quando iam fuit proles genita. Hurtado *disp. 26. diff. 3. n. 13. & alij.*

19 Sed quaeres, quanam censeantur causae sufficientes dispensandi in impedimentis non dirimentibus: huic quaestioni satisfactum est, partim *cap. anteced. dub. vltim.* & fusius in *Decalog. lib. 2. cap. 2. dub. 32.* vbi de causis ad dispensandum in votis, praecipue castitatis, & religionis, quae sunt praecipua impedimenta impedienda, vide ibi & Sanchez *lib. 8. disp. 20.* ac Filiuc. *tom. 1. tract. 10. p. 2. c. 10. n. 320. 321. 322.* Breuiter tamen dico, ad valide dispensandum in votis, quibus matrimonium impeditur, seu prohibetur, esse etiam necessariam causam rationabilem, iudicio prudentis discernendam, qualis est, spes publica pacis, aut quòd materia voti, facta sit periculosa vouenti, siue ob occasiones moraliter ineuitabiles, siue ob scrupulos, siue ob fragilitatem, aut quòd sit dubium, an fuerit valide promissa Deo, vel an sit mature promissa; & etiam ad valide dispensandum in sponsalibus, vt possit contrahi cum alia, est necessaria causa arbitrio prudentis discernenda, qualis est, si timeatur prioris sponsam futuram esse occasionem peccandi sponso, aut si ex matrimonio cum altera speratur publica pax, aut extinctio, vel impeditio grauium discordiarum. Hurtado *disp. 26. diff. 3. n. 13.* vide *dub. vltim. citat. & dub. 32. de voto.*

*Dub. 3. Vtrum dispensatio, in cuius petitione exprimitur falsum, aut reticetur verum, sit nulla.*

1 DE hoc dubio egi in *Decal. lib. 2. cap. 2. dub. 33. per tot.* vide ibi, & Sanchez *lib. 8. de matrim. disp. 21.* vbi de hoc late *et lib. 2. operis mor. c. 47.* Suarez *rom. 2. de Relig. lib. 6. de voto c. vlt.* Bonacin. *rom. 2. disp. 1. punct. 5.* & vbi de voto, *7. 2. punct. 7. §. 4.* Villalob. *1. part. tract. 2. diff. 43. et tract. 34. diff. 28.* Hurtado *disp. 26. diff. 4.* & Filiuc. *rom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 10. quaest. 7. n. 323. 324. et 325.* Solum aduertendum occurrit, quando in dispensatione ponitur haec clausula, *motu proprio*, talem dispensationem tollere vitium subreptionis, quod oritur, ex eo quòd tacetur ve-

ritas, quae necessariò erat exprimenda; secus autem quando vitium prouenit ex eo quòd in narrativa proposita fuit causa falsa, vt docet Sanchez *d. disp. 21. à n. 47.* Ratio disparitatis est, quòd Pontifex in priori casu ex sua liberalitate in illa clausula supplet ignorantiam veritatis, vt constat ex iure, *cap. si motu proprio, de prob. in 6. Clem. si Romani de Praebend.* at in secundo casu cum allegatur falsa causa, non praesumitur mens Pontificis in tali casu velle dispensare de clausula motu proprio: vide Barbos. *in varijs*, vbi de clausulis.

*Dub. 4. Quae sint exprimenda, & narranda in petitione dispensationis, vt sit legitima, & non subreptitia.*

1 DICO primò, quando sunt plura impedimenta diuersae rationis, seu distincta specie, & minime connexa, vt consanguinitas, affinitas, votum, &c. conueniunt Doctores, esse necessariò in petitione exprimenda ad dispensandum. Ratio est euidentis, quia ex vna parte quodlibet impedimentum eget dispensatione, ac proinde quodlibet est in petitione Pontifici exprimendum, & ex altera parte, cum non sint connexa, vnum non exprimitur expressione alterius. An haec impedimenta necessariò exprimenda sint simul in vna petitione, vt simul dispensetur; an sufficiat petere dispensationem separatim de singulis in diuersis petitionibus, Henriquez *lib. 12. cap. 3. num. 8.* Sa verbo *dispensatio, num. 16.* & Rodriguez *cap. 236. conclus. 1.* absolutè asserunt non esse necessarium, omnia simul exprimi in vna petitione, sed sufficere vno tacito, postea dispensando exprimere alterum: quia id non requiritur iure naturali, vt de se patet, nec positiuo, quia non extat. Sanchez *verò lib. 8. disp. 23. I edesna in summ. c. de matrimon. conclus. 6.* Villalobos *1. part. tract. 14. diff. 27. num. 1.* Filiuc. *rom. 1. tractat. 10. part. 2. cap. 10. num. 326.* docent necessarium esse, omnia illa exprimi in eadem petitione, alioquin si in vna exprimitur vnum, & in alia aliud, erit dispensatio subreptitia. Hurtado *verò disputat. 26. diff. 6. num. 30.* media incidit via, ait enim, primam opinionem esse veram, quando impedimenta sunt omnino disparata, ita vt coniungi nequeant, vt affinitas, & votum: secundam vero esse veram, quando coniunguntur specie, vel saltem genericè, vt si sunt duae consanguinitates, vel consanguinitas, & affinitas; ego autem etsi existimem primam, & tertiam opinionem esse probabilem, & posse tute sequi saltem post factum, probabiliorem tamen, & in praxi verioremi reputo opinionem Sanchez, & aliorum, quam etiam sequitur in dispensationibus matrimonialibus (secus in alijs) Bonac. *rom. 2. disp. 1. q. 2. punct. 9.* Ratio est, quia vnù impedimentum coniunctum cum altero facit fortius vinculum, & est difficilioris dispensationis, & impetrationis, quod procedit etiam si ignoranter id fiat, nam eadem militat ratio: attamen si dispensatio non peteretur ad aliquid, vt ad matrimonium, ad quod habet duplex impedimentum, v.g. voti, & consanguinitatis, fed

sed quod petatur absolute, videlicet, ut liber sit à voto, & capax matrimonij, tempore quo ei placuerit illud contrahere; tunc enim si tantum exprimat votum, non esse dispensationem subreptitiam. Item, quando vnum impedimentum esset occultum, ut affinitas ex fornicatione, a iud publicum, ut consanguinitas, tunc publicum posset aperiri in dispensatione publica, & occultum in confessione Pœnitentiarij Papæ, vel tacito nomine in supplicatione apud summum Pœnitentiarium, ut pluribus Sanchez lib. 8. disp. 23. & cum eo Filiuc. *sup. num. 326.* Obiter nota, validam esse dispensationem, quam quis obtinet, non exprimendo se illam antea petijisse, sed non obtinuisse, quamvis eam petat cum iisdem circumstantijs, quibuscumque antea petierat, siue eam petat ab eodem, qui antea denegauerat, siue à successore, siue ab inferiori, quia ad est voluntas, & potestas dispensantis cum causa. Ita Bonacina *supra punct. 7.* cum Suarez lib. 6. de legibus, cap. 22. Sanchez lib. 8. disp. 14. *cap. 22.* & Sa- l. 8. de legib. disp. 20. *sect. 13. cap. 15.*

2 Dico secundò, si agatur de dispensatione in impedimento consanguinitatis, explicanda sunt, quæ sequuntur. Primò gradus illius, ut secundus, tertius, vel quartus, nam quo gradus proximior est, eò difficilior est dispensatio; quare si quis in communi, & in genere diceret se esse consanguineum, esset dispensatio subreptitia, nam deesset qualitas necessariò exprimenda: communis ex Sanchez lib. 8. disp. 24. n. 2. *cap. 3.*

3 Secundò, si contingat, alterum, vel vtrūque contrahentium esse alteri coniunctum duplici titulo consanguinitatis, in eodem, vel diuerso gradu, ut in tertio ex vtroque latere parentis, patris scilicet, & matris, vel in tertio ex vno tantum, & in quarto ex duplici latere, vel in tertio, & quarto ex vtroque latere bis, debent omnia hæc exprimi, sieriue debet mentio multiplicis gradus vtroque titulo, alioquin dispensatio erit subreptitia. Ita docent Sanchez *supra num. 5.* Coninch *disp. 33. dub. 6.* Basilus lib. 8. cap. 17. Hurtado *disp. 26. diff. 6. num. 28.* Bonac. *tom. 2. disp. 1. quest. 2. punct. 5. num. 3. versic. Secundo,* & Filiuc. *tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 10. numer. 327. versic. Secundo si.* quidquid Rodriguez 1. p. cap. 228. num. 1. ad finem, & Vega loquentes de affinitate, & Ledesma in summ. cap. 27. *concl. 6. dub. 2.* Ratio est, quia tunc etsi impedimenta non differant specie, sunt tamen plura numero distincta, & realiter, cum sint relationes respicientes diuersa extrinseca, aut si est tantum vnum impedimentum, habet tamen plures gradus, quorum quilibet auferri potest, altero remanente, sicut vnus introduci potest absque alio; ac proinde non eo ipso quòd est dispensatio vnus gradus, est dispensatio aliorum: deinde, quia in odio sis mixtum non comprehenditur sub simplici; at dispensatio est odiosa, & multiplex cognatio mixta dicitur; ergo, &c. ideo hæc sententia, ut probabilior, & verior tenenda est, & quia conformior praxi sacre Pœnitentiariæ, & stylo Curie, ut referunt Filiuc. & Bonacina. *locis citatis.*

4 Tertio debet exprimi, an distantia graduum sit in linea recta, vel transuersali, ut si quis velit ducere auiam, vel neptem, proauiam, vel proneptem, vel filiam fratris sui, &c. Tum quia sic

stylo Curie videtur receptum, teste Bonacina. *sup. num. 5.* Tum; quia secundum probabilem sententiam, gradus in linea recta est prohibitus iure naturali, & quamuis solo iure humano sit prohibitus, ut habet probabilior opinio, de qua *supra c. an ecclesie*, tamen ad est quædam indentia maior, quam si esset in linea transuersali, Sanchez *sup. num. 24.* Filiuc. Hurtado, & alij.

5 Quarta, in explicando gradu inæquali, si inæqualitas oriatur ex eo quòd scemina sit propinquior stipiti, debet id exprimi, alioquin dispensatio erit subreptitia, ut si scemina sit amita, vel matertera in primo, & secundò gradu. Molina *tract. 2. disp. 161.* Sanchez *supra num. 17.* & Filiuc. *loco cit. num. 327. vers. Quarto in.* quia vir in matrimonio est superior; at si esset amita, vel matertera, illa est iure natura superior, ideo esset peculiaris indecentia, ac proinde necessariò exprimenda. Ita etiam Bonacina. *sup. num. 16. vers. Secunda est.*

6 Quintò, si error fiat in gradu explicando maiorem, ut tertium, cum tamen sit minor, ut quartus, non vitatur dispensatio, ut docent communiter Doctores, quia gradus minor continetur in maiori, & qui dispensat in maiori, eo ipso, & à fortiori dispesat in minori. Hoc autem intellige, quando gradus maior, & minor sunt eiusdem speciei, ut consanguinitatis, aut affinitatis, quia si sunt diuersæ speciei, dispensatio est nulla, ut si exprimat secundus gradus consanguinitatis, pro tertio affinitatis, quia minor tacitus non continetur in maiori expresso; & ex alio capite hæc impedimenta differunt specie, at quando est error in impedimento diuersæ speciei, quamuis exprimat illud quòd est maius, ut quando exprimitur consanguinitas pro affinitate, dispensatio est nulla, quia tunc vnum non continetur in alio: quòd procedit, etiam si communi errore putentur esse in tali consanguinitatis gradu, error enim nõ supplet intentionem concedentis qui dispensare censetur in specie, sibi expressa, & non in alia, Bonacina *sup. num. 8.* Quòd si minor gradus exprimat pro maiori, ut tertius pro secundo, certum est non valere dispensationem, quia maior non continetur in minori, nec dispensatio minoris continet dispensationem maioris, ut de se patet. Hurtado. Filiuc. *ubi sup.* Sanchez *loco citato n. 19. cap. 20.*

7 Dico tertio, quando contractori matrimonium distant à stipite in gradu inæquali, ut vnus in secundo, alter in tertio, aut vnus in tertio, & alter in quarto, de iure communi ad validitatem dispensationis sufficit exprimere gradum remotiorem, quia reuera tantum sunt in eo gradu, eo quòd computatio graduum sumatur à remotiori, ut dixi *cap. antecedens.* nam gradus remotior trahit ad se minus remotum. Dixi, *iure communi*, nam iure peculiari Pij V. reuocatis motum proprium Pij IV. in motu proprio de anno millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, qui incipit: *Sancissimus*, quando propinquior distat à stipite in primo gradu consanguinitatis, vel affinitatis, non sufficit exprimere gradum remotiorem, sed etiam cum illo exprimendus est primus gradus, qui est propinquior, aliter dispensatio est irrita, & nulla, ut habetur expresse in dicto motu proprio, in quo postquam declarauit, non posse literas subreptitias notari,



defectu expressiois gradus propinquioris consanguinitatis, aut affinitatis, addit: *Dummodo primum quoquo modo non attingat, eum in eo Sanctitas sua dispensare nunquam intendat.* Ex quo liquido constat, talem dispensationem esse nullam, nisi exprimat etiam primus gradus consanguinitatis, aut affinitatis, qui est propinquior. Dixi, *consanguinitatis, vel affinitatis*, quia motus proprius Pij V. indifferenter loquitur, ibi: *Dummodo primum quoquo modo non attingant*, & ita de affinitate, etiam intelligunt Sanchez *lib. 8. disp. 24. num. 32.* & alij citandi: hoc autem intellige, modo alter, qui est in gradu remotiori, sit intra quartum, nam si extra illum sit, nulla est necessaria dispensatio, Sanchez *supra*, & dixi *in cap. antecedent.* Quod si proximior gradus non sit primus, sed secundus, aut tertius, ut si sint in secundo, & tertio, aut in tertio, & quarto, non requiritur necessarîo, quod exprimat gradus propinquior, sed sufficit, quod fiat mentio gradus remotioris, seu magis distantis à stipite, quo solo expresso, valida erit dispensatio, Bonacin *supra num. 16.* Villalob. *tract. 14. diff. 27. num. 15.* Filiuc. *Hurtado disp. 26. diff. 7. num. 32.* Henriquez *lib. 12. cap. 3. num. 6.* & cum alijs Sanchez *lib. 8. disput. 24.* & deducitur aperte ex dicto motu Pij V. *Dummodo primum gradum non attingat.* Nihilominus tamen si in hoc casu non fuit facta mentio in petitione dispensationis gradus propinquioris, sed solius remotioris, requiruntur post obtentam dispensationem literæ Pontificiæ declaratoriæ super propinquiore gradu, non expresso in petitione, ut expresse disponit Pius V. *ubi supra*, quæ quidem literæ expostulantur, nõ quod dispensatio non fuerit valida; fuit etenim, ut dictum est, sed ad vitandum scandalum, quod solet in vulgo oriri, existimãte duos inæqualiter distantes, v. g. alterum in secundo, alterum in quarto, esse magis propinquos, quàm si uterq; distaret in quarto, ideoque hæc literæ solum profunt pro foro externo, ob idque Ordinarius non deberet dispensare, donec literæ declaratione accedant, Sanchez *supra num. 29.* at si defacto dispensasset, validum erit matrimonium, Villalobos *supra*. Ex quo fit, dato quod impedimentum esset occultum, non requiri has literas declaratorias: imò quoties non timetur scandalum, vel quando res non est delata ad forum externum, possunt contrahere, absque dictis literis declaratorijs, eo quod dictæ literæ solum requirantur pro foro externo ad vitandum scandalum, & ita docent Sanchez *supra num. 32.* Filiuc. *supra num. 328.* Basilius *lib. 8. cap. 17. §. 5.* Hurtado *loco citato num. 33.* De consuetudine tamen, & stylo Curiæ semper solet exprimi gradus propinquior; etiam si non sit in primo, ad evitanda dubia, & literas declaratorias, quæ postea obtinendæ essent, obtenta dispensatione, casu quo remotior tantum expressus fuisset, & ita tenentur exprimere, an sint in secundo, & tertio.

8 Aduerte tamen Bonac. *2. tom. disp. 1. quæst. 2. punct. 5. n. 19.* existimare, supradictas declaratorias non esse necessarias in impedimẽto affinitatis; nam ait, Pium V. solum velle obrinendas esse literas declaratorias, quatenus Celestinus III. *cap. quod dilectis, de consanguin. & affin.* & quatenus Gregor. IX. *c. 9. eod. titul.* volebant, fieri mentionem primi gradus, seu stipitis in dispensatione: et ij Pontifices

solum loquebantur de consanguinitate; ergo non procedit in affinitate. Sententiam Bonacinae admitterem, nisi obstaret dictus motus proprius Pij V. qui loquitur indifferenter de consanguinitate, & affinitate, & stylus Curia indifferenter etiam de ijs procedens, similiter DD. absolute de ijs loquentes; quare facienda est mentio in affinitate gradus remotioris, sicut in consanguinitate, modo sup. explic. 9 Dico quartò, si peratur dispensatio in impedimento affinitatis, hæc obseruanda sunt. Primò, exprimendus est gradus primus, secundus, vel tertius, ut diximus in consanguinitate. Secundò, exprimenda est multiplicitas eius, ut si essent affines duplici titulo, videlicet, quia contracturus matrimonium cognouit duas forores consanguineas eius, cù qua vult contrahere intra secundum gradum, vel si ex duplici capite habet impedimentum publicæ honestatis, nimirum quia contraxit matrimonium ratum cù duplici consanguinea intra quartum gradum illius, cum qua vult contrahere, militat enim eadem ratio sicut in consanguinitate. Tertio, si affinitas esset contracta ex pluribus fornicationibus cum eadem consanguinea illius, quam vult ducere, nõ est opus exprimere, copulam fuisse multiplicatã, satis enim esset exprimere affinitatem ex fornicatione, ut obseruat stylus Curia (idem in irregularitate contracta ex pluribus celebrationibus in censura) & docent Sanchez *lib. 8. disp. 24. n. 4. & seqq.* Villalob. *1. part. tract. 14. diff. 27. n. 1.* Filiuc. *tract. 14. part. 2. c. 10. n. 329.* & cum alijs Bonac. *tom. 2. disp. 1. §. 2. punct. 5. n. 3. vers. Non tamen.* Ratio est quia sicut ex multiplici repetitione voti non multiplicatur votum, ita ex multiplici copula cum eadẽ, non iteratur affinitas. Henric. *lib. 12. c. 10. n. 3.* Hinc fit, ut impetrans dispensationem in affinitate ex fornicatione, si postquã Pontifex dedit mandatum Episcopo, aut confessorio ad dispensandum, antequam dicti exequantur illud, & dispensent, iterat copulam cù eadem foemina, valeret dispensatio: nam per iteratam copulam non inducitur noua affinitas; ideo is, cui committitur dispensatio, potest virtute illius rescripti dispensare. Consequenter sequitur, si Titius postquã petijt à Pontifice dispensationem incestus cum Berta, eam iterum cognoscat, antequã Ordinarius literas exequatur, suffragari ei dictas literas, eo quod non inducatur nouum impedimentum per superuenientem copulam, ita cum Bonacina *supra num. 3. & 4.* Secus tamen in vtroque confessorio dicendum est, si copula sequatur vel iteratur, postquam is, cui datum est mandatum, functus est munere suo dispensando, nam per dispensationem sublatum fuit impedimẽtum ante ipsam contractum, non verò sublatum est impedimẽtum, quod iterum, & de nouo confurgit ex copula post dispensationem. Filiuc. *loco cit. n. 330.* Sanchez *lib. 8. disp. 24. num. 7. & 8.* Villalobos *loco cit. n. 1. vers. 2. aum.* & cum alijs Bonacina *loco citato.* Quarto non est necesse in affinitate, & publica honestate explicare foeminam esse proximiorẽ stipiti; sicut è cõtra diximus, id esse necessarium in consanguinitate, sed sufficit explicare gradus inæqualitatem, ut diximus in consanguinitate, v. g. Titius vult ducere amittam, vel materteram vxoris suæ iam mortuæ cognitã, vel non cognitã, non est necesse, dicere esse amittam, vel materteram, sed sufficit dicat, se velle ducere foeminam consan-

consanguineam suæ vxoris in primo cum secundo. Ratio est, quia non adest peculiaris indecentia, ex reuerentia illi fœminæ, quæ debetur, sicut deberi in consanguinitate diximus, & ita tenent Filiuc. *supra versic. Quærd.* & cum Sanchez, & alijs Bonacin. *loco citato num. 26. versic. Secunda est.* Est tamen exprimenda distantia graduum in linea recta, vel transuersali, vt si quis vellet ducere auiam, vel neptē, proauiam, vel pro neptem vxoris à se cognitæ, vel non cognitæ, vt diximus de consanguinitate ob rationes ibi allatas, Sanchez *lib. 8. disp. pnc. 24. num. 14.* & Filiuc. *loco citato, vers. Quinto.*

10 Dico quintò, quãdo publica honestas oriatur ex matrimonio rato, debet id exprimi, non enim satis est dicere, intercedere impedimentum publicæ honestatis, sed debet addere, quod ex matrimonio rato, quia hoc vinculũ est multò arctius, quàm si oriretur ex sponsalibus, Sanchez *supra n. 26.* Filiucius *loco citato, versic. Sexto.* & Bonacin. *supra num. 7.* vbi asserit, id esse vlt receptum: si verò publica honestas sit in secundo, vel tertio gradu, vel quarto, non est necesse dicere, impedimentum publicæ honestatis oriri ex matrimonio rato, quia constat impedimentum publicæ honestatis, excepto primo gradu, non aliunde consurgere, quàm ex matrimonio rato, cum ex sponsalibus non oriatur vltra primum gradum, ita Sanchez, & Bonacin. *vbi sup.*

11 Quando verò honestas, & affinitas concurrunt, distinguendum est: si affinitas orta sit, ex copula licita, leu ex matrimonio consummato, sufficit declarare affinitatē ex copula licita, seu matrimoniali, tacita publica honestate, quia tunc tacite fit mentio honestatis, cum in tali affinitate necessariò includatur; secus si fiat mentio in genere solius affinitatis, quia tunc nec tacite, nec expresse fit mentio publicæ honestatis, cum ea affinitas, tam de licita, quàm de illicita, possit intelligi. Ita cum multis Sanchez *lib. 8. disp. 24. num. 37.* Hinc fit valere dispensationem affinitatis in tertio, vel quarto gradu, quamuis non explicetur, an ex copula licita oriatur hæc publica honestas; quia hæc affinitas non potest oriri, nisi ex copula coniugali; ac proinde tacite declaratur honestas: in petitione autem affinitatis in primo, vel secundo gradu, si ex copula coniugali oriatur, necessario narrandum ex copula coniugali consurgere, quia tunc duplex oritur impedimentum, nempe affinitatis, & publicæ honestatis, quod tunc taceretur, Sanchez *supra num. 40.* vbi addit, nec sufficere mentionem affinitatis in genere, & publicæ honestatis in genere, quia cū publica honestas oriatur quoque ex sponsalibus, non explicatur, an ex matrimonio orta sit, cum tamen id esse necessarium, diximus *supra.* Item, quia non explicatur, an affinitas ex matrimonio orta sit, cum hoc sit necessarium; nam hæc affinitas est multò fortius vinculum affinitate orta ex fornicatione, ita Sanchez. Attamen probabile est sufficere, exprimere affinitatē oriri ex matrimonio consummato, seu ex copula matrimoniali, nam ibi includitur publica honestas, vt tenet Couarr. & alij, apud Sanchez *supra num. 36.* & Ledelm. *in summ. cap. 27. de matrim. conclus. 6. vers. De lo dicho.* & Filiuc. *sup. num. 332.* Quod si affinitas orta sit ex copula illicita, separatim est facienda mentio de affinitate, & honestate, si tunc con-

currant, vt si sponsus Franciscæ eam cognouit, & postea velit eius sororem ducere, tenetur tunc separatim exprimere affinitatem, & honestatem, quia hæc non includuntur mutuo, ideo expressa affinitate non exprimitur honestas, nec e contra, ita cum Syluest. *matrim. 8. quæst. 41.* Ledelm. *vbi sup. 12.* Infert Sanchez *supra num. 14.* in potestate dispensandi in affinitate, includi quoque publicam honestatem cum illa concurrentem, eo quod affinitas sit genus ad ortam ex copula licita, & illicita, & potestas dispensandi sic late interpretanda, vide ibi.

13 Dico sextò, si impedimentum sit cognationis spiritalis, exprimenda est primò persona, cum qua contrahitur, vt si sit persona baptizata, quæ dicitur filia spiritalis, vel cum patre, aut matre eius, quæ dicitur compaternitas, nam indecentius est contrahere cum filia spiritali, quàm cum matre eius. Secundò, si baptizauit, vel tenuit, nam ex Baptismo collato fortius vinculum oritur, quam ex susceptione. Tertio, idem obseruandum in confirmatione, videlicet, si sit cum persona quam tenuit, vel cum patre, aut matre eius. Quarto, eodem modo si duplici titulo contracta esset cognatio, est experimenda, vt si Titius baptizauit duos filios Caij, & Bertæ, habet cum Berta cognationem duplici titulo: idem si leuasset à fonte, vel suscepisset in confirmatione, vel eundem tenuisset in Baptismo, & confirmatione, vel si Titius fuit mutuo patrinus filij Caij, & hic filij Titij. Ratio horum est, quia hic videtur stylus, & praxis, & colligitur ex dictis Sanchez *lib. 8. disp. 24. num. 15.* Filiuc. *tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 10. num. 331.* Bonacina. *tom. 2. disp. 1. q. 2. punct. n. 6.* & alij.

14 Dico septimò, potestas dispensandi in aliquo gradu coniunctionis, extenditur ad illum gradum, etiam si duplicatus sit, vt si quis habet potestatem dispensandi in secundo, vel tertio, potest dispensare, etiam si is esset duplicatus, ex vtroque scilicet parente, quia potestas dispensandi est fauorabilis, ideoque extendenda, secus si sit actualis dispensatio, quia hæc, vt odiosa, est restringenda, Sanchez *supra num. 9.* Quod si facultas dispensandi concessa est in certo gradu, vt in secundo, nõ potest in alio, etiam inferiori, vt in tertio, si in eodem tertio coniunctus sit, quia multò maior est secundus cum tertio, quàm tertius solus: si autem, non esset coniunctus cum secundo, posset is, qui habet in secundo, dispensari in tertio, quia minor est, præterea potens dispensare in aliquo gradu, etiam potest cum eo, si sit mixtus, & ex alio propinquiori, quia reuera non est mixtus, sed simplex, nam temotior trahit ad se, & combibit propinquorem: excipe tamen, nisi esset primus gradus ob motum proprium Pij V. in quo excipitur, modo supra explicato *num. 11.* ita Filiuc. *supra n. 335.* cum Syluest. *matrim. 8. quæst. 6.* & Toletæ *lib. 7. c. 5. n. 6.* vide Sanch. *lib. 8. disp. 24. n. 9. & 10.*

15 Sed quæres, quæ obseruanda sint, quando impedimentum fuerit votũ, vel iuramentum. Respondeo, & dico primò, si sapius est repetitum votũ, vel iuramentum, non est necesse facere mentionem repetitionis in dispensatione, quia non additur nouum vinculum per repetitionem, sed solũ primum semper confirmatur. Azor *tom. 1. lib. 11. cap.*

12. *quæst.* 1. Sanchez *lib. 8. disp. 2. num. 25* & dixi in Decalog. *lib. 2. cap. 2. dub. 4.* Secundò, si votum, vel iuramentum solum Deo sit factum, valet dispensatio, etiam si vnum pro alio ex errore, vel data opera exprimat, æquualet enim in obligatione orta ex Religione, & mendacium non esset circa substantialia, & sic non vitaret. Tertiò, si iuramentum factum sit ad confirmationem voti (vt in dubio semper præsumendum est) satis est, etiam ad iuramentum dispensandum, vt votum exprimat; quia cessat iuramentum, sublata obligatione voti, cui erat accessorium: quod verum est, etiam si falso affirmatum esset, esse tantum votum, cum esset etiam iuramentum. Quartò, si iuramentum non est in confirmationem voti, sed factum independentè ab illo, vt si quis iurauit castitatem, & postea vouit illam, vel si prius vouit, & postea immemor voti eandem iurauit, tunc oportet vtriusque fieri mentionem, aliter esset subreptitia, vt pluribus Sanchez *loco citato num. 14.* Quintò, si votum, vel iuramentum non nubendi esset emissum, etiam in fauorem tertij, id necessariò exprimendum est, quia cum sit in damnum tertij, facit dispensationem difficiliorem: quòd si tertius remisisset obligationem, non esset opus facere illius mentionem, eo quòd ea obligatio cessat partis remissione. Sextò, si professus contracturus esset matrimonium, & etiam esset ordinatus in sacris, tenetur vtrumq; exprimere in dispensatione, quia sunt duo impedimenta diuersa. Septimò, si Sacerdos sit, vel Diaconus, non sufficit dicere, se esse in sacris, sed debet explicare gradum Sacerdotij, vel Diaconatus, quia difficilius, quòd maior est. Filiuc. *tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 10. n. 334.*

16 Nota, non requiri speciale mandatum, nec generale ad impetrandam dispensationem in prædictis impedimentis, potest enim validè impetrari: etiam ignorante illo, qui ea indiget, constat ex generali ratione in omnibus gratijs, & priuilegijs, ex *cap. si motu proprio de Præbend. in 6.* At non proderit ignoranti, donec ab ipso acceptetur, vel ab alio habente speciale eius mandatum, vt pluribus Sanchez *lib. 8. disp. 26.* & cum eo Filiuc. *supra num. 341.*

*Dub. 5. Vtrum taciturnitas copulæ habitæ inter consanguineos, aut affines irritet dispensationem consanguinitatis, aut affinitatis: seu an in dispensatione consanguinitatis, & affinitatis sit exprimenda copula incestuosa inter illos habitæ.*

1 IN hoc dubio conueniunt DD. copulam habitam inter consanguineos, aut affines, postquàm Ordinarius, aut confessorius expediuit dispensationem sibi à Papa commissam, non irritare dispensationem iam expeditam, nec opus esse, vt iterum recurrant ad Papam pro noua dispensatione, sed posse licitè, & validè matrimonio cõiungi virtute illius dispensationis iam expeditæ. Ita Bonac. *tom. 2. disp. 1. quæst. 2. punct. 5. num. 9. versic. Et hoc*, Villalob. *tom. 1. tract. 14. diff. 27. num. 5.* & cum multis Sanchez *lib. 8. disp. 25. num. 4.* quod etiam congregatio Cardinalium declarauit, teste

Hurtado *disp. 26. diff. 5. num. 22.* Ratio est, tum, quia nullo iure, neque stylo Curia constat huiusmodi copulæ faciendam esse mentionem. Tum, quia illa copula habitæ post dispensationem non est incestus, quia tota ratio copulæ incestuosæ delimitur, eo quòd accidat inter personas, inter quas contrahere prohibitum est; quæ ratio cessat, eo quòd per dispensationem iam personæ illæ sunt habiles ad contrahendum matrimonium: & confirmatur a simili, sicut enim hodie non committitur incestus per copulam habitam cum cognata in quinto gradu, quia ad illam non extenditur impedimentum de iure nouiore, ita nec in hoc casu erit incestus, eo quòd respectu harum personarum sublatum est impedimentum. Quod verum est, etiam si in rescripto summi Pontificis adesset clausula sub hac conditione, *si copula non intercesserit*, nam hæc conditio adimpleta fuit, eo quòd (vt supponimus) copula non intercesserit antequam expediretur dispensatio, & quando accidit, iam dispensatio erat expedita, & completa. Bonac. *ubi sup.*

2 Difficultas ergo est, an taciturnitas copulæ habitæ ante concessionem, vel commissionem Papæ, vel antequam Ordinarius, aut confessorius eam exequantur, irritet dispensationem consanguinitatis, vel affinitatis,

3 Dux sunt in hac re sententiæ oppositæ, & vnaquæque habet pro se graues auctores. Prima, ergo sententia tenet talem taciturnitatem irritare dispensationem, ita cum multis Sanchez *lib. 8. disp. 25. num. 8.* Ledelm. *cap. 27. de matrimon. conclus. 1. dub. 3.* Filiuc. *tom. 1. tract. 10. part. 10. p. 2. cap. 10. num. 335* & cum alijs Bonacin. *tom. 2. disp. 1. quæst. 2. punct. 5. num. 9.* Quam opinionem reputat veriore, & probabilior, atque procedere, non solum quando copula fuit habitæ, antequam Papa concederet literas, sed etiam post concessionem earum, antequam tamen Ordinarius, vel confessorius illas exequeretur, vt docent Sanchez, & alij, quia dispensatio summi Pontificis nõ censetur perfecta, & completa antequam confessorius, vel Ordinarius, cui demandata est cura expediendæ dispensationis, eam expedierit. Probari potest hæc sententia primò ex declaratione Cardinaliù apud Rebel. *n. 122. & 129.* Secundò, ex stylo Curia, qui obtinuit, vt incestus exprimat in petitione: non quia incestus sit impedimentum dirimens, nam solum est impediens, eo modo quo dixi *cap. antecessed. dub. vltim.* sed vt ob timorem manifestandi incestuosam copulam, retrahantur ab illa affines, & consanguinei. Tertiò, quia manifestatio dictæ copulæ facit, vt dispensatio concedatur cum quibusdam moderationibus, nempe imposita maiori pœnitentiæ contrahentibus, & maiori compensatione pecuniæ, & quòd eo matrimonio per mortem dissoluto, superstes non contrahat aliud; ergo taciturnitas copulæ, vtpote pertinet ad causam motiuam, efficit dispensationem nullam, ideo hanc sententiam reputat probabilior Villalob. *tract. 14. part. 1. diff. 27. num. 6.* & consulendam saltem ante factum. Iuxta hanc sententiam Grass. *lib. 4. decis. 6. 15.* cui adherere videtur Sanchez *diff. num. 8.* tenet exprimendum esse incestum de nouo commissum post concessionem dispensationis, antequam tamen illam Ordinarius exequatur: fundantur in stylo Curia, qui facit legem,

legem. Verius tamen existimo cum Filiucio *supra* num. 337. non esse de nouo impetrandam dispensationem, sed eandem valere, & posse Ordinarium ad executionem procedere. Ratio est, quia ex omnibus actibus incestuosis oritur vnum tantum impedimentum, & multiplicatio actus, etiam post datam literarum, non vitiat gratiam, prout decisum a sacra Pœnitentiaria refert Filiucius *ubi supra*. in qua præualet hic stylus, etiam si incestus sit publicus, vt resoluit Filiucius. *ubi supra*. ob rationem dictam.

4 Obseruant autem Doctores huius primæ sententiæ, copulam non esse exprimendam in cognatione spirituali; nam ex stylo Curiæ solum videtur receptum, vt exprimaturs incestus cum affine, vel consanguinea. Nauar. *conf. ult. num. 6. c. 9. de cognat. spir.* quem sequuntur Sanchez *lib. 8. disp. 25. num. 9.* Filiucius *tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 10. num. 338.* Bonacina *tom. 2. disp. 1. quæst. 2. punct. 5. num. 12. & alij.*

5 Secundo, nec esse exprimendam copulam cum affine, vel consanguinea, nisi sit completa, & perfecta, id est, cum seminis effusione, saltem ex parte viri, vt docent Sanchez *num. 10.* Filiucius, & Bonac. quia non videtur incestus perfectus, nec talis copula est apta ad causandam affinitatem. Idem allerit dicendum Sanchez, si incestus committatur formaliter tantum ex parte vnus, eo quod alter ignoraret alterum esse affinem, vel consanguineum, quod non probatur Bonacina *num. 11.* nec mihi; nam saltem ex parte vnus est formaliter incestus, & completus. Tum quia sequeretur etiam, non opus esse dispensatione, quando vir congregiendi cum affine, vel consanguinea, solus seminat, quod non videtur admittendum.

6 Tertio aduertunt, quando affinitatis impedimentum, aut consanguinitatis est publicum, copula verò occulta, quod petatur dispensatio a Summo Pontifice affinitatis, vel consanguinitatis, tacita apud eum copula incestuosa, & postea obtineatur in foro conscientie dispensatio incestus, explicata tamen consanguinitate, vel affinitate publica, in qua Papa dispensationem concessit, vel concedet. Sanchez *sup. num. 7.* Filiucius *loco cit.* Bonacina *sup. num. 13.* & Villalobos *sup. num. 2.* Piè enim credendum est, talem esse Pontificis voluntatem, ne tales careant remedio dispensationis, sicque fuisse à sacra Pœnitentiaria responsum, refert Sanchez. Potest etiam prius peti dispensatio à sacra Pœnitentiaria incestus occulti, & postea à Papa impedimenti publici; nam idem est petere antea, vel post. Villalobos *sup.*

7 Secunda sententia, quam tuentur Rodriguez *tom. 1. cap. 238.* Nauar. *conf. 8. 9. 10. c. 11. de consanguinit. & affinit.* Sa *verb. marrim.* vbi de impedimentis, *num. 40.* Henriquez *lib. 12. cap. 2. v. 4.* Basil. *lib. 8. cap. 17. §. 6.* Salzedo, Bernardus Dias, & Oreando asserunt, non esse irritam dispensationem, nulla facta mentione copulæ incestuosæ, siue habita sit antequam Papa dispensauerit, siue postquam commissioem dispensandi concesserit: quam quidem sententiam existimat Sanchez *sup. num. 6.* probabilem, similiter Hurtado *disp. 26. diff. 5. v. 24.* imò in puncto iuris reputat probabiliorem Villalobos *1. part. tract. 10. diff. 27. num. 7. vers. El fundamento.* Confirmatur hæc sententia, quia ince-

stus neque est impedimentum, quod ratione sui egeat dispensatione, vt omnes concedunt; neque iure præcipitur exprimi, quia nõ præcipitur iure scripto, vt patet, neque iure introducto consuetudine, seu stylo Curie, cum non semper exprimaturs ex consilio virorum doctorum, quanuis aliquando ex consilio aliorum exprimaturs: & quando exprimiturs, non est causa motiua ad negandam dispensationem consanguinitatis, aut affinitatis. Et quanuis sit causa ad concedendam dispensationem cum supradictis additamentis, non tamen pertinet ad causam motiuam, quia illa non adduntur pro dispensatione consanguinitatis, aut affinitatis, sed in pœnam copulæ expressæ. Congregatio verò Cardinalium in contractum adducta sequuta est partem probabilem, & tutiorem, sed forsitan non probabiliorem, vt ait Hurtado *sup. num. 24.* Hinc inferunt Doctores huius sententiæ, quando in dispensatione non apponitur illa clausula, *dummodo copula non interuenerit*, dispensationem esse validam, quanuis copula non taceatur; & contrahentes, quanuis ab Ordinario interrogentur sub iuramento de copula habita, possunt sub æquiocatione negare eam habuisse, quanuis copulæ adsit infamia, aut semiplena probatio, quia tunc iudex non interrogat iuridicè, quia interrogat de re non pertinente ad suam commissioem. Hurtado *ubi supra.*

8 Sed dices, quid dicendum, quando Papa concedit dispensationem, addita hac clausula, *dummodo copula non interuenerit*, Respondeo cum Sa, & alijs authoribus secundæ sententiæ, si dispensatio sit pro foro externo, & copula sit occulta, valere dispensationem ea tacita: quo in casu, quando copula Ordinario non plenè constat, quanuis sit infamia, aut semiplena probatio copulæ, & quanuis contrahentes interrogati negent illicitè (quia existente infamia, aut semiplena probatione tenentur id fateri) dispensatio ab Ordinario expedita erit valida, quia quando Ordinario non constat plenè, non dicitur interuuisse copula modo sufficienti, quia cum commissio fuerit facta Ordinario in foro externo, seu iudiciali, etiam clausula illa intelligenda est in eodem foro. Quod si Ordinario plenè constat copula, & hoc non obstante dispensat, dispensatio erit nulla, quia clausula illa est conditionalis, quia limitatur Ordinario commissio ei mandata, videlicet, vt dispense iuridicè dependenter à veritate, quæ constat iuridicè; ac proinde quando ei plenè constat, copulam interuuisse, nequit validè dispensare. Propter easdem rationes, quando in petitione exprimiturs copula, & in commissioem Papæ additur illa clausula, *dummodo copula illa habita non sit spe facilioris dispensationis*, dispensatio facta ab Ordinario erit nulla, si ipsi iuridicè constat, ea spe fuisse habitam; erit tamen valida, si ei non plenè constat, quanuis verè fuerit sic habita. Hurtado *ubi supra. num. 26.* Quando verò commissio Papæ fit pro foro conscientie, vt quando committitur discreto viro, & in ea ponitur hæc clausula, *dummodo copula non fuerit*, tunc tenentur eam aperire confessario, etsi occulta sit, aliter dispensatio erit irrita, quia non seruatur conditio concessioem. Villal. *sup. num. 7.* Hurtado *num. 26.* Filiucius *loco cit. num. 338.* & alij. Est etiam manifestanda talis copula occulta in hoc casu, ob clausulam, *si preces veritati necessentur.* Quod si apponatur

etur in tali dispensatione illa clausula, dummodo copula habita non fuerit spe facilioris dispensationis, erit etiam dispensatio nulla, si copula ea spe verè fuerit habita, quia tunc commissio fuit facta commissario, vt dispense dependenter à veritate non habitæ copulæ, aut non habitæ dicta spe, tanquam à conditione, dummodo spes sit exterius significata, & non tantum interius concepta, quia spes merè interna non subest humanæ potestati. Hurtado *sup. num. 26. vers. Quando verò.* Quare non explicata copula hoc animo habita, quædo ponitur illa clausula, dispensatio erit irrita; est enim clausula conditionalis. Filiuc. *num. 340. Sanch. lib. 8. disp. 25. num. 38. & alij.*

9 Ex his opinionibus, etsi prior videatur probabilior, vt potest stylo Curie, & declarationi Cardinalium conformior; posterior tamen est valde probabilis, & tutè sequi potest in praxi, vt cum Sanchez tenet Villalobos *num. 7.* tum propter tantorum Doctorum auctoritatem, tum propter rationes, & fundamenta, quibus nititur, præcipuè si ex copulæ manifestatione sequatur infamia, aut aliquod aliud incommodum, vt aduertunt Villalobos *sup. num. 8. & Bonacina loco cit. num. 9.* Consultit tamen idem Villalobos *diff. num. 8.* vt Doctor consultus consulat priorem opinionem, nisi ex hoc sequeretur aliquod graue incommodum: matrimonio verò iam contracto, ait, sequenda est posterior opinio, etiam si non esset adeò probabilis. Sequendo igitur secundam opinionem mihi valde probabilem, dico cum Henriquez *lib. 2. cap. 2. num. 5. & 6. & cap. 3. num. 17. & Sa verb. Dispensatio.* esse validam dispensationem, tacito incestu, in foro interiori, non verò in exteriori: ad stylum ergo Curie responderi potest, procedere in foro exteriori, & quando incestus est publicus, non verò in foro interiori, & quando incestus est occultus. Ad declarationem Cardinalium responderi etiam potest primò, procedere in foro externo. Secundò, sacram Congregationem sequutam fuisse opinionem sibi probabiliorē. Tertiò, eam non habere vim legis (etsi sint magnæ auctoritatis) nisi iuridicæ, & authenticæ sint, de quibus dixi in expositione Bullæ *dub. 3. proœmiali. num. 7.* Villalobo *sup. num. 7. vers. Solo queda.* Concludendum igitur iuxta hanc secundam sententiam, ad validitatem dispensationis non requiri, quòd fiat mentio in foro interiori de copula incestuosa, siue habita sit antequam Papa committat dispensationem Ordinario, siue postquam illam ei, aut confessorio demandauit, antequam hi illum exequantur, cum probabilissimum sit, ex se non esse necessarium explicare copulam, sed solum ratione conditionis appositæ, vt supra dictum est. Quare si consanguinei non incestuosi, postquam Papa commisit dispensationem Ordinario, antequam hic illam exequatur, se cognoscunt, valet dispensatio tacito incestu, quia si copula incestuosa non est necessariò exprimenda, quando habita est ante concessionem mandati ad dispensandum, minùs exprimenda erit, si contingat post concessionem dispensationis, antequam exequatur: hoc autem intellige, si occultata est copula; nam si publica est, nõ dispensabit Ordinario, nam vt dictum est *sup.* quando incestus est publicus, est exprimendus in petitione: quo in casu procedit prima sententia; secus autem si oc-

cultus sit, vt asserit hæc secunda sententiæ; proinde de eo tunc requiritur noua dispensatio, seu perinde valere, quando incestus tacitus, & occultus publicus sit, antequam dispense Episcopus. Quid si talis incestus fiat publicus post dispensationem, matrimonio iam contracto? Respondeo, si benignus iudex taceat, posse coniugatos permanere in matrimonio, quia reuera dispensatio valida fuit; potest tamen Ordinario eos separare, & cogere, vt mittant, & obtineant aliam dispensationem pro foro externo, non quia prior valida non fuerit, sed vt vitetur scandalum, & fiat satis foro exteriori, vt dixi *hoc lib. cap. 5. dub. 11. concl. 4. & in confectarijs illius.*

10 Quid autem dicendum sit, quando apponitur clausula, dummodo copula non interuenerit, aut, quòd habita non fuerit spe facilioris dispensationis, dictum est *sup. hoc dub. num. 10.* Quòd si contrahentes non solum omittant copulam, sed expresse narrauerint, se non habuisse copulam, cum reuera habuerint, concedatque Pontifex Ordinario, vt dispense, *modò preces veritati nicanur,* non valet dispensatio, quia non verificatur narratiua; dispensatio autem fuit conditionalis. Ob eandem rationem est irrita dispensatio, quando consanguinei, qui non habuerunt copulam, exprimunt in petitione eam habuisse, vt ideo facilius Papa dispense; non enim nititur veritati. Similiter erit nulla dispensatio, si ignorantibus contrahentibus, procurator dixit, illos habuisse copulam, cum reuera non habuerint, propter quod Papa dispense, quauis procurator aduertat contrahentes, vt eam habeant, antequam Ordinario exequatur dispensationem; nam facultas Ordinarij, aut confessorij dispensantis habet à concessione Papæ, quæ vt tunc fuit subreptitia. Ledesma *in sum. cap. 27. de matrim. concl. 7. dub. 4.* vide Sanchez *lib. 8. disp. 30. num. 4.* Item inuvalida est dispensatio, quando Papa illam committit Ordinario, si testes sunt falsi. Quòd si contracto iam matrimonio, dubitatur, an dispensatio sit valida, quia alij affirmant narratiuam esse veram, alij verò negant, standum est pro matrimonio. Vide Ledesma *concl. 7. citat. & Sanchez lib. 8. disp. 25. & num. 20.*

11 Nota, quando quis scienter intra gradus prohibitos matrimonium contrahere præsumpserit, ea intentione, vt facilius Papa dispense, carere debet spe dispensationis; vnde, vt valeat dispensatio, debet totum id manifestare Papæ, & si illud consummauit, tenetur id etiam exprimere: excusat autem ab hac pœna ignorantia, quauis crassa, modò denuntiationes fuerint præmissæ. Ita statutum est in Tridentino *sess. 24. cap. 5. ibi: Si quis intra gradus prohibitos, &c.* Quod sanctissimè cautum est ad reprimendam audaciam multorum, qui ea spe freti contrahebant matrimonium, non obstare impedimento dirimente, de quo Nauar. *in cap. quando de rescript. excep. 5. num. 5.* Couarr. 2. *part. de matrim. cap. 6. §. 10. num. 14.* cum alijs Sanchez *lib. 8. disp. 25. num. 22.* Filiucius *tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 10. num. 339.* Villal. *part. 1. tract. 14. diff. 27.* Eandem pœnam contrahunt, qui ignorantes impedimentum contrahunt clandestinè, hoc est, omisis denuntiationibus, vt habet Tridentinum *loco cit.* vnde totum hoc est in petitione narrandum, aliter erit dispensatio subreptitia. Addit Tridentinum:

tinum: Si verò solemnitatibus adhibitis, impedimentum aliquod subesse cognoscatur, cuius ille probabilem ignorantiam habuit, tunc facilius cum eo, & gratis dispensari poterit. Nota circa hoc primò, non ligari hic Pontificis manus, sed solum esse hæc omnia respectu illius, vt quædam instructio, sicque poterit Papa dispensare: tamen vt dispensatio sit valida, debent illi exprimi omnia supradiçta. Secundò, intelligi debet hoc decretum de sic contrahentibus, non solum in gradibus consanguinitatis, & affinitatis, sed etiam cum alio quocunque impedimento, vt docent Toletus lib. 7. cap. 18. num. vlt. Filiucius sup. vers. Circa quod. Sanchez lib. 8. disp. 25. num. 24. & alij. Quod colligi potest ex illis verbis: Si verò solemnitatibus adhibitis, impedimentum aliquod, &c. vbi vniuersaliter loquitur de quocunque impedimento, etiam si superius sermonem fecerit de contrahente in gradibus prohibitis. Tertio, excusat ab hac pœna ignorantia crassa, si denunciations fuerint præmissæ, aliter requiritur ignorantia probabilis, vt patet ex ipso textu. Quarto, ignorantia alterius coniugis sufficit ad non contrahendam hanc pœnam: at non sufficit ad gratiam consequendam, allegare coniuges ignoranter contraxisse, sed debet exprimi ille, qui conscius est impedimenti, siue vir, siue fœmina sit. Filiucius cum Sanchez vbi sup.

*Dub. 6. Quo tempore sit verificanda causa dispensationis allegata in petitione, seu an cessante causa dispensationis, cesset etiam dispensatio.*

¶ **Q**uatuor tempora assignari possunt, in quibus dubitari potest, an valida sit dispensatio, si causa in quolibet eorum non adsit. Primum est, quando literæ mittuntur Romam, antequam Papa committat dispensationem Ordinario, vel confessario. Secundum est, quando Papa, aut superior concedit indultum inferiori ad dispensandum. Tertium est, quando Ordinarius, aut confessarius exequitur. Quartum assignari potest, quando iam per Commissarium fuit executioni mandata, & completa dispensatio.

2 Dico primò, ad validitatem dispensationis non est necesse, vt causa sit vera, quando literæ mittuntur Romam, antequam Papa committat dispensationem, modò sit vera, quando Pontifex concedit, vel committit dispensationem. Sanchez lib. 8. disp. 30. num. 2. & cum alijs Bonac. tom. 2. disp. 1. quest. 2. punct. 10. num. 2. Prior pars probatur: tum quia verba dispensationis, si preces veritati nitantur, sufficienter verificantur, si causa narrata subsistat, dum Pontifex committit, vel concedit dispensationem.

3 Dico secundò, causa dispensationis debet esse vera, quando Pontifex, vel Pœnitentiarius concedit Ordinario, vel confessario commissionem dispensandi. Ita citati, & cum alijs Filiuc. tom. 1. tract. 10. part. 2. cap. 10. num. 350. Probatur ex cap. quia circa, de consanguinit. & affinit. ibi: Cum tamen ante dispensationem adeptam, viam fuerat vniuersa carnis ingressa unica filia, quam habebat. Et ratio

est, quia hic est sensus eius clausulæ, si preces veritati nitantur, nepe si quâdo ei propositæ sunt, veræ sint. Ex quo fit, valere dispensationem, si ante petitionem causa non subsistat, si tamen subsistat, dum a Pontifice, vel Pœnitentiario petitur dispensatio, vt docent citati, & Villalobos tom. 1. tract. 14. diff. 28. num. 2. & 3. E contra non valere, si causa erat subsistens, dum Pontifex concessit, si antequam exequatur ab inferiore, cessat causa, vt in conclusione sequenti.

4 Dico tertio, causa debet subsistere, & verificari, non solum quando Pontifex concedit dispensationem, sed etiam quando illam Ordinarius, aut confessarius exequitur, ita quòd si causa, quæ tempore concessionis existebat, cessauerit tempore, quo dispensatio exequitur ab inferiore, erit tunc dispensatio nulla. Ita citati, & alij apud Bonaciu. supra numer. 3. Ratio est, quia mandatum datur, si preces veritati nitantur, at cessante causa, preces non nituntur veritati; ergo dispensatio non erit valida; talis enim censetur voluntas sic concedentis. Vnde si Papa commisit Episcopo facultatem dispensandi cum Petro irregulari propter patris paupertatem, si antequam Episcopus exequatur dispensationem, parentes Petri deuenierint ad pinguiorem fortunam, non poterit validè Episcopus dispensare. Suarez lib. 6. de legib. cap. 20. num. 13. & cum Sanchez, & alijs Bonacina supra num. 13. Ratio est, quia cessat causa dispensationis, ob eandem rationem erit inualida dispensatio Berta ob defectum dotis, si antequam confessarius, aut Episcopus eam exequatur, habet iam dotem competentem. Hoc tamen pro certo habeo, si causa cessat medio tempore, & intra illud reuiuiscat, valere dispensationem, v. g. si erat vera, & subsistens tempore concessionis a Papa, & postea, antequam inferior dispensasset, cessauit, & postea ante executionem dispensationis reuiuixit; quia reuera causa erat subsistens tempore concessionis, & executionis. Ita citati. Ex his patet, causam requiri, non solum quando Papa concedit mandatum, sed etiam quando inferior utitur facultate sibi commissa ad dispensandum, quod debet maximè aduertere, & vti magna diligentia ad indagandam rei veritatem, & videndum, an preces veritati nitantur in utroque tempore.

5 Dico quartò, probabilius est, non solum requiri causam finalem dispensationis subsistere, quâdo Papa committit dispensationem, & quando inferior dispensat, sed quando ab ipsis dispensatis, seu contrahentibus executioni mandatur; vnde si postquam dispensauit inferior cum Berta ob defectum dotis, Berta antequam matrimonium exequatur, & de facto nubat, habeat dotem competentem, inualidum erit matrimonium: similiter si Episcopus ex mandato Papæ dispensat cum Titio in irregularitate propter parentum paupertatem, sed ante susceptionem Ordinis parentes Titij diuitias sibi compararunt, non potest Titius licitè, & validè Ordines suscipere. Ita Sanchez lib. 8. disp. 3. num. 14. Villalobos sup. num. 4. & cum alijs Bonacina supra num. 5. & 7. Ratio est, quia reuera cessat causa finalis dispensationis, qua cessante, non est verosimile, velle Pontificem dispensare, & sicut cessante causa, cessat lex, ita cessante causa dispensationis, cessat ipsa dispensatio: & sicut dispensatus ad comeden-

medēdas carnes tempore Quadragesimæ ratione infirmitatis, cessat dispensatio, cessante infirmitate, ita, &c. Dixi, *probabilius*, quia oppositum etiam est probabile, ut tenent Angelus *dispensatio, num. 4. Syl. eo verb. quæstio 6. Salas de legib. dist. 20. sect. 6. num. 67. Suarez lib. 6. cap. 20. num. 15. Sa, Gutier. & Mascardo apud Bonacinam sup. vers. Prima sententia, et num. 9. vers. Secunda sententia.* quia censetur legitimè facta ex vera causa, & completa, ac consummata: at reuera non censetur consummata, & completa, donec fortietur suum effectum; ergo si antea causa cessat, cessabit & dispensatio. Limitat tamen Bonacina *sup. num. 9.* primam sententiam, nisi superior ob hanc causam temporalem, quam putat sufficientem, absolutè, & in perpetuum dispenset, v. g. si in fœmina dispenset ad petendum debitum ob periculum incontinentiæ, poterit, illo cessante, debitum petere, alioquin multis scrupulis aliquando augetur. Quâdo verò dubitatur, an causa dispensationis cessauerit, præsumi potest non cessasse, consequenter dispensationem esse validam: tum quia possessio stat pro dispensatione, quam constat validè concessam fuisse: tum quia in dubio valoris dispensationis præsumendum est in valorem dispensationis; ergo, &c. Ita Sanchez *lib. 8. disp. 30. num. 9.* & cum Gutierrez, & alijs Bonacina *sup. num. 10.*

6 Ex dictis inferitur, in tribus temporibus requiri necessariò, quòd causa dispensationis existat. Primum est, quando superior dispensationem inferiori committit. Secundum, quando Ordinarius, aut confessarius dispensat. Tertium, quando matrimonium de facto contrahitur.

7 Secundò inferitur, quando Papa dispensauit in voto castitatis, aut religionis, ad contrahendum matrimonium ob periculum incontinentiæ, absolutè non restringendo dispensationem ad primum matrimonium tantum, si causa omnino cessauerit, non poterit soluto primo matrimonio aliud inire, nam cessat ratio dispensationis. Hac ergo de causa vsu receptum est, ut in huiusmodi Apostolicis scriptis apponatur particula indicans, talem dispensationem non prædesse, soluto matrimonio. Bonacina *sup. num. 9.* Villalobos *loco cit. num. 6.* ex Sanchez *lib. 8. disp. 31. num. 9. et 10.*

8 Dico quintò, dispensatio semel obtenta, etiã à partibus executioni mandata, non cessat, nec reuocari potest, cessante causa, ob quam fuerat concessa, ut si iusta de causa concessa fuit dispensatio ad contrahendum matrimonium, & vi talis dispensationis de facto contractum sit, non cessat dispensatio, si contracto iam matrimonio, cessat causa dispensationis. Item, nec cessat dispensatio in irregularitate in illo, qui ratione paupertatis parentum dispensationem ad Ordines obtinuit, si Ordinibus iam susceptis, cessat paupertas. Ratio est, quia effectus licitè, validè, legitimè, & absolutè factus, & omnino cõsummatus fuit virtute præteritæ dispensationis: effectus enim consummatus non cessat, cessante causa, modò totus sit consummatus, dum causa cessat: secus si diuisibilis, & non omnino cõsummatus; vnde si alicui concedatur dispensatio comedendi carnes in Quadragesima, si transacta media Quadragesima cessat infirmitas, quæ fuit causa dispensationis, cessat etiam dispensatio respectu subsequenti temporis. Ita cum Sanchez, & alijs

Bonacina *tom. 2. disp. 1. quæst. 2. punct. 7. §. 11. num. 11.*

9 Nota, conformationem, seu examinationem causæ, quam tenetur facere Ordinarius, posse eam facere extrajudicialiter, & extra suum territorium, ut diximus de denuntiationibus. Item, in dispensationibus, quæ sine causa conceduntur, non tenetur Ordinarius causam examinare: nam etsi in istis dispensationibus dicatur: *Ipsi ex certis rationabilibus causis eorum animum mouentibus cupiant inuicem matrimonio copulari:* & infra: *Te de præmissis diligenter informes,* hæc vltima clausula referenda est ad impedimentum, quod dispensatur, non verò ad causas dispensationis; solet enim poni dicta clausula ex stylo notarij, ideo non refertur ad omnia antecedentia; nam quando Papa vult omnes causas verificari, id in particulari exprimit. Villalobos *1. part. tract. 14. diff. 28. num. 7. et 8.* ex Rebuso *in praxi benef. sit. de clausula mandat.*

*Dub. 7. De modis, quibus extinguitur dispensatio ex parte personæ, cui delegata est potestas.*

1 **A**D intelligentiam suppono, delegationem ceteri personalem, quando fit alicui, expresso nomine proprio solum, ut si dicatur: *Committo Titio dispensationem:* hoc autem intellige, nisi ex circumstantijs certior regula habeatur: è contra verò censenda est commissio realis, si solum nomen dignitatis exprimat, ut: *Committo Episcopo Dertusensi facultatem dispensandi.* Probari solet hæc regula ex cap. *quoniam Abbas, de offic. delegati,* ibi: *Quia sub expressis nominibus locorū, et non personarum commissio emanauit, &c.* vbi locorum nomen sumptum pro nomine dignitatum, ut exponit Abbas communiter receptus. Inde fit, si commissio fiat primo modo, id est, personæ, morte personæ, cui facta est delegatio, extinguitur potestas; si verò fiat secundo modo, id est, loco, aut dignitati, transibit ad successores in illa dignitate, ut pluribus Sanchez *lib. 8. disp. 27. à num. 7.* vbi adducit multas limitationes.

2 Secundò, quando delegatio fit expresso simul nomine proprio, & nomine dignitatis, ut, *Committimus Titio Episcopo Dertusensi,* tunc si ex alijs coniecturis veritas colligi non potest, eiusmodi commissio personalis censenda est, quia cum nomen proprium sit speciale, & nomen dignitatis sit generale, & quando genus, & species concurrunt species restringat genus, nam generi per speciem derogatur, sequitur potior rationem habendam esse expressionis nominis proprii, quam dignitatis. Excipe, nisi commissio intellecta secundum nomen speciale redderetur inutilis; tunc enim intelligi debent secundum nomen generale, ut pluribus Sanchez *loco cit. à num. 17.*

3 Tertiò, quando commissio est personalis; non expirat, finita dignitate personæ concedentis eam, sed potest illa persona delegata adhuc de ea recognoscere, dummodo res non sit integra, sed ante cessatione dignitatis coeperit vti iurisdictione, vel non sit priuatus dignitate in pœnam, vel nisi transfisset ad statum incompatibilem. Quando verò commissio est realis, transit ad successorem in dignitate.

nitate. Ratio est, quia in primo casu, cum sit habitatio solius personæ, sequitur illam ad modum priui legij personalis: in secundo verò, cum attendatur ad solam dignitatem, sequetur illam, in quacunque inueniatur persona. Sanchez *sup. quæst. 3. à num. 22*. His suppositis.

4. Dico primò, quando dispensatio matrimonialis alicui committitur, vt cognita precum veritate dispense, si solum nomen delegati exprimitur, & non constat ex alijs coniecturis, & circumstantijs contrarium, in dubio censenda est commissio illa personalis, consequenter extinguetur morte illius. Quando verò solum nomen dignitatis expressum est, censenda est commissio realis (nisi aliud constet ex circumstantijs) consequenter morte illius, aut cessatione dignitatis non expirabit, sed transibit ad successorem in dignitate. Denique quando in commissione expressum est, vtrumque nomen, videlicet nomen proprium, & dignitatis, tunc regulariter censenda est personalis, nisi sic intellecta, redderetur inutilis dispensatio; tunc enim censetur realis, & sic finita dignitate, vel morte personæ interueniente, transibit, iuxta quod censetur realis: vel non transibit, in quantum censetur personalis commissio. Hæc omnia patent ex suppositis, & probat latius Sanchez *lib. 8. disp. 27. quæst. 1. 2. & 3.*

5. Dico secundò, commissio facta Officiali, aut Vicario generali Episcopi, non potest expediri per Episcopum, etiam amoto Officiali, quia cum sit differentia inter Episcopum, & eius Officialem, ex cap. *venerabilibus de senten. excommunic. in 6.* & commissio soli Officiali fiat, non poterit expediri ab Episcopo: & quauis dicatur vtriusque vnum tribunal, id verum est in causis iure ordinario competentibus Vicario, non verò iure delegato. Feder. *conf. 130.* & Doctores *Clem. 2. de rescript.* Hinc sequitur, si designat esse Vicarius, vel fiat Episcopus eiusdem Diocesis, non posse commissionem prosequi, quia cum facta sit commissio dignitati, est realis, & transit ad successorem: solet enim ita committi, *Tibi Officiali Valentino, &c.* Quòd si fuisset personalis, tunc posset de ea cognoscere. Sequitur etiam, Vicarium Capituli, Sede vacante, posse exequi commissionem factam Officiali Valentino, vel Officiali Episcopi Valentini. Ratio est, quia si fiat primo modo, tantum nominatur Officialis Diocesis, at Vicarius Capituli est Officialis Diocesis: si secundo modo, quia Vicarius Capituli succedit Vicario Episcopi, at commissio facta est dignitati; ergo poterit de ea cognoscere Vicarius Capituli, vt pluribus Sanchez *lib. 8. disp. 27. n. 22. & 23.*

6. Dico tertio, si sint duo Officiales Episcopi, & delegatio fiat simpliciter Officiali, & alter ex illis est principalior, seu Vicarius generalis, illi soli censetur facta commissio: constat ex *Clem. 2. de rescript.* vbi dicitur, principalis Officialis Episcopi esse capacem huius delegationis: quando verò vterque Officialis esset æquè principalis, & nullus designaretur in rescripto, debet Princeps declarare, de quo intellexerit, si commissio contineat causam fori contentiosam; si non hanc contineat, poterit esse iudex ille, cui fuerit presentata commissio: at postquam vni ex his est presentata commissio, non potest alter adiri; nam vbi semel iudicium coeptum est, ibi finiri debet. Contrarium verò cõ-

tingit in dispensationibus sacræ Pœnitentiariæ, quæ committuntur discreto confessario; nam cum illæ sequantur naturam fori conscientiæ, & nõ adtrahatur pœnitens ad sententiam vnius confessarij, poterit presentans adire alium; imò idemet confessarius poterit mutare sententiam. Filiucius *tom. 1. tract. 14. part. 1. cap. 10. num. 345.* vide Sanchez *lib. 8. disp. 27. à num. 36. vsque ad 40.*

7. Dico quartò, Vicarius, seu Officialis Episcopi, cui facta est delegatio, non potest subdelegare facultatem dispensandi in impedimentis matrimonij, vt dispensationem exequatur; potest tamen subdelegare testium examinationem, & informationem. Ratio est, quia vbi nudum ministerium cum aliqua iurisdictione committitur à Principe, ministerium subdelegari non potest, quia committitur industria personæ; at iurdictio potest subdelegari. Innocen. *cap. fin. de offic. delegati.* Abbas ibi *num. 6.* & pluribus Sanchez *sup. num. 43.* qui fuse, & doctè, vt solet, tractat de delegatione commissionis ad dispensandum, per *totam disp. 27.* vide ibi.

*Dub. 8. Quibus modis extinguatur potestas dispensandi ex parte delegantis, & an morte eius expiret.*

1. **A**D intelligentiam suppose, quando literæ sunt iustitiæ, seu quando rescriptum in cõmuni spectat ad iustitiam, tunc iurdictio delegata non perit morte concedentis, si res non est integra; perit autem, si res sit integra. Dicitur autem res integra, quando nulla citatio partis præcessit: dicitur autem non integra, sed incepta, quando iudex iussit citare partes, quanuis citatio non sit intimata parti, vt pluribus Sanchez *lib. 7. disp. 28. num. 13.* quando verò literæ sunt gratiæ, seu continent concessionem alicuius gratiæ, & fauoris, distinguendum est; aut tunc gratia conceditur absolute, aut sub aliqua conditione: si absolute concedatur, aut est iam facta, quia non pendet ab executione alterius, respectu eius, in cuius fauorem conceditur, sed tantum imponitur præceptum Commissario, vt exequatur, vt accidit in dispensationibus matrimonialibus, & tunc non perit morte concedentis, etiamsi res sit integra. Aut est gratia facienda, quia respectu eius, cui fit, non est perfectè concessa, sed pendet à commissione Commissarij voluntarij, cui datur licentia exequendi gratiam, non verò ei præcipitur, & tunc perit morte concedentis re integra, secus re non integra. Dicitur autem res non integra in rebus gratiæ, quando Commissarius cœpit exercere primum actum commissionis. Si verò gratia est concessa cum limitatione, aut ad beneplacitum personæ concedentis, quanuis res non sit integra: secus si concedens dicat, donec reuocauero, vel talem rem fecero; nam tunc si ante mortem concedens non reuocet, vel non faciat rem illam, gratia erit perpetua. De quibus omnibus, & alijs ad hoc punctum spectantibus latissime Sanchez *lib. 8. disp. 27. & 29.* & Castro Palao *tom. 1. vbi de legibus, tract. 3. disp. 4. punct. 16. à §. 1. vsque ad 8.* His suppositis.

2. Dico primò, commissiones dispensandi in impedimentis matrimonij in foro externo, vel interno non expirant morte concedentis, etiam re

inte.



integra, Suarez de *conf. disp. 41. sect. 1.* Bonacin. tom. 2. *disp. 1. quest. 2. punct. 7. §. 2. nu. 1.* Filiuc. tom. 1. *tract. 10. part. 2. cap. 10. num. 347* & cum alijs Sanchez lib. 8. *disp. 28. num. 87.* Basilius, lib. 8. *cap. 18.* & Hurtado *disp. 26. num. 3. vers. Circa.* Ratio est, quia in eiusmodi dispensationibus, seu commissionibus, non relinquuntur voluntati Ordinarij, aut confessoris concedere dispensationem, vel eam negare, sed ipsis præcipitur, ut dispensent, cognita, & inuenta veritate, vel ut eam negent, si preces veritati non inuitantur; quare gratia erit iam facta, & nonfacienda, ac proinde non extinguetur morte concedentis; nam tunc executor non est voluntarius, sed necessarius, consequenter est ius quaesitum ad rem illi, in cuius fauorem gratia concessa est, ideo respectu illius gratia est facta, & concessa, & solum requiritur executio, confirmarique potest, *ex cap. si cui nulla, de prob. in 6. ibi: Secus si super provisione.* Hinc sequitur primò, posse dispensatum contrahere matrimonium, mortuo Commissario, qui dispensauit, quamuis eo viuò non fuerit opus dispensatione, sicut ille, qui exemptus fuit à ieiunio toto tempore quadragesimæ, manet liber, si nondum Quadragesima elapsa moriatur superior. Ratio est, quia res tempore mortis iam non est integra, & dispensatio iam legitime facta, & completa est ideoque hoc procedit, siue dictæ commissiones dicantur gratiæ factæ, siue faciendæ. Filiuc. *supra num. 348.* Sanchez *supra, quest. 3. à num. 48.* Bonacina *supra,* vide Suarez lib. 6. *de legib. cap. 20. num. 4. & cap. 31. num. 3.* & Barbosa in *remiss. circa Concil. sess. 23. cap. 5.* Sequitur secundò, dispensationes, quæ expediuntur à Legato Apostolico, vel à summo Pœnitentiario Papæ, non expirare morte Papæ, etiam re integra, etiamsi essent gratiæ faciendæ, quia neutrum officium expirat morte Papæ, *cap. legatum de offi. legati in 6. & Clement. 2. de elect. imò, nec expirant morte Pœnitentiarij.* Filiuc. *supra,* & alij.

3 Dico secundò, ad valorem dispensationis, & cuiusuis alterius gratiæ, sufficere concessione per verbum, *fiat*, ad probationem autem, & vt ex illa agi possit in iudicio, requiruntur literæ expeditæ: prior pars probatur, quia gratia est donatio quædam quæ quidem perfecta est ante instrumentum donationis: quare in foro conscientiæ potest quis vti gratia concessa, etiam ante literas expeditas, nec expirat gratia mortuo Papa, ante literarum expeditionem, vt cum alijs Filiuc. tom. 1. *tract. 10. part. 2. cap. 10. num. 349.* & pluribus Sanchez lib. 8. *disp. 29. num. 2. 3. & 4.* imò quamuis commissio fuerit tantum viua voce concessa, quamuis ante mortem Papæ non fuerint literæ expeditæ, valet pro foro conscientiæ, vt tenet Hurtado *disp. 26. diff. 7. n. 33. vers. Circa.* Secunda pars constat, quia ita expresse habetur in regulis Cancellariæ, præsertim in § 6. vbi dicitur nulla dispensatio suffragetur cuiquam in iudicio, vel extra, antequam super ea literæ Apostolicæ sint confectæ: attamen postquam literæ sunt confectæ, seu expeditæ, suffragatur gratia in iudicio à puncto concessione, etiamsi mortuo Papa literæ expediuntur nomine successoris, *rationi congruit:* ex quo patet, gratiam concessam suffragari in foro conscientiæ ante literarum expeditionem; vt

autem suffragetur in vtroque foro, requiri, vt literæ expediuntur. Vide Gomez *regul. Cancellar. de non iudicando iuxta formam suppl. q. 1. & Sanchez dict. disp. 29.*

4 Dico tertio, dispensatio amittit suam vim, si reuocetur, antequam adimpleatur effectus, ad quam fuerat concessa, Sanchez lib. 8. *disputat. 33.* Suarez lib. 6. *cap. 30. num. 6.* Bonacin. tom. 2. *disp. 1. quest. 2. punct. 7. §. 2. num. 4.* quia dispensatio habet vim à voluntate concedentis, donec executioni demandetur; vnde sicut dispensator eximit subditum ab obligatione legis, ita poterit illum ei subijcere per reuocationem dispensationis effectu nondum completo; quod quidem non solum valide, sed licite, iusta causa intercedente, facere poterit, si absit causa valida, sed minor laudabilis erit reuocatio: inferior autem, cui à superiore data est facultas reuocandi legem, eam valide absque causa reuocare non poterit, vt docet Sanchez *supra num. 13.* contra Suar. *cap. 37. num. 15.* ex quo infert Bonacin. *supra, vers. Ex quo,* dispensationes in foro conscientiæ obtentas à sacra Pœnitentiaria non posse sine causa reuocari, quia sunt dispensationes in lege superioris. Dixi, *si reuocetur antequam, &c.* nam adimpleto effectu, ad quem dispensatio concessa fuerat, non potest amplius suam vim amittere per reuocationem: vnde si concessa sit alicui dispensatio ad contrahendum matrimonium, & vi dispensationis iam contractum sit, talis dispensatio non cessat, nec potest vim suam amittere per reuocationem, aut alio pacto, nam dispensatio sortita est suum effectum, & matrimonium licite, & valide contractum fuit; quod autem factum est, infectum fieri non potest. Vide lib. 6. *de leg. cap. 20. num. 6. & lib. 8. cap. 37. num. 10.* Sanchez lib. 8. *disp. 33. & disp. 28. num. 91.* & Bonacina loco *supra cit.*

5 Dico quarto, amittere potest suam vim dispensatio per renuntiationem eius, in cuius fauorem facta fuit, si fiat renuntiatio, antequam dispensatio sortita fuerit suum effectum, & deinde acceptetur à dispensante talis renuntiatio: vnde si Titius obtinuit dispensationem ducendi consanguineam, sed ante contractum matrimonium cedit dispensationi, dispensatio cessat, si cessio, seu renuntiatio dispensationis acceptetur à dispensante. Ratio est, quia per talem renuntiationem subditus iterum subijcitur legi, à qua fuerat exemptus, quilibet enim potest iure suo, & fauori cedere, *cap. ad Apostolica de regularibus,* Suarez lib. 6. *cap. 20. num. 7.* & alij communiter. Ille autem qui proposuit non vti dispensatione, aut illi renuntiare, potest, si velit, postea ea vti, aut renuntiationem reuocare, modò renuntiatio non sit acceptata à superiore dispensante. Ratio est, quia per tale propositum non abdicauit sibi ius ea dispensatione vtendi, vel non. Suarez *supra num. 8.* Sanchez *disp. 32.* & cum his, & alijs Bonac. *supra num. 5.* Excipe tamen, nisi renuntiatio fuerit facta in dispensatione voti, vel iuramenti iam perfecta, & consummata, nam renuntians tali dispensationi, quamuis renuntiatio à superiori non sit acceptata, non poterit ea amplius vti, quia per talem renuntiationem præsumitur sibi iterum velle imponere legem, & obligationem voti, vel iuramenti, quæ ab ipsius voluntate dependet; secus tamen

in renuntiatione aliarum legum, quæ non dependent ab ipsius voluntate, de quo latius Sanchez *lib. 8. disp. 3. n. 3.* Dixi, iam perfecta, ex consuetudine, nam si Cõmissarius nõdum dispensauit, poterit hic renuntiare reuocationi, & mutato proposito, vti dispensatione voti, vel iuramenti, Bonac. *num. 6.*

6 Dico quincò, dispensatione absolute, & sine limitatione concessa, non finitur vnico, seu primo actu, vt dispensatio non ieiunandi absolute concessa, non cessat, non seruato vno die ieiunij, & dispensatio in voto castitatis sic concessa non cessat, violata semel castitate, & dispensatio absoluta irregularitatis non cessat susceptione alicuius Ordinis, vel Beneficij & sic de cæteris. Ratio est, quia quando superior intendit ad vnum actum dispensationem concedere, solet id exprimere; & ex alio capite verba non sunt restringenda vltra propriam significationem, secus tamen dicendum, si non fuerit absolute concessa: quapropter dispensatio ad Ordines intelligitur de minoribus, & dispensatio ad Beneficium, intelligitur de vnico Beneficio, & dispensatio ad contrahendum matrimonium cum consanguinea, mortua ea, cessat, quia non est simpliciter concessa ad contrahendum matrimonium cum qualibet cõsanguinea, dispensatio verò voti castitatis, aut Religionis ad contrahendum matrimonium non finitur primo matrimonio, modò causa perseueret, nec superior aliter expresserit, nam absolute concessa est, ad inueendum matrimonium, vt docent Sanchez *lib. 8. disp. 31. num. 11.* etsi oppositum probabile etiam sit. Item, si duo voto castitatis adstrictij impetrerent dispensationem ad mutuo contrahendum; allegata causa, quam vterque habet, independentem ab altero contrahente, possunt mortuo conjugè cum altero contrahere, modò dispensatio non fuerit limitata ad vnicum matrimonium, & modò causa dispensationis adhuc perseueret: quare qui pro causa dispensationis expresserunt stimulos carnis, possunt, soluto primo matrimonio, ad aliud transire, si stimulis carnis adhuc vexentur, nec dispensatio limitata fuerit ad primum matrimonium, nam tunc est duplex dispensatio, vna ab altera independentens. Quòd si pro causa dispensationis voti allegatus fuit mutuus inter contrahentes cõcubinatus, vel infamia foeminae, quam alter contrahens consumpauit, vel alia similis causa specialiter ambos contingens, non poterunt, soluto matrimonio primo, aliud celebrare, quia dispensatio non censetur absoluta, sed limitata, ad contrahendum, inter quos causa allegata specialiter versatur. Sanchez *loco citato num. 14.* & cum eo Bonacin. *tom. 2. disp. 1. q. 2. punct. 7. S. 3. n. 1.*

**Dub. 9. Quid exprimi debeat in supplicatione, quando petitur dispensatio in aliquo impedimento matrimonij.**

**C**irca hanc praxim solum referam ea, quæ assignat Filiuc. sacrae Pœnitentiariae Pœnitentiarius *tom. 1. tract. 10. p. 2. c. 10. q. 11. n. 351.*

1 Dico igitur primò, in dispensatione affinitatis, si agatur de contrahendo matrimonio, quatuor sunt exprimenda: primum, an sit secretum impedimentum, & quomodo: secundum, an sequatur scandala, nisi contrahant, & vnde, v. g. quia ha-

bitus sit tractatus de matrimonio, secuta sit Sponsio a consanguineis, parentibus, aut amicis: tertium, quia sub sit periculum vitæ, infamiae, & vnde: quartum, an impedimentum sit vtrique parti notum, an vni tantum.

2 Secundo, si agatur de dispensatione affinitatis, & matrimonium sit iam contractum, exprimenda sunt sex: primum, an sit contractum, seruata forma Tridentini: secundum, à quot annis contractum sit: tertium, an extent filij, quorum etiam peti debet legitimario: quartum, an impedimentum secretum sit, vel saltem ius ignotum, quod scilicet tale impedimentum dirimeret: quintum, an secutura sint scandala ex separatione, & nequeat abstinere à copula: sextum, an vterque, vel alter sint in bona fide.

3 Tertiò, in dispensatione cognationis spiritalis, si agatur de contrahendo matrimonio, exprimi solent quatuor: primum, à quot annis sit contracta cognatio: secundum, vnde oriatur, an ex Baptismo, an ex Confirmatione; & an sint in primo, vel secundo gradu, hoc est baptizantis, vel suscipientis, cum baptizato, vel suscepto, an vero baptizantis, vel suscipientis, cum patre, & matre baptizati, vel suscepti: tertium, quomodo sit secreta, cum describi soleant in codice, seu libro Baptismi nomina eorum, qui baptizant, vel suscipiunt, & natura sua publicè sit impedimentum: quartum, quæ, & quomodo scandala imminant, infamiae, & pericula mortis, nisi matrimonium contrahatur.

4 Quarto in dispensatione consanguinitatis, si occulta est, aliquando etiam dispensat sacra Pœnitentiaria, vt plurimum autem, quia publica est, pertinet ad Datariam: primò ergo exprimendus est gradus; nam si sit primus, vel secundus non est facultas in Pœnitentiaria: secundò, à quo tempore sit contractum, nam dispensatio ad contrahendum nõ datur in Pœnitentiaria: tertium, quomodo occultum impedimentum, cui venerit in notiam, & quomodo: quartum, an sint pericula scandalorum, si petatur dispensatio in Dataria, & quomodo.

5 Quincò, in dispensatione impedimenti criminis, vt adulterij cum machinatione, hæc exprimenda sunt. Primò, an contractum sit in facie Ecclesiae, & seruata forma Tridentini: secundò, à quo tempore: tertio, quando sit occultum: quarto, an secutura sint scandala ex separatione: quinto, an fuerit altero tantum, an verò vtroque machinante, & series facti exprimenda est cum suis circumstantijs, vt vere patratum est: sexto, an sint filij, & tunc peti debet eorum legitimario: hæc eadè respectiue proponenda sunt in contrahendo hoc matrimonio, excepto tamen primo, & secundo puncto, reliqua verò vsque ad sextum exclusiue, etiam in eò exprimi debent: eadem etiam exprimenda sunt in impedimento adulterij cum fide data: hæc Filiuc.

**Dub. 10. qualiter intelligatur clausula, quæ apponitur in dispensationibus matrimoniis libus, quæ expediuntur in foro interiori à sacra Pœnitentiaria.**

1 Dispensationes matrimoniales sunt in duplici genere: quædam pro foro cõscientiæ, & hæc expediuntur à sacra Pœnitentiaria: alia pro foro ex-

terno, & hæc expediuntur per Dataria, vel Cancellaria: in hoc dubio agemus de prioribus in seq. de posterioribus de quibus omnibus late Sanc. lib. 8. disp. 34. & 35. qui disp. 34. in princ. refert tenorē literarū dispensationū, quæ in sacra Pœnitentiaria expediuntur. Prima igitur clausula petit, vt delegatus, seu is, qui executurus est dispensationem, sit Doctor in iure Canonico, vel Magister in Theologia, quod est idē, quod in ea Doctor, nā in aliquibus vniuersitatibus promoti ad gradū Theologiæ appellantur Magistri, in alijs verò, vt in nostra Valētina, Doctores. Posterior est, vt is sit cōfessor approbatus ab Ordinario. Ex quo deducitur non posse has literas aperire, & eas valide exequi DD. in iure Casareo, nec eos, qui tantū habent gradū Licentiati, aut Bachalaureatus in iure Canonico, aut Theologia, nā clausula petit DD. vel Magistrū, quod verū est, etiam si Licentiati publice doceāt Canones, vel Theologā. Itē, nec possunt has literas aperire regulares, qui iuxta suorū ordinū instituta Magistri appellantur, nisi ij vere ad Magistratus gradū in aliqua Academia promoti sint: frustrantur etiā hæc dispensationes suo effectu, si eas expedies nō sit vere dicto gradu insignitus, quamuis cōmuni errore Doctor existimetur, secus tamē si eō gradu est insignitus reuera, quamuis indoctissimus esset, ac gradus esset irritus ob defectū occultum, nā hic iam habet titulū, et si coloratū. Sanch. videndus disp. 34. à n. 5. vsq; ad n. 70. qui n. 11. refert Greg. XIII. cōcessisse Religiosis Societatis Iesu, vt possint has literas expedire, quāuis nō sint in Vniuersitate Doctoratus gradu insigniti, modò sint designati per suos Generales, aut alios eorū superiores de licētia Generalis, & quod sint ab Ordinario approbati: quo quidē priuilegio ait, posse frui alios Mēdicantes, & eos, qui eorū priuilegijs fruuntur per cōmunicationem, modò tamē sint à suis Generalibus designati, vel de eorū licētia ab alijs superioribus; aliās enim quidquid egerint, erit irritū, & inane, sic etiā Manuel tom. 1. q. 63. arr. 8. in Villalob. 1. p. tract. 14. diff. 30. nu. 2. & 3. Aduertit etiā Sanch. n. 12. quod est valde notandū, casu quo hæc literæ aperiuntur ab eo, qui nō est Doctor, non ideo suo effectu frustrarētur, hoc tamē non obstante, poterit alius, qui sit Doctor, eas exequi; solū enim hæc literæ petūt, vt valida sit executio, quod exequatur ab insignito Doctoratus gradu, vt etiam tenet Villalob. sup. n. 4.

3. Secūda clausula, præter Doctoratū supradictū petit, vt executor literarū sacra Pœnitentiaria sit cōfessor approbatus ab Ordinario, aliās dispensatio erit irrita, quāuis aliās doctus sit, & publico testimonio Academiæ approbatus: valide tamē eas exequit, qui reuera fuit ab Ordinario approbatus, si occulte reuocatus sit, & cōmuniter reuocatio ignoretur, habet enim tunc titulū coloratū; secus tamen si non fuerit approbatus vnquā, quāuis pro cōfessore habeatur, quia nō habet titulū coloratum. Itē, valide dispensaret, si esset approbatus cū limitatione, vt pro maribus tantū, aut pro fœmibus, si simul Doctor sit modo dicto: quod procedit, etiam si approbatus ab Ordinario sit indoctus, modò sit graduatus in Theologia, aut in iure Canonico, quia reuera est approbatus. Sanch. lib. 8. disp. 34. à n. 13. vsque ad n. 17. qui n. 18. aduertit, & bene, dato, quod literæ præsentatæ fuerint alicui Doctori cōfessario ab Ordinario approbato, si is negat dispensa-

tionē, eo quod iudicet eā subreptitiam, posse lato-  
re, seu pœnitentem adire aliū cōfessariū Doctorē, vt illā exequatur, imo prior cōfessarius poterit tractare suā sententiam, & dispensare: quod quidem nō contingit in dispensationibus, quæ cōmittuntur in foro externo, vt dixi dub. 8. & tenet Villal. sup. n. 4. & alij, vide Sanch. sup. disp. 27. n. 38. 39. 40. & Bonac. tom. 1. q. 5. de matrim. punct. 15. n. 7. vers. Sexto.

4. Tertia clausula est, quæ continet causam dispensationis, quæ in voto castitatis, & Religionis, vtpurimū solet esse timor, seu periculū incontinentiæ: vbi notandū, non sufficere timorē vnus, aut alterius lapsus in carnis tentationē, sed exigī maxīmū frequentis lapsus periculū, ita vt ea persona dicitur possit, viuere incontinenter, siue id cōtingat ex fragilitate, siue ex prauo habitu, & occasionibus sculi, vt bene Sanch. lib. 8. disp. 34. n. 19. & cū eo Fili. sup. n. 153. & Villal. loc. cit. n. 5. & deducitur ex illis verbis clausulæ, continēter viuere non sperat, & infra, quatenus si ita est, ac oratorē stimulis carnis aded agitatiū, vt maximè dubitet cōtinere posse, & propterea de illius incontinentia probabiliter emendandum sit. Quādo autē cōtinentur aliæ causæ, vt oritura scandala, vel fœminā inuptam mansuram, dicitur dub. seq. vbi de dispensatione in foro externo.

5. Quarta clausula cōtinet, qualiter cōfessarius debeat verificationē, & iustificationē causæ indagare, ibi: Si ita esse per diligentem oratoris examinationē ac post monita, & cōsilia opportuna illi præstita inuenieris. Circa quā clausulam notandū primo, cōfessariū hunc teneri, diligenter examinare pœnitentem, secretò tamē, & in foro conscientiæ, & ipsum solū, cuius dicto stare tenetur, absque testibus, iuramento & alia solemnitate, sicut ipsi creditur in foro pœnitentiæ: quando verò est notoria veritas causa, non est opus examinatione. Notandū secundo, si omittetur causa examinatio, & aliās causa non est notoriè vera, non esset valida dispensatio, quantumuis aliās preces sint veræ, si id nō constat cōfessario, vt docet Sanch. lib. 8. disp. 14. n. 26. & cū eo Fil. 1. tom. tract. 10. p. 2. quia clausula importat conditionem, & formā, dicens: Si per diligentem examinationem inuenieris ita esse. Notandū tertio, monita, & cōsilia, quæ præstanda sunt à cōfessario, eò referri, vt pœnitens sincere explicet veritatē, ne dispensatio sit frustratoria, eo quod non aperiatur rei veritas; quod si omitterentur, modo præcesserit diligēs examinatio, non propterea esset irrita dispensatio, quia nō pertinet ad formā, sed ad instructionem dispensantis tantum. Sanch. sup. n. 27. & cum eo Filiuc. sup. & Villalob. 1. p. tract. 14. diff. 30. n. 5.

6. Quinta clausula continet absolutionē à mutatione propositi, per illa verba: Eundē à mutatione propositi absoluas hac vice in forma Ecclesiæ consuetæ, iniuncta ei pœnitentiā salutari. Per absolutionē autē hæc intellige, vel absolutionē in culpa, v. g. si aliqua ratione transgressus esset votū, quod dispensatur, vel negligentiā dilationis in ingrediēda Religione, vel absolutionē ad cautelā, si nō esset causa aded sufficiens, & ideo nō debuisset petere absolutionē, seu voti dispensationē. Fil. tom. 1. tract. 10. p. 3. c. 10. n. 355.

7. Difficultas tamen est, apud DD. an ad huiusmodi dispensationē sit necessariò præmittenda cōfessio, seu an necessariò sit faciēda dispensatio intra cōfessionem sacramentalem. Sanch. lib. 8. disp. 34. n. 29. Gutierrez. c. 128. n. 18. Bonac. tom. 1. q.

3. de matrimo. pūct. 15. n. 7. & Villalob. 1. p. tract. 14. diff. 30. n. 6. cum Rodrig. & alijs respondent negatiuè; existimant enim Pontificem, seu Pœnitentiarium non exigere confessionem tanquam conditionem sine qua non, sed solum volunt, vt hæc dispensatio fiat in foro conscientia, ita vt nõ profit in foro externo; distingunt enim, præcipuè Sanchez n. 10. forum in internum, & externum: internum in forum pœnitentiale, seu sacramentale, & in forū conscientia, de quibus etiam dixi in expositione Bullæ, lib. 1. §. 7. c. 2. dub. 13. n. 9. ideo concludunt huiusmodi dispensationem faciendam esse in foro conscientia, non verò in foro pœnitentia. Filiuc. verò tom. 1. tract. 10. p. 2. c. 10. n. 355. respondet, olim quidem probabile fuisse, non requiri ad hanc dispensationem, confessionem sacramentalem, quia non addebatur clausula, *audita confessione, non aliter, neque alio modo*, sed tantum exigebatur, vt fieret in foro conscientia, qui distinguitur à foro pœnitentia, & est medius inter forū externum, & forum pœnitentia sacramentale: eo quòd in foro conscientia procedatur non publicè adhibitis testibus, & notoriè, sed secretò in foro animæ interno absque testibus, sed extra confessionem: hodie autem ex clausula dicta (ait Filiuc.) est omnino necessaria confessio. An autem sufficiat, si sit inualida, respondet cum Suarez tom. 4. diff. 31. sect. 4. n. 9. si sit inualida defectu doloris, vel integritatis circa alia peccata, non autem circa id, de quo petitur absolutio, vel circa rem de qua petitur dispensatio, satis esse: si verò non esset integra respectu eius, cuius queritur dispensatio, non satis esse: hæc Filiuc. Ego autem existimo dicendum cum Sanchez, & alijs, non esse necessariò præmittendam confessionem, modò non apponatur supradicta clausula, ea autè existente, videtur dicendum, necessariò præmittendam esse confessionem sacramentalem, nã illa verba: *Audita confessione, nec aliter, nec alio modo*, aperte indicant requiri sacramentalem confessionem tanquam conditionem, sine qua non, ad huiusmodi dispensationem. Sed dices, quid si in cõmissione contineantur hæc verba *auditis confessionibus dispensa*, vt continetur in priuilegio, quòd circa hæc cõcessit Greg. XIII. Societati Iesu, de quo sup. & Sanchez loco cit. n. 30. Sanchez. ubi sunt, existimat, non requiri in hoc casu, quòd præmittatur necessariò confessio sacramentalis, idem existimat Villalobos ubi sup. n. 7. quòd ego existimo valde probabile, & tutum, vt in simili dixi in Bulla loco cit. n. 6. a simili in absoluteone à referuatis excommunicationibus per Bullam, quàm conferri posse extra confessionem. Dixi, *valde probabile*, etiam si in Bulla adesset clausula, *auditis confessionibus*. Ratio est, quia ille ablatius absolutus, etsi importet conditionem, referendus est ad absoluteonem sacramentalem à peccatis, & non ad dispensationem: singulari enim singularis sunt referenda iuxta eorum naturam, & cum natura absoluteonis à peccatis requiratur sacramentalem absoluteonem, & forum sacramentale pœnitentia, non verò natura dispensationis cum extra Sacramentum fieri possit, ideo verba, *auditis confessionibus*, referenda sunt ad forum sacramentale pœnitentia, non verò verbum, *dispensa*, aut, *dispones*, cum dispensatio fieri possit extra Sacramentum, vide Sanchez d. n. 30. & in Bulla dict. num. 6. & 9.

7. Sexta clausula continet opera, quæ imponenda sunt, seu in quæ confessarius debet cõmutare votam castitatis, & religionis, admixta tamen dispensatione, non enim Pontifex concedit absolute facultatem dispensandi, vt indicant illa verba: *Dispensatio ad commut. ubi notandum primo, non esse in arbitrio Confessarij, commutare opera, quæ ibi exprimuntur, nam ideo ibi exprimuntur, vt ea imponantur, ideo notandus est pœnitens ad ea admittenda: quòd si difficilia deinde experiatur, & labatur ea omittendo, probabile est, posse etiam ab inferiori commutari, vt dixi in expositione Bullæ lib. 1. §. 7. cap. 3. & in Decalogo lib. 2. cap. 2. Opera autem, quæ ibi non exprimuntur, sed ex mandato Pontificis imponere debet Confessarius, debent esse perpetua, vt exprimunt illa verba: *Vt adimplens semper meminisset obligationis, quæ huiusmodi voto adstringebatur. & quamuis relinquatur arbitrio confessarij designare quantitatem operum, quæ ibi non sunt expressa, sed non est in eius arbitrio, quòd non sint perpetua, propter verba proxime allegata, ibi, vt adimplens, &c. Notandum secundò, circa confessionem mensuram, quæ ibi præcipitur, non posse obligare Confessarium ad frequentiorē confessionem, videlicet, vt bis in mense fiat, nam sacra Pœnitentia non obligat ad frequentiorē confessionem, quàm mensuram, durūque esset iugum, velle ad frequentiorē obligare pœnitentem. Poterit tamen prudens Confessarius, si expedire iudicauerit, ob fragilitatem personæ, confessionem mensuram, & alia opera perpetuò ibi præscripta moderari: vt si confessio mensuram per totam vitam esset difficilis, reducere poterit eam ad bimestram confessionem: si recitatio septem Psalmorum pœnitentialium, vel Officium B. Mariæ Virginis quotidie grauior cõferetur, restringat ad Psalmum Miserere, vel ad recitandum Pater Noster, & Aue Maria, singulis diebus, modò tamen hæc opera moderata semper maneant perpetua, vt antea, & ubi in dispensatione præcipitur. Quòd autem possit hæc confessarius moderari, significant aperte illa verba: *Singulis scilicet mensibus vel quoties tibi videbitur*. Et infra: *Secundum Deum ipsius anime saluti expedire iudicauerit*. Quæ quidem verba significare videntur, esse in arbitrio confessarij, horum operum frequentiam moderari, prout saluti spirituali pœnitentis expedire iudicauerit, modo tamen, vt semper sint perpetua: & cum hæc clausula sit apposta in fine omnium operum, ad omnia illa referenda est. Ita Filiuc. tom. 1. tract. 10. p. 2. c. 10. n. 356. Villalob. 1. part. tract. 14. diff. 30. num. 8. & latius Sanchez lib. 8. diff. 24. num. 31. 32. 33. 34. & 35. Nota tertio, satis esse ad hæc confessionem mensuram, dū imponitur, vt fiat quocumque die mensis, modo, vt singulis mensibus fiat, Sanchez sup. n. 36. ita enim indicant illa verba, *singulis adiuncta mensibus*; Hispanæ, *cada mes*, quòd si transeat mensis absque confessione, existimo cum Sanchez n. 37. non teneri omniam suppleri alio mense, quia videtur vnus affixum mense: sicut vouens quotidie recitare, non tenetur preces alicuius diei omisas suplere. Nec tenetur hic duplicare confessionem eodem mense, quæ Ecclesiæ præcepto satisfacit, sicut nec ille, qui confessionem mensuram vouit, etenim cum non sit Pœnitentia, confessionem ex præcepto coincidere in aliquo**

quo mense, videtur ea esse contenta, & ad aliam non obligare.

8 At si pœnitens aliàs teneretur ex voto, vel pœnitentiâ iniunctâ ad confessionem mensuram, vel bimestrê, non satisfaceret huic obligationi cōfessionis mensuræ, sicut vouens aliquo die ieiunare non satisfacit voto, ieiunio ab Ecclesia præcepto: censetur namque pœnitentiarius imponere confessionem supererogatoriam, & aliàs nõ debitam: omnia autem hæc, quando aliud non exprimitur, intelliguntur de operibus supererogationis iuxta cōmunem sententiam, teste Sanchez *sup. n. 59.* posset tamen in hoc casu prudens confessarius moderari confessionem mensuram ad trimestrê, vel quadrimestrê, ne pœnitens teneatur singulis mensibus bis confiteri, quia iuxta hæc datur ei arbitriū, vt dictum est, urgente tamen necessitate, vt est hæc. Non tamen satisfaceret confessarius suæ obligationi, iniungendo solas cōfessiones, ad quas ille aliàs tenebatur; nam Pœnitentiarius exoptulat operam erogationis, quale erat votum, quod commutatur, Sanchez *dict. num. 39. qui num. 40.* aduertit, & bene, non esse voluntarium confessario moderari supradictas pœnas, sed secundum prudentiæ regulas, attenda fragilitate, viribus tam corporeis, quam spiritualibus pœnitentis. Sanchez *sup. num. 40. qui num. 41.* assignat opera, in quæ commutari poterunt votum castitatis, & Religionis: vide ibi, & ea quæ dixi in expositione Bullæ *lib. 1. s. 7. cap. 3. dub. vltim.* vbi de praxi commutandi vota.

9 Septima est, de literis laniandis, solet enim aliquando apponi hæc clausula, *laniare tenearis, (scilicet literas) nec latori restituas, quòd si restitueris, nihil illi presentes literas suffragentur.* Quod quidem præcipitur confessario quandoque sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, quandoque sub pœna, quòd non suffragentur parti, si illi reddantur, Circa quod aduertit Sanchez *lib. 8. disp. 34. num. 42.* non frustrari dispensationem in foro interiori, si facta dispensatione, literæ parti reddantur, & eas apud se retineat, nam mens pœnitentiariæ est, vt illi non suffragentur in foro externo, at hoc nõ videtur certū. Villalob. *1. p. tract. 14. diff. 30. n. 15.* & merito, quia cū hæc literæ concedantur non nominata persona, certū est, non posse prodesse in foro externo; ergo loquitur Pœnitentiarius de foro interno: monet etiã Sanchez, si postquam hæc literæ parti restitute fuerint, dilanietur, aut comburatur, valere, & tunc dispensationem; & idè credit, si omnino amittantur sine spe recuperandi: quia mens Pœnitentiariæ ea esse creditur, vt hæc literæ nõ profint, dū apud partem manserint, itaque non sunt relinquendæ literæ apud pœnitentem, sed confessor eas laceret, aut comburat, vel apud se retineat ad aliquè vsū materialè. Fil. *10. p. tract. 10. p. 2. c. 10. n. 357.*

10 Octaua clausula, quæ solet apponi in omnibus dispensationibus fori conscientiæ, est vt in solo conscientiæ foro hæc dispensatio proficit, & non in foro externo, & de eo iudex in foro externo potest illum punire, & de eo inquirere, sicut si absolutus, aut dispensatus non esset. Non tamen videtur prohiberi, quominus fiat aliqua fides à confessario de absolute, vel dispensatione impensa pro cōsolatione pœnitentis, vel pro testimonio apud Episcopum obtentæ dispensationis in foro interno, & conscientiæ, id enim fieri in foro interiori, etiam in alijs ab

absolutionibus nihil vetat. Filiuc. *tom. 1. tract. 101. part. 2. cap. 10. num. 358.*

11 An autem si Parochus, vel Ordinarius norit impedimentum, & simul dispensationem in foro conscientiæ impetratam, possit dissimulare matrimonium, dixi *hoc lib. cap. 5. dub. 11. versic. Ex his.* vide Sanchez *lib. 3. disp. 15. à num. 13. usque ad 17.* vbi etiam disputat, an matrimonium initū cum dispensatione in foro interiori, sit, detecto impedimento, dissoluendum in foro externo, vide ibi, & *dub. 11. citato. versic. Colligitur tertio.* vbi etiam diximus, an patiens hoc impedimentum occultum, si secum in foro conscientiæ dispensatum sit, teneatur in foro externo id fateri, de quo etiam Sanchez *lib. 3. disp. 14. n. 4.* ibidem etiam dixi, an conscij illius impedimenti, & dispensationis teneatur illud denuntiare, vide etiam de hoc Sanchez *lib. 3. disp. 11. n. 8.*

12 Nona clausula continet prolis legitimatorem, quæ dupliciter solet apponi. Primò, ad legitimandam prolem suscipiendam, his verbis: *Dispenses prolem suscipiendam exinde legitimam nunciando in foro conscientiæ tantum.* Secundò, quando dispensatur vt matrimonium irritum ob impedimentum dirimes occultum, iterū valide celebretur, his verbis: *Dispensa, vt matrimonium inter se secrete contrahere valeant, prolem susceptam, si qua sit, & suscipiendam exinde legitimam decernendo in foro conscientiæ tantum.* Ad intelligentiam huius clausulæ quatuor casus distinguendi sunt: primus est, quando ante dispensationem prolis nondum suscepta est: secundus, quando legitimatur proles ante matrimonium suscepta: tertius, quando præcessit matrimonium irritum, & dispensatur, vt valide inearur, legitimando prolem in posterum suscipiendam in solo conscientiæ foro: vltimus est, quando tunc quoque legitimatur proles antea suscepta. His positis.

13 Dico primò, circa primum casum, nempe quando nondum inito matrimonio dispensatur legitimando prolem suscipiendam, talem prolem vere esse legitimam quoad spiritualia, & temporalia in solo conscientiæ foro, quod verum est, etiam si talis clausula non adesset, ponitur tamen ad maiorem abundantiam, & ad vitandos scrupulos. Ratio est, quia tunc proles nascitur ex vero matrimonio in foro conscientiæ: idem dic de prole, quæ nascitur post dispensationem, antequam tamen matrimonium celebretur, quamuis ante dispensationem fuisset concepta, quia talis proles censetur naturalis, ideo legitimatur per subsequens matrimonium, quoad ad spiritualia, & temporalia, in foro tantum conscientiæ, iuxta *cap. tanta qui filij sint legitimi*, Sanchez *lib. 7. disp. 34. num. 47.* & Villalob. *1. part. tract. 14. diff. 30. num. 11.* Ex quo fit, hanc prolem in foro conscientiæ non futuram irregularem, sed capacem ordinem, & cuiusvis beneficii, tanquam vere legitimam, atque succedere vtrique parenti, & vtrumque parentem ipsi, quia ex vero matrimonio habita fuit, vel tanquam naturalis est legitimata per verum subsequens matrimonium. Inferitur etiã, hanc prolem censeri illegitimam in foro externo, tam quoad spiritualia, vt ordines, & beneficia, quam quoad temporalia, nec succedere parentibus, nec parentes ipsi, nisi eo solo modo, quo filij spurij possunt parentibus succedere, vt dixi in Decalogo *lib. 7. cap. 18. dub. 7.* & parentes ipsis. Ratio est,

est, quia cum dispensatio nullo modo suffragetur in hoc foro, reputatur in eo proles spuria, utpote nata ex parentibus, inter quos non poterat consistere matrimonium, ob impedimentum dirimens, Sanchez *sup. n. 148*, *q. 49*. ubi addit, hanc intelligenda esse, quando uterque parens est in mala fide, id est, est conscius impedimenti, nam si alter bona fide ignorat illud, proles ex tali matrimonio, de iure communi, etiam seclasa dispensatione, censetur legitima in utroque foro, ut probat Sanchez *sup. num. 46*, *q. 49*.

14 Dico secundò, in secundo casu, quando nõ inito matrimonio dispensatur, ut ineat legitimo prole anteà à contracturis susceptam, Sanchez *lib. 8. de Ca. 7. n. 4.* existimat per huiusmodi clausulam, & dispensationem, talem prolem legitimum, tam quoad spiritualia, quam quoad temporalia, in foro tantum conscientia: idque probat, quia Papa dispensat in radice matrimonij, tollendo suã legem, seu reuocando impedimentum quod irritabat, ac si nunquam irritasset, sicque efficit, ut quasi retrahatur dispensatio. Quæ quidem sententia, etsi probabilis sit, probabilius tamen videtur, in hoc casu non posse Papam prole legitimum, nisi quoad spiritualia, & non quoad temporalia, nisi in terris sibi temporaliter subiectis, ut cum Molina, & alijs tenet Villalob. *1. p. tract. 14. diff. 30. num. 9.* est enim difficile intellectu, quomodo possit Papa dispensare in radice matrimonij, non enim potest facere validum, quod tempore contractus fuit inualidum; nam quod factum est, in factum fieri non potest: atque illud matrimonium fuit inualidum, quia personæ erant inhabiles; ergo illud non potest fieri validum per fictam retractionem dispensationis: alias rationes, vide apud Villalobos.

15 Dico tertio, in tertio casu, nempe quando matrimonio irritate contracto, dispensat sacra Pœnitentiaria, ut valide ineat, legitimando prolem inde suscipiendam in solo conscientia: foro; proles suscipienda legitimum eodem modo, quo dictum est in primo casu. Sanchez, *sup. n. 52*. ubi addit valere hanc legitimationem in utroque foro, quando tale matrimonium fuit initum bona fide, & sit instauratio matrimonij, in scio altero, secus quando in instaurazione uterque sit conscius impedimenti, iuxta dicta *sup. cap. 4. dub. 1.* nam tunc legitimum solum est pro foro conscientia: qualis etiam est legitimum facta per Commissarium Cruciatæ, cum non possit legitimum, nisi utriusque coniugi cõstet de nullitate in communi matrimonij, ut dixi in expofit. *Bullæ lib. 2. s. 4. dub. 2.* Quod si Commissarius, vel confessor non admonuit impetrantem dispensationem, ut certiorum faceret alterum coniugem de illa nullitate, aut impetrans non admonuit ex ignorantia, obliuione, vel malitia, sed eo non admonito instaurauit matrimonium, proles suscipienda erit legitimum in utroque foro, perinde ac si dispensatio concessa non esset tanquam nata ex matrimonio cũ bona fide alterius inito. Vide Sanchez *loco citato*.

16 Dico quarto, quando matrimonio inualide inito dispensatur in foro conscientia, ut valide ineat, legitimando prolem anteà susceptam: si fuit tale matrimonium contractum mala fide ex parte utriusque contrahentis, solum legitimum proles quoad spiritualia: ac si adfuit bona fides saltem ex parte vnius, & matrimonium fuit contractum

in facie Ecclesia, filij ex tali matrimonio nati sunt legitimi respectu utriusque parentis, Villalobos *supra num. 11. p. tract. 13. diff. 57. num. 4. & 5.* videndus: sed de his latius Sanchez *lib. 8. disp. 7. & 34.*

17 Aduertendum tamen est circa prædicta, quando Confessarius dispensauit in matrimonio, non verò legitimum prolem, tunc non manere filios legitimos: poterit tamen ipse postea prolem legitimum, quia adhuc non est functus officio; si verò sit mortuus; vel absens, poterit legitimum alius confessorius, qui sit Doctor, sicut erat prior, nam videtur succedere in officio, ita Villalobos *1. p. tract. 14. diff. 30. n. 12.* & Suar. *lib. 8. disp. 7. n. 17.*

18 Decima est, dummodo impedimentum inde proueniens sit occultum. Sumitur autem hic occultum, prout opponitur publico, sicut sumitur à Trid. *sess. 24. c. 6. de reformat.* & dixi in *Decalog. lib. 1. ubi explicatur Tridentini caput, & in expofitione Bullæ lib. 1. cap. 2. dub. 8.* & sapè in *Decalog.* Requiritur ergo, ut valeat hæc dispensatio, ut impedimentum sit occultum & non publicum, id est, quod non sit notum maiori parti Parochia, vel vicinia, vel Collegij, vel Monasterij, dummodo saltem decem inueniantur in Parochia, vicinia, &c. & quod non sit deductum ad forum contentiosum, & non sit de eo publica fama, seu infamia: quod si reus se defendendo in iudicio fuit liber, adhuc dicitur crimen occultum; similiter si non est de illo infamia; quamuis per testes probari potest. Debet ergo impedimentum esse publicum, non tantum in ratione delicti, sed etiam quatenus impedimentum est, unde quamuis copula, ex qua oritur affinitas, publica sit, si tamen non sit publicum, seu non sciatur publicè id esse matrimonij impedimentum, adhuc dicitur impedimentum occultum. Sanchez videndus *lib. 8. disp. 14. n. 55. & 57.*

19 Undecimo solet apponi hæc clausula, *si ita est cum eis inter se publice, & seruata forma Tridentina contrahantur dispenses.* Quæ autem circa hanc clausulam occurrunt, dixi *hoc lib. cap. 4. dub. 4. d. versic. Difficultas etiam est,* vide ibi, & Sanchez *lib. 2. disp. 37.* Bonachi. *1. tom. 9. 2. de matrim. punct. 15. n. 7. vers. Octauo,* qui asserunt tunc iterum esse celebrandum coram Parocho, & testibus, quando Parochus, & testes fuerunt conscij impedimenti occulti, aut quando impedimentum probari potest in iudicio: secus quando est omnino occultum, nec Parochus, nec testes erant conscij, & non est periculum, ut debeat, tunc enim poterit confessorius dispensare, & iterum occulte eos coniungere, absque noua presentia Parochi, & testium.

20 Duodecimo solet apponi in dispensatione ut matrimonium iterum iterum celebretur, præcipiturque etiam ibi dispensaturo, ut ante dispensationem videat, & experiatur an sine scandalo separari possint, deinde, an simul possint viuere tanquam frater, & soror: hanc autem experientiam non teneretur facere, si ei iam constat non posse hæc fieri, sed statim potest dispensare: ac quia fere semper adest scandalum ex separatione, & periculum incontinentia ex cohabitatione, rarissime, aut nunquam talis experientia est necessaria, ideo totum hoc relinquit Pœnitentiarius prudentia: confessorij, ut videre est in fine clausulæ. Sanchez *lib. 8. disp. 34. num. 62.*

21 Decimo tertio, solet etiam apponi hæc clausula: *Cum ijs latioribus dispenses, muliere de nullitate consensu certiorata, sed ita cause, ut si illa adhuc ignara sit; in coris delictum nunquam detegatur.* Hanc autem clausulam Sanchez *lib. 8. disp. 34. num. 61.* & cum eo Villalob. *tract. 14. diff. 30. num. 15. part. 1.* existimant non esse conditionem, sed tantum apponi tanquam instructionem, nam multoties non posset manifestari impedimentum sine magno mulieris damno, & periculo, & aliquando expedit non manifestare impedimentum, aut nullitatem matrimonij, ob idque *cap. 4. dub. 4.* diximus posse revalidari matrimonium alias nullum obtenta dispensatione impedimenti, absque eo quod alter ignarus impedimenti conscius fiat nullitatis matrimonij. Et confirmatur, quia si id esset necessarium, sæpè dispensationes frustrarentur suo effectu, cum sæpè adsit periculum ex manifestatione impedimenti: habebit tamen locum hæc clausula, quando iuxta ea, quæ diximus *lib. hoc c. 4. dub. 4.* potest manifestari nullitas occulta matrimonij, seu impedimentum occultum coniugi ignoranti. Vide ibi.

22 Decimo quarto, à tergo literis dispensationis sacre Pœnitentiariæ solet apponi hæc clausula, *gratis ubique*, quæ denotat has literas gratis esse expediendas, ita ut nihil pro ipsis possit exigi, nec per viam compositionis: imò nec Pœnitentiarius illas concedens potest aliquid sponte datum in signum gratitudinis accipere, ut habetur in facultatibus ei concessis, teste Nauarr. *consil. 50. num. 3. de sponsalibus*, vide Sanchez *lib. 8. disp. 34. num. 64.*

23 Nota primò, quando uterque coniux deliquit, utriusque esse imponendam confessionem mēstruam, & alia opera in dispensatione præscripta; quia ibi dicitur, imponendam tam enormis libidinis excessus, ergo illis imponenda est, qui participes sunt delicti, Sanchez *lib. 8. disp. 34. numer. 59.* Si alter tantum deliquit, illi soli est imponenda pœna.

24 Nota secundò, quando in precibus dicitur contrahentes contraxisse cum bona fide; requiri necessariò, quòd uterque bona fide contraxerit, quia est fauor utriusque concessus. Nauarr. *consil. ult. de consanguinit. lib. 4.* Sanchez *lib. 8. disp. 25. num. 30.* & Villalobos *1. part. tract. 14. diff. 30. num. 14.*

25 Nota tertio, non esse validum matrimonium contractum, antequam Ordinarius, vel confessarius vi tute mandati summi Pontificis, vel Pœnitentiarij dispenseret. Sanchez *lib. 8. disp. 30. nu. 12.* & alij, nam aliud est mandatum dispensandi, aliud verò ipsa dispensatio, superior enim tunc nõ dispensat, sed dat mandatum, seu facultatem ad dispensatum, unde donec mandatum ab inferiore exequatur, dispensatio non erit completa.

*Dub. 11. Quenam obseruanda sint ab ijs, quibus à sacra Pœnitentiaria committuntur per literas priuatas dispensationes matrimoniales.*

1 Circa hoc solum referam ea, quæ Filiuc. sacre Pœnitentiariæ Pœnitentiarius, notat *rom. 3. tract. 10. part. 2. cap. 10. quest. 12. num. 362.* Ra-

tio dubitandi est, quia semper in ijs literis addi solet, ut dispensatur in forma Pœnitentiariæ, ideo videndum est, quanam sit hæc forma, quæ ex sequentibus poterit cognosci. Supponendum tamen primò est, quòd omnis dispensatio, vel est primò circa affinitatem de contracto iam matrimonio, vel de contrahendo. Vel secundò circa cognitionem spirituales eodem modo de contracto, vel contrahendo, nam consanguinitas, quia ut plurimum publica est, & nota, aut saltem cognosci potest, non comprehenditur sub dispensationibus sacre Pœnitentiariæ. Vel tertio, circa incestum, qui contingat ante habitam dispensationem, & applicatam, & propterea impediatur matrimonium contrahendum, modo supra explicato, & ad id redat nullam dispensationem. Vel quarto, circa votum castitatis, & Religionis, quæ sunt impedimenta ad contrahendum, vel petendum debitum, si iam sit contractum matrimonium. Vel quinto, circa incestum contingentem post matrimonium, quo impeditur exactionem debiti.

2 Primò igitur, si sit circa affinitatem de contrahendo, tria facienda sunt. Primò, absolendus est pœnitens ab incestu (sermo enim est de affinitate orta ex fornicatione occulta, quæ ut plurimum solet esse occulta) & iniungenda pœnitentia salutaris. Secundò, examinanda sunt duo: primò, an sit tale impedimentum occultum: secundum, an sit periculum infamæ, si non fiat matrimonium. Tertio, dispensando cum duplici declaratione: altera, prolem legitimam esse futuram: altera, dispensationem tantum suffragaturam in foro conscientiæ, ideo literæ continentis huiusmodi dispensationem laniantur sunt, nec reddendæ oratori sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, quod si reddantur non suffragentur oratori, ut supra dictum est, *hoc cap. dub. 6.*

3 Secundò, si circa affinitatem de contracto: tria item agenda sunt. Primum absolendus est pœnitens à censuris, & incestu iuncta confessione menstrua, vel quoties confessori visum fuerit, iuxta dicta *dub. antecedent.* Secundum, quatuor sunt examinanda, si sit occultum, si possit separari, si sit periculum incontinentiæ, si sit aliud impedimentum: & quidem si possunt separari omnino faciendum, si non possit, & non sit periculum incontinentiæ, habitent simul tanquam frater, & soror; si sit periculum, & non sit aliud impedimentum Canonicum, tunc dispenseret, altero coniuge admonito de nullitate secretò, & cautè, modo, ut *in dub. proxim.* Tertium, dispensandum cum duplici declaratione. ut *in num. anteced.*

4 Tertio, si sit commissus incestus ante applicatam dispensationem consanguinitatis, vel affinitatis, vel alterius impedimenti, tunc dispensatio est inualida, iuxta *supra dub. 5.* ideoque petenda erit noua dispensatio, & faciendum, ut in precedente notato: addito examine, an sit secretum, priorem dispensationem nullam esse, & etiam declarata legitimatione prolis, ut in primo notatu.

5 Quarto, si incestus superuenerit matrimonio, & ideo ortu sit impedimentum affinitatis, primò aufferenda est occasio recidui, deinde absoluat impo- sita pœnitentia, ut in secundo notatu, tunc dispenseret, ut remaneat, & petat debitum; deniq; admonetur, si superuixerit, eam manere sine spe coniugij.

Quin-

6 Quintò, si etiam esset votum castitatis, & Religionis, fiat iuxta illud, quod describitur in commisione, & dixi in Decalogo *lib. 2. cap. 2* vbi de commutatione votorum, & in expositione Bullæ *lib. 1. §. 7. cap. 3. dub. ult. & tetigi sup. hoc cap. dub. 9. & 10.*

7 Sextò, si sit impedimentum compaternitatis, & quia se carnaliter cognouerunt, & tractarunt de matrimonio, vel nondum receptis literis, vel non applicata dispensatione se cognouerunt, fiat, vt in primo notatu de affinitate.

8 Septimò, si sit impedimentum criminis, præter communia, absoluedi sunt à censuris, ab adulterio, & homicidio, si sequutum sit: dispensandum est, vt in primo notatu affinitatis: poenitentia verò iniungenda est, vt in primo ieiunet singulis ferijs sexris. Secundò, oret tribus diebus in hebdomada per annum pro anima occisi. Tertio, celebrare faciat quinquaginta Missas, vel iuxta facultatem arbitrio confessoris. Quartò, confiteatur semel in mense per annum. Quintò, satisfaciat hæredibus occisi, & alijs, quibus ille forsan solebat subuenire, prout de iure, & dixi in Decalogo *lib. 7. cap. 8. dub. 11. & 3.*

### Dub. II. De clausulis dispensationum in foro externo.

1 Dispensationes in foro externo expediuntur per datariam, & Cancellariã Apostolicam, quarum exemplum refert Sanchez videndus *lib. 8. disp. 35.* vbi de his latè, & breuius. Filiuc. *tom. 1. tract. 10. quæst. 3. num. 365.*

2 Prima clausula continet personam, cui committitur dispensatio, quæ solet communiter esse Officialis Diocesis, nempe Vicarius generalis in spiritualibus: & quando contrahentes essent ambo ex diuersa Diocesi, satis est vnus alterius coniugis ad dispensandum in vtroque coniuge, vt etiam satis est Parochus vnius ad celebrandum matrimonium inter eos, vt diximus *sup. lib. hoc, cap. 5. dub. 5.* Commisione autem facta alteri ex his Officialibus, solus ille poterit eam exequi, & non alterius contrahentis Ordinarius, cui à Pontifice commissa non est. Sanchez *sup. num. 5.*

3 Secunda continet causam dispensationis, de qua diximus *sup. dub. 4.* Solùm hic notandum occurrit, quando allegatur defectus dotis, dotem esse augendam integrè, ad hoc vt cum dote foeminae compleatur dos sufficiens illius, siue ipsemet vir iam augeat, siue alius, vt ille ducat; ideoque Ordinarius debet diligenter illud examinare, & efficere, vt cum effectu dos promissa reddatur, & constituitur. Vide Sanchez *sup. num. 6. 7. & 8.*

4 Tertia continet prohibitionem, sub excommunicatione lata sententiæ, ne recipiat Ordinarius quodcumque munus; vbi notandum, non prohiberi stipendium labori debitum, vel ex consuetudine, sed præmia, & donationes, ne ijs Ordinarius corruptus minùs rectè iudicet. Nauar. *conf. ult. de rescript.* Prohibentur etiam esculenta, & poculèta, quæ permittuntur delegatis in cap. *Statutum. S. insuper. de rescript. in 6.* nõ tamen prohibetur accipere expensas itineris faciendi extra ciuitatem. Post dispensationem autem videtur, posse recipere mune-

ra gratis oblata; nam prohibitio videtur respicere tempus ante dispensationem. Filiucius *sup.* vide Sanchez *lib. 8. disp. 35. num. 9. vsque ad 14.*

5 Quarta continet cognitionem veritatis causarum, circa quod notandum, non requiri iudicalem cognitionem, sed satis esse extraiudicalem, modò fiat ab alijs, quam à contrahentibus matrimonium, & in hoc differt ab examinatione causæ in foro interiori, in quo sola partis informatio sufficit. Filiucius *loco cit.* & Sanchez *sup. num. 15. & 16.*

6 Quinta continet derogationem quarumcunque constitutionum, quibus nimirum prohibetur matrimonium intra gradus prohibitos, derogatum etiam Concilio generali, *cap. non debes de consanguinit.* Etenim quando Papa dispensat in casu speciali contra Concilium, valet dispensatio, etiam si non fiat mentio Concilij, quia alioquin non redderetur vera clausula generis. Sanchez *supra num. 17.*

7 Sexta clausula est, vt matrimonium inter se publicè, seruata forma Concilij Tridentini, contrahere valeant dispensati: quæ quidem clausula continet mandatum dispensandi; vnde non valet matrimonium, antequam Ordinarius dispense: facta autem dispensatione, possunt contrahere, iuxta formam Tridentini, id est, coram Parocho, & testibus, & præmissis denũtiationibus, his tamen ommissis, validum esset matrimonium, si cætera essentialia, aut substantialia ad sint. Sanchez *lib. 8. disp. 25. num. 10. & 20.*

8 Septima est, dummodo propter ipsa N. rapta non sit, per quam significatur nouum impedimentum, quando foemina rapta fuit ad finem contrahendi matrimonium cum ea, de quo Tridentinum *sess. 24. cap. 6.* & dixi *sup. cap. 8. dub. 17.* mens enim Papa est, non dispensare, quando huiusmodi raptus interuenisset, & non fuisset expressus in dispensatione.

9 Octaua est, prolem suscipiendam exinde legitimam nominando. Circa quam notandum, prolem suscipiendam post dispensationem, matrimonio inito, esse legitimam in vtroque foro, ac si dicta clausula non adderetur, quia habetur ex matrimonio contracto cum legitima dispensatione in vtroque foro. Quare intelligenda est de prole suscepta ante dispensationem: & quidem quando, nullo contracto matrimonio, fuit suscepta, legitimum tantùm quoad spiritualia in vtroque foro, nisi esset locis temporali Papæ iurisdictioni subiectis, & Papa exprimeret, se legitimare quoad temporalia etiam; quando verò ex matrimonio irrito suscepta legitimitur, si fuit contractum mala fide vtriusque, tantùm legitima erit quoad spiritualia in vtroque foro, nisi Papa dispenseret in matrimonij radice, secundum opinionem Sanchez, de qua *hoc cap. dub. 10. à num. 21.* aut esset in locis suæ iurisdictionis temporalis; Papa enim legitime quoad temporalia non potest, nisi in suis terris temporaliter sibi subiectis, vt latè Sanchez. At si alter tantùm fuit in mala fide, tunc erit proles legitima quoad omnia in vtroque foro, etiam si Papa non legitimeret; parens tamen, qui fuit in mala fide, non gaudebit iure parentis. Sanchez *lib. 8. disp. 15. num. 21.* vide *dub. 10. citat. à num. 21.* & Sanchez *lib. 8. disp. 7. & disp. 34. à num. 47. & lib. 3. disp.*



42. 43. & 44. quibus in locis agit de legitimatio-  
ne illegitimorum.

10 Non in dispensationibus cōcessis sine cau-  
sa additur: *1 si ex certis rationabilibus causis, eorum  
mutuo uouentibus, cupiunt inuicem maritali-  
ter copulari: unde tunc non oportet illas examina-  
re, quauis dicatur, discretioni tuæ mandamus, ut  
de pramissis te diligenter informes, quia hæc uerba  
referuntur ad impedimentum, quod allegatur, su-  
per quo est dispensandum, & non ad pramissas; sunt  
enim uerba hæc cōtenta in formula generali ex ity-  
lo notariorum, ideo quoad indagacionem causæ in  
hoc casu nullam obligationem inducunt: etenim  
quando uult Pontifex, causas verificari, eas in spe-  
cie narrat. Sanchez *sup. num. 24.**

11 Decima continet contrahentium qualita-  
tem, nempe dum allegant se nobiles, aut loci prin-  
cipaliores, quæ quidem qualitas, si allegatur ut  
causa ab ipsis contrahentibus, ut ijs uerbis, *asserentes  
se ex principalibus ciuitatis existere*, verificanda  
est tanquam causa dispensationibus: secus quando  
qualitas refertur merè narrando, & non ut causa;  
& quando dicitur per uerbum impersonale, ut *as-  
seritur*, tunc enim qualitas non censetur allata ut  
causa, ideo non est probanda; benè uerò per uer-  
bum non impersonale, ut *asseris, vel asserere, vel  
asserunt, vel ut ab ipsis asseritur*, tunc allegatur ut  
causa, ideo est probanda. Sanchez *lib. 8. disp. 35.  
num. 25.*

12 Sed quæres, ad quem pertineant expensæ  
dispensationis: de quæstione hac Sanchez *lib. 8.  
disp. 36.* Respondeo primò breuiter, si communi  
consensu impetretur, ad utrumque pertinent æqua-  
liter, etiamsi nihil actum sit de illis; est enim id  
in utriusque utilitatem, & tacite continentur  
in consensu dato: si uerò unius tantum volun-  
tate petatur, altero inscio, tunc ad illum tan-  
tum pertinebunt, qui propria uoluntate impetra-  
uit. Sanchez *sup. num. 3* & cum eo Filiuc. *tom. 1.  
tract. 10. part. 2. cap. 10. num. 364.* Secundò, si ius-  
tè alter recedat ab spōsalibus, absque alterius culpa,  
debet nihilominus soluere suam partem: si uerò  
dolose contraxit, habens animum recedendi,  
etiam ob Religionem, tenetur ad soluendas omnes  
expensas; nam debet seruare alterum indemnem, eo  
quòd habuit talem animum. Tertiò, si alter dat cau-  
sam culpabilem, ut alter recedat, & quidem cum  
proprio damno, & dedecore, tenetur culpatus ad  
omnes expensas, ut si sponsa fornicata est, contra  
uerò si sponsus fornicaretur, quia hoc non esset  
dedecus sponsæ, sed tantum liberè recideret, & si  
iustè recedat illa, tantum soluet partem suam. Hinc  
infertur, uirum, qui uirginem uolauit, si postea  
ingrediatur Religionem, teneri ad expensas dispē-  
sationis iam factas, quando ingressus tribuendus est  
culpæ illius; quando culpa caret, tantum tenebitur  
ad suam partem: atque ita quando declaratio fuit  
iniuriōsa, nempe vi, aut precibus importunis æqui-  
ualentibus uolentiæ, tenebitur ad totas expensas,  
quia tunc non debet Religionem ingredi: secus  
quando, nulla data fide matrimonij, consentiens  
uirgo deflorata est, de qua re pluribus

Sanchez *lib. 8. disp. 35. à  
num. 8.*

## CAPVT XI.

### De debito coniugali.

*Dub. 1. An actus coniugalis sit licitus, &  
sub præcepto.*

1 **D**ico primò; communis Catholicorum sen-  
tentia est, actum coniugalem esse ex se lici-  
tum, & posse exerceri absque omni culpa: constat  
apertè ex illis uerbis Genes. 1. *Crescite, & multi-  
plicamini*, quibus Deus primis parentibus commē-  
dauit usum coniugalem: & ex eo quòd ad Hebr. 7.  
torus coniugatorum dicitur à D. Paulo *immacula-  
tus*. Probatur ratione, quia est usus matrimonij,  
quòd est res bona, utpote à Deo instituta, & præ-  
cepta; ergo etiam usus illius erit res bona, & lici-  
ta, aliàs matrimoniū esset illicitum. Quare si actus  
coniugalis uestiatur debitis circumstantijs, erit etiā  
meritorius; non tamen confertur in ipso gratia ex  
operato, quia non est Sacramentum, nec pars eius  
sed ex opere operantis; confertur autem, quando  
in ipso actu coniugali persciferetur matrimonium,  
quòd fuit inualidum defectu consensus requisiti,  
& reualidatur per copulam animo coniugali habi-  
tam, quando non est alius modus possibilis, iuxta  
dicta *cap. 4. dub. 4.* Nec huic conclusioni obstat  
primò, quòd inueniatur in eo actu quædam turpi-  
tudo, & immunditia, quia est tantum naturalis, &  
non moralis. Nec effrenata delectatio appetitus  
sensitiui, quia hæc non est culpa, sed tantum pena  
peccati originalis, modò tamen delectatio non ex-  
cedat limites rationis, ut infra. Nec tertiò, quòd  
priuè bono usus rationis, quòd postponitur in il-  
lo actu bono inferiori habendæ prolis, nam potest  
postponi leue detrimentum in bono potiori ob in-  
ferius, quòd sit maximi momenti, ut est bonum ge-  
nerationis. Filiucius *tom. 1. tract. 10. part. 1. cap. 2.  
num. 302.* uide plura apud Bellar. *lib. 1. de matrim.  
cap. 1.* & Sanchez *lib. 9. disp. 1.*

2 **D**ico secundò; redditionem debiti esse in  
præcepto respectu utriusque, siue expresse, siue ta-  
cite fiat ab altero petito: tunc coniuges tenentur  
ex iustitia sibi inuicem debitum coniugale reddere,  
quando alter petit tanquam debitum, & moderatè.  
Ita S. Thom. *add. quæst. 64. art. 1. q. 3.* commu-  
niter receptus; & expressit D. Paulus 1. ad Co-  
rinth. 7. *Vxori uir debitum reddat, & uxor uiro.*  
Ratio est, quia ex iustitia tenemur reddere unicui-  
que quòd suum est; at corpus uiri est uxoris, &  
corpus uxoris est uiri; ergo tenentur sibi inuicem  
ex iustitia debitum reddere; habent enim coniuges  
ius, & potestatem mutuam in corpus alterius. Di-  
xi, *siue expresse, &c.* nam nihil refert qualiter uo-  
luntas exprimat; sufficit namque, ut alter sciat  
alterum quoquo modo petere. Tunc autem uxor  
tacitè censetur petere, quando quibusdam signis  
percipit uir in ea uoluntatem petendi, & tamen  
præ pudore se abstinere, quòd sæpè contingere po-  
test ob uerecundiam, ut cum S. Thoma *supra Syl.  
uerb. debitum, quæst. 8. Nauar. cap. 16. num. 26* &  
alij, quòd non ita regulariter accidit in uiro, ideo-  
que

que licitum erit vxori expectare petitionem viri: at in casu, quod vxori euidenter contaret de timore viri ex pudore, teneretur etiam vxor reddere, vt docent citati. Idem dic, quando alter coniunx ex quibusdam signis cōiiceret in altero periculum incontinentiæ, tunc enim petere est moraliter reddere, vt cum S. Thoma, & alijs Sanchez *sup. disp. 2. num. 6.* Probabile tamen est, tunc talem redditionem non esse tam actum proprium iustitiæ, quàm charitatis. Filiucius *sup. num. 303. cum Soto in 4. dist. 32. quæst. vnicæ, art. 2.* Dixi etiam, quando petit tanquam debitum, quia si sic non petat, sed tantum beneuolè, & amicè, vt solemus alias res ab amicis petere, non animo obligadi; tunc enim est præcisæ obligatio reddendi. Dixi moderatè, quia vt benè Coninch *disp. 34. dub. 2. ex matrimonio non oritur obligatio ad importunam, & immoderatam redditionem; ideo excusatur non reddens, quando alter frequentius petit, quàm par sit; nam in omnibus seruandus est modus, modò tamen absit periculum incontinentiæ in petente, aut grauis morbi.*

3 Ex hac secunda conclusione sequitur, regulariter loquendo, teneri coniugem sub mortali alteri coniugi petendi copulam, reddere debitum, quia copula est res grauis: erit tamen veniale, quãdo etiam remisse petit, aut est nimis in petendo, aut quando non negatur absolutè, sed tantum differitur vt quando exigenti mane, redditur nocte, aut quando exigenti nocte redditur mane. Sanchez *lib. 9. disp. 2. num. 9. Hurtado disp. 10. diff. 11. Filiucius tom. 1. tract. 10. part. 1. cap. 9. 303. & 304. Villalobos 1. part. tract. 13. diff. 45. num. 45. & 6. Henriq. lib. 11. cap. 15. num. 7. & cum alijs Bonacina tom. 1. quæst. 4. de matrim. punct. 1. n. 1. vbi vers. Dixi, ait: hæc intelligenda esse, modò non sit periculum incontinentiæ, vel grauis morbi ob denegationem, vt latius infra. Hoc autè quod diximus, teneri sub mortali coniuges reddere sibi inuicem debitum, intelligendum esse, modò id moraliter facere possit; ad impossibile enim nemo tenetur. Hinc fit, non teneri virum vti calidis, vt fiat potens, nisi aliquando ex charitate, quando scilicet id facere potest absque villo suo incommodo, & aduerteret in vxore periculum incontinentiæ. Sanchez *lib. 9. disp. 3. num. 6. Villalobos sup. num. 7.**

4 Sequitur secundò, illum coniugem peccare mortaliter, qui se medijs illicitis reddit impotentem ad reddendum debitum, vt si se vir crebrò pollueret, vel fornicaretur, aduerteret se reddi notabiliter impotentem ad reddendum: colligitur ex S. Thoma *add. quæst. 64. art. 1. ad 3. & docent Sanchez sub. disp. 3. num. 3. Filiucius sup. num. 305. Coninch disp. 34. dub. 2. num. 18. & cum alijs Bonacina sup. num. 2.* Ratio est, quia facit contra obligationem contractus matrimonij, quo se obligauit ad reddendum debitum; eadem enim lege iustitiæ obligatur ad reddendum, & ad non reddendum semipotens medijs illicitis; nam primum est finis, hoc autem medium. Aduerte tamen, hunc non peccare, quando petitus non reddit, quia se impossibilicauit, alioquin semper esset in malo statu, sed quando se impotentem fecit, quia tunc voluntariè se subiecit illi impotentiae contra obligationem contractus matrimonij. Ita cum alijs Bonacina *vbi*

*sup.* Idem dic, si medijs alijs licitis, sed immoderate assumptis (secus si moderatis, & bona fide assumptis) vt vigilijs indifferetis, nimijs ieiunijs, &c. se notabiliter ad reddendum debitum reddidit. Ita citati. Hinc fit primò, virum sine cò sensu vxoris non posse vouere ieiunia, vigilijs, &c. nec è còtra vxor, quæ obtinet debito còiugali reddendo. Secundò, neutrum posse mutare habitum absque alterius consensu, vt assumere habitum tertij Oranensis S. Francisci, vel aliorum; nam v. docet Nauar. *cap. 22. num. 6.* generat horrorem, & nocet aliqua ratione obligationi reddendi debitum. Tertio, excusari à ieiunio Ecclesiæ còiugem, qui non potest aliter reddere debitum suæ vxori. Sanchez *sup. disp. 3. & alij*, quia obligatio iustitiæ, qua vir tenetur, præferenda est dicto præcepto. Quarto, vxorem excusari à ieiunio Ecclesiæ, si ieiunando redditur ita pallida, aut deformis, vt ob id nõ placeat viro, & ab eo minùs ametur, quàm par sit, quia defectus amoris viri erga vxorem, vt pote valde necessarij ad pacificè traducendam vitam, ideo cum hoc damno non tenetur ad obseruantiam huius præcepti Ecclesiastici. Ita Caiet. *verb. ieiunium. cap. 3. Filiucius sup. num. 306. Sanchez dict. disp. 3. num. 11. Hurtado loco cit. num. 52. & alij*: quod limita cum Filucio, modò verò ex ieiunio minuat amor sensibiliter. Quintò, excusaretur à ieiunio vxor, si inde notabiles discordiæ inter ipsos orientur. Nauar. *cap. 21. num. 19. Filiucius sup. & alij. & dixi in Decalogo lib. 3. cap. 7. dub. 7. num. 15.*

5 Sequitur tertio, coniuges teneri de iure naturæ, & diuino ad mutuam cohabitationem, & neutrum posse ab altero inuito diu abesse absque necessitate, v. g. longè peregrinando, quia id est pro longo tempore impotentem se constituere ad reddendum debitum, quod absque necessitate facere non potest, quia est contra ius alterius, vt deducitur ex *cap. 1. & 2. de coniug. leprosi. Dixi absque necessitate*, nam ea existète, potest vir à domo abesse, vt dixi in Decalogo *lib. 4. cap. 4. dub. 4. n. 6.* Tenentur autem coniuges non solum cohabitare in eadem domo, sed etiam in eadem mensa, & in eodem lecto, saltem vt in plurimum, nisi iusta causa excuset; ad id enim obligat natura ipsius còtractus: possunt tamen mutuo còsensu separari quoad torum, ex 1. Corinth. 7. ad tempus ex legitima causa, vt amore còtinentiæ, vel ne grauentur tam multa prole. Filiucius *tom. 1. tract. 10. part. 1. cap. 9. num. 312.* Hinc fit, iudicem Ecclesiasticum posse censuris (vt fit in Diocesi Valentina) cogere ad cohabitandum, *cap. literas de restit. spol. Abb. ibi num. 290.* & cum alijs Sanchez *lib. 6. disp. 4. num. 6.* Id etiam potest secularis, quando non sit controuersia de valore matrimonij; est enim matrimonium contractus ciuilis. Couarr. *de matrim. part. 2. cap. 7. n. 3.* Sequitur etiam, vxorem teneri ad comitandum virum aliò mutantem domicilium, de quo diximus *sup. hoc lib. vide etiam Sanchez lib. 9. disp. 4. num. 13. & Villalobos part. 1. tract. 13. diff. 43. & Bonacina quæst. 4. de matrim. punct. 6. n. 20. 6.* De obligatione, qua tenetur vir alere vxorem, dixi in Decalogo *lib. 4. cap. 4. dub. 4. vbi etiam diximus, an vxor ex bonis dotalibus teneatur soluere debita à viro contracta ad alendam familiam. Vide ibi & Sanchez lib. 9. disp. 4. n. 20.*

& totam disputationem quintam, & Villalobos *sup. diff. 4.*

7 Dico tertio, petitionem regulariter non esse in præcepto: ideo coniuges per se non teneri perere debitum conjugale, quia nemo tenetur iure suo uti, sed potest illi cedere, *cap. ad Apostolicam de regul. Dixi, regulariter, & per se*, nam per accidens tenetur, ob periculum incontinentiæ in se, vel in alio, tunc scilicet, quando prudenter credit imminere alteri periculum incontinentiæ, quod petendo posset auertere, ut docent Sanchez *lib. 9. disp. 7.* Coninch *diff. 34. dub. 2.* & alij communiter. Ad id autem non tenetur ex iustitia erga alterum, ut contra Ledesma tenent Coninch, Sanchez *sup.* & Hurtado *disp. 10. diff. 11. num. 1.* quia matrimonium non obligat ad cogendum alterum, ut utatur matrimonio: tenetur vero ex castitate, non primario, sed secundo, quia hæc (sicut alia quæcumque virtus) obligat ad impediendum in alijs peccatum contra illam: & etiam ob eandem rationem tenetur secundo ex iustitia erga se ipsum, quando actus incontinentiæ, quem timet in alio, est contra iustitiam erga se ipsum.

*Dub. 2. Quo fine exercendus sit usus conjugalis, ut licite fiat.*

1 *Supra hoc lib. cap. 4. dub. 3. quest. 3.* dixi, quem finem intendere debeant contrahentes matrimonium, ut absque peccato contrahere possint: nunc ergo solum inquirimus, quem finem intendere debeant in ipso actu conjugali, ut licite fiat.

2 Dico primo, usus conjugalis factus ob proles generationem bonus est, ita communis, quia matrimonium ad hunc finem est institutum; ergo nullo modo peccat, qui eo fine utitur. Debet autem proles intendi ad ampliandum Dei cultum, siue intendatur actu, & expresse, siue habitu, & virtualiter; ad quod satis est, si à principio coniuges contraxerint in hunc finem, nec habent deinde contrariam intentionem. S. Thomas *in add. quest. 49. Syl. debitum. quest. 12.* & alij. Quare non esset satis intendere prolem, solum ut quis habeat successionem, sed ad vitandum peccatum veniale, debet referri modo dicto: non tamen est necesse, prolem formaliter, sed satis est, ut virtute intendatur, dum scilicet tanquam coniugum copulatur alteri coniugi absque alia contraria intentione. Sanchez *lib. 9. disp. 8. num. 4.* Filiucius *tom. 1. tract. 10. part. 1. cap. 9. 111.* & alij.

3 Dico secundo, actus conjugalis licitus, & bonus est, si fiat ad vitandam incontinentiam alterius coniugis, siue ad reddendum ei debitum. Conueniunt etiam in hoc Doctores, quia isti sunt fines proprii, & immediati ipsius usus conjugalis; tenetur enim coniuges ex iustitia ad mutuam redditionem debiti conjugalis.

4 Dico tertio, usus conjugalis ad vitandam propriam incontinentiam non est peccatum mortale, in quo conueniunt Doctores: erit autem peccatum veniale, quia non intenditur proprius finis, qui est proles generatio; quod limitant Sanchez *lib. 9. disp. 6.* & Filiucius *sup. num. 120.* quando ille potest alijs medijs incontinentiam vitare in se ipso, secus si alijs medijs non possit carnis tentationes

sedare. Probabile tamen est, absolute loquendo, talem usum nullam esse culpam, nec venialem, ut docent Nauart. *cap. 16. num. 32.* Coninch *diff. 34. num. 6.* Basilius *lib. 10. cap. 8.* & cum Rebello, & his Hurtado *disp. 10. diff. 2. num. 4.* & facit ea, quæ diximus de contrahente, intendendo solum remedium concupiscentiæ *supra hoc lib. cap. 4. dub. 3. quest. 3. concl. 2.* ubi diximus, esse valde probabile, hunc non peccare, nec venialiter: deduciturque ex Paulo 1. Corinth. 7. dum ait: *Propter fornicationem unusquisque uxorem suam habeat: & dum subdit: Iterum, reuertimini in id ipsum, ne tentet vos propter incontinentiam: illa autem verba, hoc secundum indulgentiam dico, non significant, talem usum esse peccatum, sed tantum significat esse minorem perfectionem, quam abstinence à copula: sicut illa verba, *Et si suspexerit virgo, non peccabit; ego autem vobis parco, non significant reperiri culpam in nuptijs, cum immediate antea dixerit Apostolus, non reperiri peccatum, sed tantum innunt, in eis esse minorem perfectionem, quam in celibatu. Et confirmatur ratione, quia usus conjugalis, supposito peccato, ordinatur sua natura in remedium propriæ concupiscentiæ (ut ex se patet, & significat Paulus *ubi sup.*) quantum minus principaliter, quam in proles generationem; ergo in usu conjugali ob eum finem facta nulla est deordinatio. Vide Hurtado *ubi sup.***

5 Dico quarto, actus conjugalis exercitus ob solam delectationem carnalem capiendam intra fines matrimonij, non est peccatum mortale, ut omnes concedunt; putat tamen Sanchez *sup. disp. 11.* esse peccatum veniale, & cum eo Filiucius *loco cit. num. 322.* Villal. 1. *part. tract. 13. diff. 40. num. 3.* ex S. Thom. *10. 4. dist. 31. quest. 2. art. 3.* quia est peruersio debiti ordinis; actus enim conjugalis sua natura refertur ad prolem; & delectatio non debet esse finis operationis, sed honestas. Hurtado vero cum Basilio *ubi sup.* Almaino, & Maiore, existimat (& probabiliter quidem) dictam copulam esse immunem à culpa, adhuc veniali, quia delectatio, seu voluptas etiam est licita, sicut & actus ipse. Et potest confirmari, quia ut dixi in Decalogo *lib. 3. cap. 1. num. 7.* cum Ioan. Sanchez *in Select. disp. 2. num. 14.* probabile est, non esse peccatum veniale, edere, vel bibere absque necessitate ob solam voluptatem capiendam, si alias non noceat saluti, sicut nec est peccatum, odorari species aromaticas ob solam voluptatem capiendam, aut inspicere res pulchras; ergo, &c. Addit tamen, & bene, Hurtado: Nihilominus non carebit culpa veniali, si fiat ob capiendam nimiam delectationem, seu ex desiderio nimie delectationis, ut significat August. *de bono conjugali. cap. 6.* dum ait: *Coniugalis concubitus generandi causa non habet culpam, concupiscentia vero facienda venialem habet culpam: & in hoc sensu possunt intelligi Henriquez *lib. 1. de matrim. cap. 15. num. 4.* Ledesma *in sum. cap. 9. de matrim. concl. 6.* & alij asserentes, copulam conjugalem ob delectationem solam esse peccatum veniale, coniugem vero reddentem petenti ob delectationem, non peccare, quia reddit quod tenetur. Bonacina *quest. 4. de matrim. punct. 6. num. 7.* Dixi, *intra limites matrimonij*, nam si delectatio afferatur extra fines matrimonij, id est, ita accedit ad coniugem, taliter quod etiam accederet, ac si non esset sua*

vxor, sed alia extranea, conueniunt omnes tunc peccare mortaliter: sic peccat mortaliter, qui in actuali copula cum sua vxore delectatur, ac si esset cum alia muliere; vnde in confessione tenetur aperire statum illius, cum qua delectabatur, nam actus internus sumit speciem ab obiecto. Henriquez, Ledesma, & alij.

6 Dico quintò, si fiat solum ob bonum Sacramenti ad representandam scilicet vnionem Christi cum Ecclesia, esset peccatum veniale, quia bonum Sacramenti est suus extrinsecus, & non respicit vsum matrimonij, sed vinculum; bonum autem prolis est intrinsecum, & respicit vsum matrimonij; erit ergo contra rectum ordinem, vti sic matrimonio, & non ob prolem; si tamen non excludatur hic finis nullum erit peccatum, vti ob Sacramentum. Ita Filiuc. tom. 1. tract. 10. part. 1. cap. 9. n. 318. ex D. Tho. distinct. 31. q. 2. artic. 2.

7 Dico sextò, si vsus coniugalis referatur in finem malum mortalem, erit peccatum mortale, si in veniale, erit peccatum veniale. Ratio est, quia actus ad finem relatus, est talis, qualis est finis, cap. cum minister 23. quest. 5. Quid si in ipso actu expresse excludatur finis prolis, intendendo se nolle habere prolem. Respondeo, si tantum excludatur hic finis, & non fiat, aut sumatur aliquid ad prolem vitandam, & non concipiendam, non esse peccatum mortale, quia non est ex se malum desiderare non habere prolem, imò propter defectum diuitiarum potest esse licitum, vt docent Nauarr. Angel. & alij apud Sanchez lib. 9. disp. 8. num. 10. & cum his Filiuc. ideoque de communi consensu possunt abstinere à copula carnali, nisi alteri esset probabile, consortem fornicatum iri, nisi debitum petat, vt dixi hoc cap. Esset autem peccatum mortale, si sumeretur aliquid, quod obstatet conceptioni prolis, ita citati; impeditur enim illicite finis matrimonij.

8 Dico septimò, vsus coniugalis ob finem sanationis consequendæ, vel cõseruandæ, vel alleviationem naturæ, aut ob quemlibet finem honestum, quamuis illi extrinsecum, quando deficiunt alia media ad id consequendum, nullum est peccatum; quando verò alia media occurrunt, esset tantum peccatum veniale, quia esset quædam peruersio debiti ordinis, vt docent Sanchez disp. 10. Ledesma supra concl. 5. dub. 3. Henriquez dist. cap. 15. n. 5. Filiuc. supra num. 322 & alij: absolute autem nullum esse peccatum, docent Coninch, & Basil. & cum his Hurtado supra diff. 2. num. 6. quia, inquit, nulla est inordinatio, relicto proprio fine operis, assumere aliquid ad alium finem honestum, ad quæ habet proportionem: probabilior tamè, & rationi cõformior videtur prior sententia dicta limitatione.

*Dub. 3. Vtrum quando vnus coniunx illicite petit, possit alter reddere debitum.*

1 Dico primò, quando actus coniugalis, qui exigitur, est illicitus exigenti ratione alicuius circumstantiæ se tenentis immediatè ex parte ipsius actus, vt quando exigitur cum periculo abortus, aut publicè, tunc alter non potest reddere licite, quia tunc actus coniugalis, qui exigitur, est absolute, & ratione ipsius illicitus, ac

proinde erit illicitus exigenti, & reddenti, consequenter ille non poterit reddere, sicut nec alter petere. Ita citandi, & omnes communiter.

2 Dico secundo, quando actus coniugalis est illicitus exigenti, non ex se, sed ratione alicuius circumstantiæ se tenentis ex parte indigentis, vt si malo sine peccato, aut si sit ligatus voto castitatis, aut si sit adulter, aut si matrimonio inito contraxit affinitatem, vel cognationem spirituales cum altero coniuge, non peccat coniunx alter innocens reddendo. Sanchez lib. 9. disp. 6. Bonacin. tom. 1. quest. 4. de matrimon. punct. 3. num. 3. & alij, contra Basilium lib. 9. cap. 3. & Hurtado disp. 10. diff. 13. num. 58. Ratio est, quia innocens cum non commiserit delictum, ratione cuius sit priuatus iure petendi, & reddendi, poterit petere, vel reddere, si voluerit, argumento capituli transmissi, ex c. tua de eo qui cognouit consurg. Nec taliter reddens cooperatur peccato alterius illicite petentis, cum non suadeat, nec conlulat, vt petat, sed solum actui coniugali licito ex sua natura, ideo peccato alterius non formaliter, sed tantum materialiter cooperatur. Verum tamen est, teneri ex charitate coniugem innocentem, si commode possit, & absque periculo incontinentiæ, & indignatione alterius, negare debitum, & illum per correctionem fraternam diuertere; quæ quidem correctio rarò in fœmina obligat, vt bene Villalobos tom. 1. tractat. 12. diff. 47. num. 2. nam poterit vir aliquid mali de illa suspicari.

3 Difficultas tamen est, an in casu secundæ cõclusionis innocens delicti non solum possit petere, & reddere, sed etiam, an teneatur reddere illicite petenti. Respondeo, si solum petat illicite, & non iniuste, eo quòd ob tale impedimentum non amiserit ius petendi, alter non solum potest reddere, sed etiam tenetur ad id, vt si qui petit, habeat malum finem, aut sit voto castitatis obstrictus; nam hic quamuis illicite petat, non tamen iniuste petit, quia ob id non amisit ius petendi, & petitio solum est illicita ratione circumstantiæ personæ, ideo tenetur reddere. Secus autem si alter coniunx petat, non solum illicite, sed etiam iniuste, aut sine iure petendi, vt accidit, quando petens contraxit affinitatem cum altero coniuge, aut si adulteratus est, aut contraxit cum vxore cognationem spirituales; in his enim casibus cum petens sit priuatus iure petendi, vt infra cõstabit de singulis, alter non tenetur reddere, ideo negando debitum, nullam ei facit iniuriam, poterit tamen, si voluerit, reddere, imò, & petere, vt dictum est conclus. 2. Bonacin. supra num. 3. Villalob. loco citato, num. 2. 3. & 4. Filiuc. 1. tom. tract. 10. p. 1. c. 9. n. 300.

4 Ex dictis sequitur primò, coniugem posse petere, & reddere debitum suæ vxori, quam scit obstrictam esse voto castitatis, etiam si ipse consenserit in illius voto, modò non renuntiauerit iuri suo, quia vir per talem consensum non amisit ius petendi; ergo potest petere, & reddere, imò tenetur reddere, vt dictum est num. anteced. nam petens solum illicite petit ob circumstantiam personæ, & non iniuste. Bonac. supra num. 7.

5 Secundò sequitur, quando vterque coniunx est obstrictus voto castitatis, si alter petat, teneri alterum reddere. Sotus dist. 38. quest. 2. artic. 1. Reginald. lib. 31. num. 252. Sanchez lib. 9. disp. 37. num.

37. *num. 10.* & cum alijs Bonac. *sup. num. 8.* contra Nauarr. & alios. Ratio est, nam etsi illicite petat, ac per votum non amisit ius petendi, nec dominium corporis alterius, vt bene Coninch. *disp. 34. dub. 4. num. 31.* & alij; ergo petitus tenetur reddere, ne violet ius alterius, quamuis ipse simile votum habeat. Quod verum est, quamuis vterque emiserit votū castitatis de cōmuni consensu, modò tamen ipsi coniuges non intenderint remittere sibi obligationem reddendi debitum, tunc enim non poterit petitus reddere absque peccato, eo quòd alter ob remissionem factam non habet ius petendi. Henriq. *lib. 21. cap. 15* Lefius *lib. 2. cap. 40. de vo 10 dub. 10. num. 85.* Sanchez videndus *lib. 9. disput. 36. & 37.* & cum alijs Bonac. *sup. num. 8.*

6 Dico tertio, quando coniux petens peccat venialiter petendo, alter tenetur reddere, vt existimant Sanchez *lib. 9. disp. 6. num. 6.* & Filiuc. *sup. num. 108.* nam tunc actus non est simpliciter malus, sed tantum ex parte exigentis; & quia semper adest iusta causa excusans reddentem, qualis est, ne displiceat petenti, & ne oriantur lites, & discordiæ: placet tamen distinctio à Bonacin. adducta *supra n. 9.* videlicet, teneri reddere, si petens solum petit illicite ob circumstantiam personæ; secus tamen si ipse actus ex se sit illicitus, modo supra explicato: sic non tenetur reddere petenti modo indebito, nisi adest iusta causa, ob quam excusetur à petendo tali modo, de quo *infra dub. 5.*

7 Nota tamen, aliquando eum, qui non potest petere ob aliquod impedimentum, posse petere, quando ipsum petere, potius censetur reddere, quàm petere: sic vir, cui ob incestum, aut affinitatem est prohibitum petere, potest aliquando se offerre vxori ad vsum coniugalem, eo scilicet fine, vt non reddat ei onerosum matrimonium, nam hoc petèdigenus est, quoddam reddere: ideoque quoties cognoscit, vxorè velle petere, quod tamen non facit præ verecundia, poterit exigere, quia tunc illa tacite petit, & exigere, est reddere. Idem dic, si agnosceret in vxore periculum incontinentiæ: potest etiam impeditus, id alteri nuntiare, ne suam petitionem expectet. Item, si ambo coniuges promississent Deo, se non petituros debitum, possent tamen ambo copulari, quando quilibet agnosceret alium indigere, vt propter periculum incontinentiæ: ratio est, quia neuter vere petit, sed quodammodo reddit, cum neuter id faciat gratia sibi satisfaciendi, sed vt morem alteri gerat, & vitetur incontinentia. Cauendum tamen, ne intemperantia decipiat, & in dubio, potius est abstinendum, quia sic securus. Filiuc. *tom. 1. tract. 10. part. 1. cap. 9. num. 112. & 313.* & Syluest. *matrim. 7. quest. 5. ad 4.* Nauarr. *cap. 16. num. 31.* & Sanch. *lib. 9. disput. 7.* ita etiam Villalob. *sup. diff. 47. in fin.*

#### Dub. 4. An actus coniugalis ratione circumstantiæ temporis, aut loci fiat illicitus.

1 Dico primò, actus coniugalis tempore feriarum, id est, tempore quo prohibentur ab Ecclesia nuptiæ, & extra id tempus, ante benedictiones nuptiales habitus, secundum Sorum *in 4. dist. 28. quest. 1. artic. 2.* Henriq. *lib. 11. cap. 15.* & aliquos, est illicitus: verius tamen est non esse

illicitum, vt docent Nauarr. *cap. 22. num. 83.* Sanchez *lib. 3. disp. 12.* Basilius *lib. 10. cap. 4.* Hurtad. *disp. 10. diff. 3. num. 8.* Villalob. *1. part. tract. 13. diff. 41. num. 1.* & dixi *hoc lib. 6. 1. dub. 6.* Ratio est, quia id non est in iure prohibitum, & quamuis Tridentin. *sess. 24. de matrimen. cap. 1.* suadeat & hortetur, ne habeatur antedictas benedictiones, nullibi tamen prohibetur.

2 Dico secundo, actus coniugalis non est illicitus in diebus festis, etiam solemnissimis, quidquid Magister, & Durandus, & multò minus in diebus ieiunij, & supplicationum, seu rogationum. Ita Sanchez *lib. 9. disp. 12.* Coninch *disp. 34. dub. 9.* Basilius *lib. 10. cap. 9.* Hurtado *sup. num. 9.* cum S. Bonauent. Scoto, Ricardo, Villalob. *loco citato. num. 2.* Filiuc. *tom. 1. tract. 10. part. 1. cap. 9. num. 323.* Ratio est, quia nullo iure id prohibetur his diebus, & alioqui est actus in se bonus, ideo non est illicitus, quamuis non nihil habeat indecentiæ, quod solum inuouit Patres, cum dicunt, in eis diebus abstinendum esse ab actu coniugali, quod quidem est consilium, & non præceptum. Gloss. *capit. proposuisti. dist. 82.*

3 Dico tertio, actus coniugalis non est illicitus (quamuis non nihil habeat indecentiæ) in die communionis, tam ante eam, quam post eam, nam ratione sumptionis Eucharistiæ, nec ante illam, nec post illam est vili præceptum abstinendi à copula coniugali, sed tantum consilium, vt docent citati, & dixi *sup. lib. 4. cap. 5. dub. 5. num. 8.* vnde vxor non excusatur à redditione debiti, eo quòd eo die sit sumptura Eucharistiæ: an autem sit illicitum, communicare eo die, quo habita est copula coniugalis, dixi *loco citato*, & breuiter dico, si quis eodem die petat recto fine, vt causa prolis, vel ad vitandum periculum incontinentiæ, etsi consilium sit abstinere eo die à communionem, potest tamen relinqui suo iudicio, vt communicet, vel non, vt sibi videbitur, ex D. Greg. vt refertur *in cap. vir cum propria 22. quest. 4.* Quòd si accederet ad coniugem ex delectatione, & nimia carnis concupiscentia, regulariter esset culpa venialis, eo die accedere ad communionem, ob nimiam distractionem; ac si adest tunc iusta causa, nulla esset culpa, qualis esset magna solemnitas, vt dies Paschalis, Iubileus, aut specialis deuotio, vel aliqua nota: si verò quis petat post sumptionem eadem die, nulla etiam erit culpa, quamuis sit bonum consilium abstinere ob Eucharistiæ reuerentiam. Qui autem reddit, quamuis sit optimum consilium tunc eo die abstinere à communionem, tamen nulla erit culpa, si communicet, modò tamen non sit nimia mentis euagatio, & distractio. Quantum autem temporis debeat intercedere inter copulam, & Eucharistiæ, ne sit culpa saltem venialis, accedere ad Eucharistiæ, non potest definiri, nisi ex mera euagatione mentis, & hebetudine, quæ solet oriri ex huiusmodi copula; quamdiu enim illa perseuerat, est indecentia, ea cessante, cessat etiam indecentia. Filiuc. *tom. 1. tract. 10. p. 1. c. 9. n. 314.* & Sanch. *lib. 9. disp. 228.*

5 Dico quarto, actus coniugalis non est illicitus tempore excommunicationis, id est, quando alter coniux est excommunicatus, ideo possunt petere, & reddere; nam esto quòd Ecclesia permittit participationem mutuam inter coniuges, & cohabitationem, nam lex matrimonij excusat, vt DD.

in materia excommunicationis, censetur etiam permittere actum coniugij, unde et si uterque excommunicatus sit, poterunt inuicem petere. Excipe tamen, nisi excommunicatio lata esset in causa matrimonij, de cuius valore lis penderet. Item, quando vxor vellet esse particeps criminis, ob quod vir excommunicatus est. Filiuc. *sup. n. 325.* vide Sanchez *lib. 8. disp. 22. q. 1. c. 3.*

6 Dico sextò, actus coniugalis tempore menstrui, seu fluxus sanguinis foeminae, si fluxus sit in naturalis, & perpetuus, non est illicitus, vt habet communis, alias rarissime coniuges possent vt iure suo, quod est durissimum, praesertim cù tunc nullum proli damnum imminet, cum foemina tunc non possit concipere: si verò menstruum fuerit naturalis, quod communiter singulis mēsis accidit, quidam existimant esse mortale peccatum tunc petere, alij veniale, alij verò putant non esse illicitū, vt Hurtado *disp. 10. diff. 3. n. 10.* quod probabile esse, asserit Sanchez *lib. 9. disp. 21.* nam non requiritur damnum proli, eo quòd non sit periculū infectionis, quia non est, vel est exiguissimum, & quāuis sit tale periculū, melius est nasci leprosa, aut monstruosa, quā absolute non nasci: censeo tamē probabilius esse, non esse mortale, esse tamen veniale, petere absque causa, & nullum, si adsit causa, vt periculū incontinentiae in alterutro, vel ne mulier reddatur odiosa viro, vel quid simile. Reddere autem non solum licet vxori, sed etiam tenetur, quando vir admonitus de periculo fortè concipiēdi monstrum non recipit; seu non vult continere. Filiuc. *com. 1. tract. 10. p. 1. c. 9. n. 336.* ex Sanchez *lib. 9. disp. 21.* vide Nauarr. *c. 16. n. 32.* Henriquez *lib. 11. c. 15. n. 7.* Ledesm. *in summ. c. 3. de matrim. concl. 5.* & Villalob. *p. 2. tract. 40. diff. 15. n. 3.* vide Bonac. *q. 4. de matrim. punct. 6. n. 9. c. 10.* vbi habet, peccare venialiter vxorem reddēdo, ideoque non ad id teneri, nisi adsit iusta causa, at quia haec censetur ordinariè adesse, ideo reddendo non peccat, nec venialiter, modo dicto.

7 Dico sextò, actus coniugalis tempore praegnationis, quando est periculum probabile abortus prolis iam formatæ, est peccatum mortale, in hoc omnes conueniunt: at quia rarissimum est id periculum, vt experientia constat, teste Hurtado. *disp. 10. diff. 3. num. 11.* proinde ex hac parte, quando ob aliquam rationem peculiarem id non timetur, actus coniugalis non erit mortalis, ad vitandum autem omne periculum poterunt ordine praepostero coire, dummodo coitus sit intra vas naturale, & absque periculo effusionis. Henric. *lib. 11. c. 15. n. 7.* si verò proles non sit adhuc formata, sed materia incipit coagulari, & formari, non erit peccatum mortale actus coniugalis, quamuis si t probabile periculum dissipationis materiae, quia haec dissipatio non videtur tanti momenti; erit tamen peccatum veniale, vt docent Sanchez. *disp. 22.* & Hurtado *ubi sup. num. 12.* quia in tali periculo dissipationis videtur aliqua inordinatio: at quia est rarissimum, id accidere, eo quòd, vt ait Auicena, matrix statim post conceptionem ita clauditur, vt difficillimum sit aperiri: proinde ex hac parte, quando ob aliam peculiarem rationem id non timetur prudenter, actus coniugalis tunc, nec venialiter erit illicitus. Hinc fit, actum coniugalem tempore praegnationis, cessante periculo abortus, & dissipationis

materiae, nec esse illicitum venialiter, vt docent Sanchez. *lib. 9. disp. 22.* Coninch. *disp. 34. n. 78.* Henriquez *lib. 11. c. 15.* Bonacin. *q. 4. de matrim. punct. 6. n. 11.* & Hurtado *supra num. 13.* contra Basilium *lib. 9. cap. 14.* Sorum, & Paludan. quia et si frustraretur sine generatione, ob quod illi asserunt esse peccatum veniale, heri potest debito modo, & potest ad alios fines deseruire, & quamuis Patres id reprehendunt, non tamen id faciunt tanquam illicitum, sed tanquam sic minus perfectum.

8 Dico septimò, actus coniugalis tempore purgationis post partum, nec est illicitus, venialiter, vt docent Sanchez. Henric. Coninch, & Hurtado citati, Filiuc. *com. 1. tract. 10. p. 1. c. 9. num. 337.* & communiter DD. contra Basilium, quia in eo tunc habito nulla apparet inordinatio, & lex Leuit. 12. quia caeremonialis, iam est abolita. Limita tamē, nisi ex ea copula immineret grauis morbus foeminae, tunc enim esset mortale, vel veniale iuxta grauitatem morbi, qui timeretur. Tempore autem, quo mater lactat sobolem, neque etiam est veniale peccatum petere, vel reddere, ita citatis, quia nullum imminet periculū proli, quae lactatur, neq; foetui, qui concipitur, vt experientia constat; nullaque reperitur inordinatio: durissimum enim esset, cogere coniugatos, toto tempore lactationis abstinere ab actu coniugali. Verum tamen esse, si coniuges adeo pauperes essent, vt non possint filios alijs nutriendos tradere, casu quo vxor tempore lactationis grauida fieret, posset eo tempore negare debitū, vt docent Ledesm. *de matrim. q. 9. arr. 1.* Sanchez *lib. 9. disp. 22. n. 15.* & cum his Villalob. *sup. n. 9.* nam si tunc conciperet, cogeretur prolem, quae lactabat, tradere hospitali, at cum tanto damno non tenetur reddere debitum, maxime si aduertat lac futurum valde perniciosum proli, aut vbera exficari, Sanchez. *lib. 9. disp. 22.* Bonac. *disp. 4. de matrim. punct. 1. n. 11.*

9 Dico octauò, tempore furoris, & amentiae, si ambo sint amentes, actus coniugalis ex suo obiecto est mortalis, ideo sunt separandi, & peccaret mortaliter, qui eos ad copulam incitaret, quia concurreret ad damnum prolis educandae, quauis amens excusaretur ob defectum vsus rationis. Si autem vir sit sanæ mentis, & vxor furiosa, esset peccatum mortale ad illam accedere ob periculū suffocationis prolis, nisi vxor esset sterilis, quo casu nec esset peccatū veniale; aut si non esset furiosa, quauis sit amens, modo non sit omnino mente capta, quia tunc non est periculū suffocationis, neq; malae educationis prolis, & aliunde non est vnde reddatur illicitus: ob eandem rationem non est illicitus, quando maritus est omnino amens, imò & furiosus, si vxor sit sanæ mentis, nullū enim est tunc periculū. Quando autem fatui tantummodo essent, aut haberent lucida interualla, tunc eadem est ratio, quae de sanis: an coniux sanus teneatur amenti reddere, *infra dub. 11.*

10 Dico nonò, exercere actum coniugalem publice, aut coram alijs est peccatum mortale scandalosi, eo quòd alijs praebetur ruina spiritualis, quod ita malum est, vt non possit cohonestari: ob eandem rationem tactus inter coniuges corā alijs sunt peccatum mortale, vel veniale secundū tactus qualitatem, & aspicientium fragilitatem; si enim aspicientes inducerentur ad venerem, essent mortale, Filiuc. *com. 1. tract. 10. p. 1. cap. 9. n. 326.* Villalob.

part. 1. tract. 13. diff. 41. n. 4. & communiter DD. Dico decimo, actus coniugalis, siue reddere, aut petere in loco sacro, est peccatum mortale sacrilegij, si id fiat extra necessitatem. Ita cõmunior sententia apud Sanchez lib. 9. disp. 13. Suarez tom. 1. de R. ligios. lib. 3. cap. 8. Coninch disp. 34. dub. 9. qui irrogatur irreuerentia loco sacro, & Ecclesia polluitur, si est actus ille publicus, cap. fin. de consecrat. Eccles. in cap. Ecclesias de consecr. dist. 1. Dixi, extra casum necessitatis, nam si coniuges, aut alter eorum in Ecclesia obfessi diu essent, & adesset probabile periculum incontinentiæ, nec esset aliquod cubile, aut locus illi adiacens, excusari tunc possent à peccato, vt DD. citati, & Filiuc. tom. 1. tract. 10. p. 1. c. 9. n. 327. Villalob. 1. p. tract. 13. diff. 41. n. 5. & alij Non tamẽ est improbable, actum coniugalem in loco sacro, aut benedicto, absolute loquendo, non esse illicitum, nec sacrilegium, quia iure naturali, aut diuino non est prohibitus, vt patet; nec Ecclesiastico, quia iura citata non constar loqui de effusione seminis coniugalis, ita Basil. lib. 10. c. 10. & aliqui apud Hurrado disp. 10. diff. 4. n. 17. quod ait nõ carere probabilitate. Nihilominus tamen prior sententia tenenda est, vt communior, ac iuri, & æquitati conformior: hoc tamen pro certo habe, desiderare in Ecclesia actum matrimonialem, exercendũ tamen extra Ecclesiam, non esse illicitum: idem dic de tactibus inter coniuges in Ecclesia, si absit periculum effusionis seminis. Villalob. sup. & alij, vide in exposit. Decalog. lib. 1. c. 10. dub. 15. de sacrileg. in lib. 6. c. vnic. dub. 7. n. 11.

*Dub. 5. An ratione modi, vel situs actus coniugalis fiat illicitus.*

**D**E modo innaturali concubendi, dixi in Decalog. lib. 6. c. vnic. dub. 9. §. 4. ideo breuiter dico primò Cõiuges qui seruato legitimo vase se cognoscunt, non seruato modo naturali, vt si vir sit incubus, & mulier subcuba, aut se cognoscant auerse, seu præpostere more brutorum, aut sedendo, aut stando, aut à latere, nunquam peccant mortaliter (quidquid aliqui) quando non est probabile periculum effusionis extra vas legitimum, vt docent communiter DD. Ad sit Basil. lib. 10. cap. 11. non esse mortale, etiam si elabatur aliqua pars seminis, dum retineatur alia, esse tamen mortale, si semen extra vas effundatur, vt de se patet: peccat verò venialiter, & grauiter cõiuges ita se cognoscetes, non existente aliqua necessitate, quia datur deordinatio, quamuis non secundum substantiã actus, sed secundum modum, eo quòd non seruatur modus naturalis, & quamuis dictus actus secundum substantiam non sit contra naturam, est tamen contra secundum modum, & verè præter naturam. Sanchez videndus lib. 9. disp. 16. Henriq. lib. 11. c. 16. Hurrado disp. 10. diff. 5. n. 19. & cum Syll. Caiet. Angelo, Nauarr. Filiuc. tom. 1. tract. 10. p. 1. c. 9. n. 328. At quia talis variatio non impedit effusionem seminis intra vas, nec obstat generationi, ideo non erit peccatum mortale, modò non effundatur semen extra vas, vt dictum est. Dixi, cessante necessitate, nam ea existente, & cessante periculo probabile effusionis extra vas, nullum erit peccatum, vt docent citati, vt si grauida sit, adsitque periculum

abortus, vel si corporis dispositio aliud non patitur. Hinc sequitur, eum, qui sic petit, nulla exitẽte causa, secus si adsit, peccare venialiter, & tunc alterum non teneri reddere, bene verò si causa adsit, vt verius existimat Henriq. sup. n. 6. & quia se re semper ex parte mulieris reddẽtis censetur adesse causa, videlicet, vt non displiceat coniugi, & illum excitet ad indignationem, in re non mala ex sua natura, ideo reddens nullo modo peccat, quãuis petens peccet venialiter, vt ex Caiet. Soto, & alijs docet Sanchez disput. 16. nu. 8. & cum eo Filiuc. loco cit.

**2** Circa hanc circumstantiam modi solent hic DD. exagitare, an vxor, quæ prior seminauit, teneatur expectare viri seminationem, & è contra vir, & an incepta copula possint se retrahere ab actu ante seminationem, & alia id genus, de quibus dixi in Decal. lib. 6. c. vnic. dub. 7. n. 13. vide ibi, & Sanch. lib. 9. disp. 17. ac Filiuc. tom. 1. tract. 10. cap. 9. §. 9. & Hurrado disp. 10. diff. 5. n. 21.

**3** Dico secundò, omnis modus copulæ inter cõiuges, ex quo sequitur effusio seminis extra vas, est peccatum mortale contra naturam, est commune, & euident, quia aduersatur fini naturali generationis, quòd verum est, siue totum semen, siue pars aliqua, modò sit notabilis, effundatur. At si præter intentionẽ, vt præ nimia caliditate, vel concupiscẽtia aliquando præueniret pollutio congressum, ita vt non posset expectare vas, excusaretur, saltem à peccato mortali, vt cum Soto, Ledesma, & alijs tenent Sanch. disp. 17. n. 14. & Filiuc. loco cit. n. 321. nullo tamen modo licet pollutionẽ extra vas procurare, quia est intrinsece malum, & peccatum pollutionis contra naturã, imò, & cõmittere adulterium coniuges se polluentes, & teneri hanc circumstantiam confiteri, valde probabiliter tenent Ledesma in sum. c. 9. de matrim. concl. 7. §. 8. Bonacina §. 4. de matrim. punct. 6. n. 19. & Sanch. lib. 9. disp. 18. valde etiam probabile est, tantum peccare contra naturam. Nec licet cooperari ad effusionem seminis è lumbis iam decissi, quamuis illius terentio sit allatura corpori graue damnum; est enim voluntaria pollutio, & intrinsece malum; licet tamen, vbi pollutio est in fluxu, eam non reprimere ob morbi periculum, cessante periculo consensus, modo quòd dixi in Decalog. lib. 6. c. vnic. dub. 8. §. 1. vide ibi & Sanch. lib. 9. disp. 17. quòd verũ esse, ait, etiam si pollutio inceperit culpa illam patientis, modò in ipso fluxu præterita culpæ illi pœniteat, vide etiã Lud. Lop. 1. p. instruct. c. 14. §. accedit ad hoc.

**4** Sed quares, an liceat conari expellere semẽ corruptũ in vase, ex quo patitur venenosa accidẽtia, quòd sæpè cõtingit in fœminis: huic quæstioni satisfactũ est in Decal. lib. 6. c. vnic. dub. 8. §. 1. n. 14.

**5** Dico tertio, quando vir post matrimonium incidit in eam impotentiam, vt non possit seminare intra vas, vt quia det runcatus est, vel quia habet foramen in superiore parte, qua vrina, semenque exeunt, vel si fœmina ita arcta est, vt semen recipere non possit, si nullo modo possunt seminare intra vas, nullaque spes remaneat, non possunt conari ad copulam, quia hæc solum coniugibus concessa est intra vas legitimum; ergo vbi hæc impossibilis est, non licebit, Caiet. 2. 2. quæst. 1. 2. 2. q. 15. 4. art. 1. ad 4. Sotus dist. 34. q. vnic. art. 2. Lopez 2. p. instruct. c. 79. ad fin. Filiuc. tom. 1. tract. 10. p. 1. c. 9. n. 332. &

alij

alij citandi; licet tamen inter istos oscula, tactus, & amplexus, modò absit periculù pollutionis. Quòd si probabilis adsit spes seminandi intra vas, quãuis per accidens, & præter intentionem extra vas semen effundatur, licet ad copulam conari tanto tempore, quantum necessarium est ad cognoscendam impotentiam perpetuã, & an sit spes seminandi intra vas, quamuis vir vix possit intra vas semen effundere. Ratio est, quia coniux dat operam rei licitæ, & sibi permisit, & præter intentionem sequitur illa effusio. Secundo, quia ius, c. *laudabilem de frigidis, & malef.* concedit triennium ad experiendũ, an impotentia sit perpetua, in quo spatio conitat, aut semper, aut sæpè fore, vt semen extra vas discedat, & stante tali periculo, licitum est, conari ad copulam, iureque approbatur; ergo à fortiori id licebit, quando dicta impotentia est post matrimonium certum, ratione cuius coniuges certius, & fortius ius habent copulæ vacandi, & experiendi, nam illa impotentia seminandi intra vas perpetua sit. Ita Caiet. & Lopez citati Nauarr. c. 22. num. 50. Henriq. lib. 11. de matrim. c. 15. n. 4. lit. N. c. 16. num. 7. Sanchez lib. 9. disp. 17. n. 20. 21. & 22. & Filiuc. sup. Bonac. q. 4. de matrim. punct. 6. n. 18.

6 Ex his colligitur, quid dicendum de senibus; nã ij, si impotentia est perpetua, non possunt conari ad copulã, sed tantum oscula, & tactus habere, modo dicto: at si sit aliqua spes seminandi intra vas, licet vix aliquando semineat intra, licebit copula cũ tali periculo vti, quãuis vir persuadeat sibi fore, vt illa vice non semineat intra vas, potest tuta conscientia accedere ad vxorem, fieri enim potest, vt pravo luptate coitus membrũ vires assumat, erigaturque, atque ita possit intra vas seminare, quòd si pro illa vice certus sit, nõ possit intra vas seminare, tunc nõ licebit ei habere copulam, Sanch. sup. n. 23.

7 Sequitur secundò, licere congressum inter coniuges, vbi foemina receptum semine intra vas retinere non potest; nam perfecta copula habetur intra vas, & expulsio illa est per accidens; sæpè enim matrix, retento semine necessario, rejicit superflium, Sanch. sup. n. 24. vide Rodrig. c. 24. n. 9. & Lopez. c. 79. vers. *Dubio de quo*. Tertio colligitur, eandem posse conari ad copulam, quamdiu dubitatur, an impotentia superueniens sit perpetua, & quamdiu est probabilis spes seminandi intra vas, vt bene Henriquez supra num. 4. citat. & Caietan. citatus, qui refert quendam per sex annos semen intra vas effundere minime potuisse, sex annis transactis, potuisse, & interim (ait) conando ad copulam minime deliquisse, quando verò non esset ea probabilitas, sed omnibus circumstantijs consideratis, esset omnino dubium de impotentia perpetuitate, standum est triennio assignato in cap. *laudabilem* citato, quando impotentia antecedit matrimonium. Ita Sanchez supra n. 25.

8 Nota tamen, foemina non tenetur, anxie diu manens in lecto, & resupina, susceptum semen seruare, quoniam rarissime seminis fluxus ex diuerso corporis situ contingit, habet enim matrix vim attrahendi; peccat tamen mortaliter, si post coitum urinã effundit, aut se erigit, aut quidquã facit, quo receptum semen expellat potu aquæ frigidæ, vel alio remedio: & grauius peccat, & iam contra naturam, si diu retentum, expellat aliquo medicamento, seu venæ incisione, etiam antequam

foetus sit animatus, quia impedit naturalem viam, qua auctor naturæ Deus, connaturali pacto, fuisset homini futuro vitam daturus, sic cum alijs Henriquez lib. 11. cap. 16. num. 8. Sanchez lib. 9. disp. 20. vsque ad num. 5.

9 An autem aliquando liceat prægnati ad abortum sumere, dixi late in Decal. lib. 5. cap. 1. sub. 4.

10 Dico quantum, non est peccatum mortale, virum ante seminationem se retrahere, si vxor ipsa nõ seminauit, & consentiat retractioni, modò non sit periculum pollutionis (quod fere semper imminet, quòd sit natura irritata) nam foemina consentiente (secus si dissentiat) nulla ei, nec proli fit iniuria; sic licet de communi consensu, se abstinere a copula. At, si foemina seminauit, vel si ita excitata est, vt sit probabile periculum seminandi, tenetur vir, regulariter loquendo, sub mortali seminare, aliter peccaret contra naturam, nam cũ actus sit consummatus ex parte foeminae, si vir non seminare, impedit generationem. Henriquez lib. 11. cap. 16. n. 7. Bonacin. q. 4. punct. 6. num. 16. & alij citandi. Dixi, regulariter loquendo, quia aliquando possit excusari, ea aliqua vrgentissima causa, vt si post foeminae seminationem aduertet vir, imminere sibi graue periculum vitæ, vel si fera, aut hollis superueniat, vel si aduersatur naturali honestati, in his enim casibus non est condemnandus vir de mortali, quamuis membro extracto animaduertet, ipso inuito, semen extra fluxurum, nam talis fluxio, est per accidens, & alias dat operam rei licitæ. Regulariter ergo loquendo peccat mortaliter vir, qui inuita vxore non vult seminare, nam sit iniuria, & vxori, & proli, & est quasi negare debitum, Sanchez videndus lib. 9. disp. 19. num. 3. 4. 5. & 6. Quòd si vir præmaturius seminauit, non tenetur expectare tardantis foeminae seminationem, etiam experimento sibi notam, nam non impeditur generatio, cum probabilissimum sit, foeminae semen non esse necessarium, Henriquez supra cap. 16. num. 9. Ledesma in sum. cap. 9. de matrim. in fine, Sanch. lib. 5. disp. 17. & Basilius lib. 10. cap. 11. contra Hurtado disp. 10. diff. 5. num. 21. Quare non est mortale, si vir tactu irritet venerem, præsciens se ex hoc præmaturius intra vas foeminae seminaturũ, antequam foemina seminet, non enim requirit ad generationem seminum cõmixtio, Henriquez lib. 11. cap. 15. num. 3. vbi ait, licere accedere ad frigidam, etiam si illa non seminet: licet tamen vir prius seminanti expectare tardantis foeminae seminationem, copulam adhuc continuando Henriquez supra num. 14. Caietan. 2. 2. q. 254. artic. 11. ad fin. dub. 5. qui ait, sanum esse consilium, vt curetur, vtrumque semen simul effundi, quare coniugi tardiori consulendum est, vt ante concubitum veneré tactibus exciter, vt sic possit effundere semine. Idem Henriq. c. 16. n. 7. tenet non videri mortale, si vir infirmus, & parũ efficax, tardusque ad seminandum, præsciat salutem nemi nocere seminationem, & post inchoatã copulam cessat ante seminationem vtriusque, non quidem intentione impediendi prolis generationem, sed ne morose insistens grauem morbum acquirat; hoc autem intellige, modò ipsa consentiat, & ne adsit periculum pollutionis. Non tamè videtur peccatũ mortale, sed tantũ veniale, si postquã vir seminauit, foemina de industria se subtraheret, & nollet seminare, si nõ est periculũ pollutionis,



nis, cum eius semen non sit necessarium, Sanch. *sup. disp. 9* & Filiuc. *loco cit. n. 333. vers. 2. ad fi.* cōtra Hurtado *loco cit.* existimantem, peccare mortaliter, quod si vir, semine intra vas emisso, membrum virile extrahit, manente vxore valde excitata libidine, potest fœmina postea tactibus excitare se ad seminandum, quia talis excitatio est perfectio, & consummatio actus coniugalis, aliàs enim euidentissimo periculo peccandi mortaliter exponerentur fœminæ, cum frequenter vir prius seminet, & cum illico recedat, manet fœmina valde irritat libidine. Sanchez *disp. 17.* & cum eo Bonacin. & Diana *2. p. tract. 17. resol. 38* dixi in Decalog. *lib. 6. c. vnic. dub. 8. §. 1. n. 13.* vide, & Bonac. *q. 4. de matr. punct. 6. 11* Ex dictis inferat primo, eunuchum in fornicatione duplex cōmittere peccatum, alterū fornicationis, alterum verò cōtra naturam, quia inutiliter fœmineum semen in eius dispendium prouocat. Sequitur secundò, in coitu fornicario post seminationem fœminæ licere viro, imò, & teneri se retrahere. cedit enim fornicarius concubitus in graue detrimentum prolis: etenim quãuis simplex fornicatio ex nulla causa honestari possit, potest tamè cohonestari non consummatio, vt dictum est; vnde non erit reus culpæ fornicarius, si pœnitentia ductus à fœmina recedens seminet inuoluntarie extra vas, quia tunc recessio est per accidens, & inuoluntaria. Similiter est à culpa immunis fœmina fornicans, quæ pœnitentia ducta corpus suum substrahit, ne virile semen suscipiat, fornicationemque ceptã cōsummet, nec sibi tribuitur culpæ, si ex eo vir extra effundat, quia id non intendit, datque operã tunc rei licitæ ab incepto crimine resiliens, ita Sanchez videndus *ubi supra*, & Caietan. *2. 2. q. 154. artic. 11.* vide etiam in nostro Decalog. *loco sup. citat.*

*Dub. 6. Vtrum actus coniugalis fiat illicitus, quando cognatio spiritualis superuenit matrimonio iam contracto.*

**I** Dico primò, baptizans proprium filiũ in necessitate, eo quod non sit aliud, qui illum baptizare possit, potest licite petere, & reddere, ita *ex c. ad limina 30. q. 1. c. si vir de cognat. spirit.* & habet cōmunis, quia nulla adest culpa; ergo nec pœna: idem existimant dicendum, si in necessitate sit patrinus proprii filij, si alius non adfit, qui hoc munere fungi possit, Suarez *3. p. de Baptism. q. 67. artic. 8.* Sanch. *lib. 9. disp. 26. n. 3.* Coninch *disp. 34. dub. 8. n. 69.* Villalob. *1. p. tract. 13. diff. 51. n. 3.* Hurtado *disp. 10. diff. 6. n. 22.* & alij contra Henriquez *lib. 11. c. 15. n. 11.* Ledesm. & Basil. quia quando id fit in necessitate, fit absque culpa, etiam si tentio sit necessaria necessitate salutis, sicut est Baptismus. Idem etiam dicendum, si ex ignorantia inuincibili proprium filium baptizaret, aut susciperet, ita citati, quia tunc nulla est culpa; imò etsi scienter pater filiũ in necessitate baptizauerit misericordia motus, etiam si alij ibi adessent, non tamen præ turbatione aduertens, alium hoc ministerium præstare potuisse, quia tunc nulla adest culpa, vt bene Sanch. *sup.* & cum eo Villalob. Ita intelligendus Diana *3. p. tract. 4. resol. 3.* vbi cum Coninch *sup.* & Suar. *in 3. p. q. 67. artic. 8. §. penult. in fin.* dicit patrem, qui ob periculum mortis baptizauit filium, adstan-

tibus tamen multis, qui hoc facere poterant, non priuari iure petendi debitum.

**2** Dico secundò, patens, vel coniunx suscipiens, vel baptizans filium extra necessitatem, & scienter, priuatur iure petendi, tenetur tamè innocenti reddere, ita Sanch. Henriq. & cōmuniter DD. & cum eis Bonac. *tom. 1. q. 4. de matrim. punct. 2. n. 3.* quod saltem argumento à contrario sensu deducunt, *ex Can. 1. c. 2. 30. q. 1. c. ex Can. ad limina eo, c. ex c. si vir de cognat. spirit.* & quia cum contraxerit cognationem spiritualem cum altero coniuge, consequenter erit priuatus iure petendi: quod autem teneatur reddere petenti, patet, quia fraus, & malitia non debet illi parocinari, nec est æquum, vt alter innocens absque culpa priuetur suo iure, & ideo in hoc conueniunt DD. Addunt Armill. *verbo matrimonium, n. 9.* & Lopez, ac Ledesm. apud Villalobos *sup. n. 1.* etiam priuari iure petendi coniugem, qui particeps culpæ fuerit, cur alter coniunx baptizaret, quamuis ipse non baptizauerit: procedit autè hæc sententia, quamuis impedimentum hoc sit occultum, & hanc iuris petendi priuationem incurri ipso facto ante iudicis sententiam, nã est pœna priuatiua, quæ ipso facto incurritur, quod si ambo hæc cognationem contraxissent, neuter poterit alteri reddere, quia faceret actum illicitum; Filiuc. *tom. 2. tract. 10. p. 1. n. 349.* cum Sanchez *lib. 9. disp. 26. 27. c. 28.* Nihilominus tamen valde probabile, & tutum existimo, coniugem baptizantem, vel tenentem scienter puerum filium suum in baptismo, aut confirmatione, quamuis contraxerit cognationem spiritualem, vt diximus *hoc lib. c. 8. dub. 8.* non tamen esse priuatum iure petendi debitum, consequenter non peccare illud petendo, ita docent gloss. *in d. c. si vir, Durand. in 4. dist. 42. q. 1. art. 3.* Coninch *disp. 34. dub. 8. n. 69.* Suarez *ubi supra. §. penult.* & cum his Hurtado *ubi supra. n. 24.* asserunt enim dictã priuationem, seu prohibitionem petendi in nullo iure perseverante in sua obseruantia contineri & in odiosis mitiorem partè esse accipiendam; & quia argumentum à contrario sensu in iure est inefficax, præsertim in odiosis, & ad inducendam pœnam, quæ potius est restringenda. Vide Hurtado vbi latius ponderat, & soluit iura ab alia sententia adducta. Hoc autem pro certo habeo, si pater, aut mater tantum tenent materialiter filium, quando baptizatur sine intentione fungendi munere patris, sed ob maiorem filij commoditatem, videlicet ne cadat in terram, aut lectum, non contrahere hanc cognationem, nec esse priuatos iure petendi, vt bene Sanch. *ubi supra.* & Villalob. *loco cit. n. 4.*

**3** Dico tertio, casu quo coniuges sint priuati iure petendi ob cognationem spirituales superuenientem matrimonio, potest Episcopus dispensare propter periculum incontinentiæ, vt priuatus possit licite petere, consuetudine enim præscripta, introductum est, vt non ad Papam, sed ad Episcopum recurratur pro huiusmodi dispensatione, vt cum multis Sanchez *lib. 8. disp. 12. q. vltim. num. 15.* Hanc etiam facultatem extendit Villalob. *1. p. tract. 13. diff. 51.* ad Cōmissariũ sanctæ Cruciatæ, & ad cōfessarios Religionis S. Francisci, & ad eos qui cū illis cōmunicant in eo rû priuilegijs: oppositum tamen, vt verius tenendũ, vt dixi in exposit. *Cruciat. lib. 2. §. 4. dub. 2.* vide ibi, & Sanch. *lib. 8. disp. 15. n. 13.* & *disp. 16. n. 9.*

**Dub. 7. Vtrum actus coniugalis fiat illicitus, quando matrimonio superuenit affinitas.**

**Q**uando, & quomodo affinitas superueniens matrimonio priuet iure petendi, seu vtrum in matrimonio incestuosos, & quis possit in his dispensare, dixi abunde hoc lib. cap. 8. dub. 15. quæst. 2.

**Dub. 8. Vtrum actus coniugalis fiat illicitus, ob votum Religionis, aut castitatis, non nubendi, vel suscipiendi Ordines sacros.**

**D**e ijs dixi in Decalog. lib. 2. cap. 2. dub. 25. vide ibi, & præter illic citatos Villalob. 1. part. tract. 13. diff. 53. Hurtado disp. 10. de matrimonio, diff. 8. & Filiuc. tom. 1. tract. 10. part. 1. quæst. 10. num. 351. vide etiam supra hoc cap. dub. 3. 2. An, & quomodo Episcopus dispensare possit, vt coniuges voto castitatis adstricti possint petere debitum, & an possit dispensare in ipso voto castitatis, aut non petendi debitum, & in alijs votis supradictis, dixi abunde in Decalogo lib. 2. cap. 3. dub. 40. de quo latissime, & doctissime Sanchez lib. 9. disp. 9. 10. & 11. & præcipue 12. vbi resoluit posse Episcopum dispensare, vt voto castitatis adstrictus possit petere debitum; similiter in illo, qui priuatus est iure petendi, ob subortam affinitatem, aut cognationem spiritualem, de quibus dixi locis citatis.

**Dub. 9. An adulter peccet petendo debitum.**

**D**e hoc etiam dixi in Decalog. lib. 6. cap. vni. dub. 5. num. 8. vbi dixi non posse exigere ex iustitia, seu petere cogendo, sed solum posse amice petere; non tamen est improbable, posse etiam exigere, antequam per sententiam sit à iudice priuatus iure petendi, vt docent Sotus in 4. distict. 36. quæst. vnic. artic. 3. Sanchez lib. 1. de matrimonio, disp. 68. num. 4. nam hæc priuatio est pœna, ideo requirit iudicis sententiam; ideoque qui hanc sententiã amplecti voluerit, non est condemnandus, vt bene Villalobos 1. part. tract. 13. diff. 46. in fine. etsi oppositum existimet probabilius; hoc tamen certum est, teneri reddere debitum coniugem adulterum, si alter innocens illud petat: non enim priuandus est innocens iure suo ob delictum alterius, nec debet adulter ex suo delicto commodum reportare: ad hoc autem, vt adulter sit priuatus iure petendi, modo dicto debet adulterum esse moraliter certum; nam si dubius sit innocens de adulterio, alterius secundum Sanchez, & Coninch, poterit tunc adulter petere: oppositum tamen cum Caietan. & Rebello, tenet Hurtado, disp. 11. dub. 7. num. 24. quia priuatio, inquit, iuris petendi non est pœna, sed effectus violationis fidei; ergo innocens dubius de adulterio alterius non tenetur reddere, consequenter adul-

ter inique ab eo exigere debitum: communiter tamen sententia videtur vsu recepta.

**Dub. 10. Vtrum actus coniugalis sit licitus, quando adest scrupulus, vel dubium, vel opinio de valore matrimonij.**

**S**upponendum est tanquam certissimum cum communi contra Magistrum in 4. dist. 13. cõiugem certum de nullitate matrimonij, non solum non posse petere, sed etiam nec redere, quidquid dicat Magister, ita colligitur ex cap. inquisitione de sentent. excomm. cap. vt Dominus. de secundis nupt. & docet D. Augustin. lib. de fide, & operibus, & refertur in can. si virgo 34. quæst. 2. ibi: Si virgo nupsit nesciens virò alieno, se semper nesciat, nisi quam adultera erit, si autem sciat, iam ex hoc adultera esse incipit. Ratio est euidentis, quia fornicatio in nullo casu est licita, etiam præcipiente superiore, vel ad vitandum periculum famæ, vt dixi in Decalog. lib. 6. cap. vnic. dub. 2. at quando coniux est conscius certo de impedimento, vel nullitate matrimonij, fornicatur; quia scienter accedit ad non suam; ergo non licet, nec reddere: quod quidem procedit siue matrimonium contractum sit bona fide, siue mala, nam tunc semper accedit scienter ad non suam. Sanchez lib. 2. disp. 44. Coninch disp. 34. dub. 10. num. 96. Bonacin. cum alijs 9. 4. de matrim. punct. 4. n. 16. Filiuc. tom. 1. tract. 10. p. 1. n. 342.

**D**ices, quid ergo erit remedium, quando impedimentum est occultum, & alter coniux est ignarus impedimenti? De hoc dixi hoc lib. c. 4. dub. 4. in fine, vers. Ex his. breuiter tamen dico. Primo, coniux conscius impedimenti, si potest, fugiat in locum, vbi scandalum cesset. Secundo, petat ab Episcopo dispensationem, vel si matrimonium non est consummatum, ingrediatur Religionem. Tertio, petat diuortium, si adest causa, vt læuitia, adulterium, &c. Quarto, potest habitare cum altero coniuge inscio tanquam pater, & foror, modo non sit periculum congressus, vide Sanchez lib. 9. disput. 39. Henriq. lib. 11. cap. 11. & supra loco citato. vbi de hoc latius.

**V**trum vxor teneatur credere alteri coniugi dicenti sicte concessisse, dictum est dist. dub. 4. vers. sic. Auerre. idem dic, si vir asserat habere aliquod impedimentum dirimens, vide ibi, & Sanchez lib. 2. disp. 45. num. 2. & disp. 41. num. 32. Henriquez lib. 11. cap. 12. num. 3. & Bonacinam vbi sup. n. 19. vbi resoluit, regulariter loquendo, non teneri credere, quia verisimilius est, ipsum mentiri, potest tamen, si vult, illi credere in illius præiudiciũ, ne petenti reddat. Dixi, regulariter, quia tales circumstantiæ possunt concurrere, vt teneatur credere, consequenter non poterit petere, nec reddere. Nec tenetur credere vni tãrum testif asserenti, adesse impedimentum, si matrimonium iam sit contractum, secus si duo id asserant fidedigni: quando vnus solus id asserit, tenetur dubitare de validitate matrimonij, & nõ potest petere, donec adhibeat debitam diligentiam, vt infra; at antequam matrimonium contrahatur, tenetur vni fidedigno fidem adhibere, ne se exponat periculo fornicationis, & inuãide contrahendi, ita Bonacin. supra

num. 20. cum Sanchez *disp. 46. num. 25* vbi de hoc late, & Henric. *loco citato num. 13.* ac Villalob. *supra diff. 24.*

3 Quam autē certitudo requiratur de morte coniugij, vt superstes possit inire matrimoniu, dixi *dub. 14. de impedimentis, versio. Sed quares, vbi de ibi, & Villalob. 1. p. tract. 14. diff. 25.*

4 Dico primò, quando matrimonium fuit contractum bona fide, & postea suboritur scrupulus, ex leuibus indicijs de validitate matrimonij, deponat illud dubiosam, siue illum scrupulam, saltē de consilio docti, & sic poterit reddere, & petere. Nauarr. *cap. 22. num. 34.* Henric. *lib. 11. cap. 15. num. 13.* Sanchez, *lib. 2. disp. 41. num. 42.* & cum alijs Bonacin. *quæst. 4. de matrimon. punct. 4. num. 2.* ita enim colligitur *ex cap. inquisitioni de sentent. excommuni.* & ratio est, quia eadem ratio est indicij exterioris, & interioris, quando iudicium externum non fundatur in præsumptionibus, sed in rei veritate, vt sæpè dictum est, sed iudex in foro externo ita iudicaret; ergo idem dicendum in foro interno: imò licitum est operari contra scrupulos, vt DD. in materia de conscientia.

5 Difficultas ergo est, quando est verum dubiu de valore matrimonij, id est, quando verè animus manet anceps, & dubius in neutram partem inclinans, aut quando habet opinionem de nullitate matrimonij.

6 Dico ergo secundò, qui bona fide contraxit matrimonium, si postea vere dubitet de illius validitate, non potest petere debitum antequam debitam adhibeat diligentiam ad superandum dubium, & ad sequendam veritatem: Bonacin. *quæst. 4. de matrimonio, puncto 4. num. 3.* & alij. Patet *ex cap. Dominus, §. 2. de secundis nupt. & dist. cap. inquisitioni*: nam tunc ageret contra conscientiam, & exponeret se periculo fornicationis, si ante debitam diligentiam præstitam peteret; tenetur tamen reddere coniugi petenti, sed non dubitanti de matrimonij validitate, nam habet ius petendi, & est in possessione petendi; at melior est conditio possidentis. Ita cum Sanchez *lib. 2. disp. 41. num. 45. 46.* & Villalob. *loco citato diff. 23. num. 1.* tenetur ergo hic coniux alteri in bona fide existenti, non solum quando facta debita diligentia non potuit superare dubium, sed etiam antequam illam adhibeat diligentiam, ita Bonac. *sup. num. 4.* cum Sanchez *loco citato*, & Reginald. *lib. 31. num. 209.* & alij. Probatur primò ratione supradicta: secundo, quia de duobus malis minus est eligendum; sed minus malū est reddere, quàm non reddere; nam nõ reddendo est periculū iniustitiæ; reddēdo verò solum se exponit periculo fornicationis contra castitatem, & per se loquendo, maius malum est peccatum contra iustitiam, quàm contra castitatem; ergo, &c.

7 Dico tertio, quando coniux, matrimonio bona fide contracto, coepit dubitare de illius valore, & adhibita debita diligentia, adhuc manet dubius, & veritas comperta non est, non solum potest reddere, modo in secunda cõclusionē, sed etiam potest licitè petere, ita Rodrig. *cap. 243. num. 4.* Reginald. *sup. num. 299.* Coninch *disp. 34. dub. 16. num. 105.* Filiuc. *tom. 1. tract. 10. part. 1. cap. 9. num. 343.* Villalob. *sup. num. 2.* & cum alijs Bonacina contra Rebellum, Ledesmam, & Gutierrez,

apud eundem Bonacinam, & contra Hurtado *disp. 10. diff. 9. num. 40.* asserentes, hunc sic dubitantem teneri reddere non dubitanti, non autem posse petere. Nostra autem sententia, quæ probabilior videtur, probatur, quia in alijs contractibus, qui bona fide rem accipit, & postea incipit dubitare, an res sit sua, vel aliena, si facta debita diligentia, non inuenit veritatem, licite potest eam retinere, & consumere, nam melior est conditio possidentis bona fide, vt dixi vbi de restitutione; ergo etiam coniux dubitans de valore matrimonij bona fide contracti, si facta debita inquisitione, adhuc perseuerat dubium speculatiuum, potest vti matrimonio, petendo, & reddendo; laborat enim tunc ignorantia inuincibili, consequenter excusatur a peccato.

8 Ex dictis sequitur primò, quando post matrimonium bona fide ex parte vtriusque contractu vterque coniux incipit dubitare de illius valore, neutrum posse petere ante factam debitam diligentiam, sicut neque potest delectari de copula prius habita, aut de tractibus, qui licitè exercentur inter coniuges; ratio est, quia vterque exponeretur periculo fornicationis: imò in hoc casu, ob dictam rationem, neuter potest reddere petenti facta autem debita diligentia, vterque potest petere, & reddere, vt dictum est *conclus. 3.* vt cum Sanchez *lib. 9. disp. 44.* tenet Bonacin. *q. 4. de matrimonio, punct. 4. num. 6.* & 7.

9 Secundò sequitur, si alter coniux, matrimonio contracto, dubitat de valore matrimonij, & ante factam debitam diligentiam petat, alterum, qui est in bona fide, non teneri reddere, quia sic petens non habet ius vtendi matrimonio ante præmissam diligentiam, potest tamen reddere, si velit, modò non credat alteri, vt non tenetur, vt pluribus Sanchez *lib. 9. disp. 41.* & cum eo Filiuc. *tom. 1. tract. 10. part. 1. cap. 9. n. 344.* & Bonacin. *loco cit. num. 8.*

10 Tertio sequitur, coniugem dubium de valore matrimonij bona fide contracti, sed nondum consummari nõ posse priori bimestri reddere debitum bona fide petenti, si non adhibuit debitam diligentiam, nam ea non facta, exponit se periculo fornicationis, & ex alio capite intra bimestre nõ compellitur reddere: facta autem debita diligentia, & manente dubio, potest petere, & reddere, vt dictum est *tertia conclus. & docent cum Sanch. Bonac. sup. num. 9.*

11 Quarto sequitur, coniugem dubium, vt possit reddere modo dicto *sup.* teneri prius adhibere diligentiam ad inquirendam veritatem, ne se exponat periculo; quòd si alter in bona fide existēs petat, antequam hic præmittat sufficientem inquisitionem, ille dubius tenetur alteri dubitationem reuelare (si credat reuelationem profuturam, & nõ nocituram) vt interim, dum inquiritur veritas, nõ petat: quòd si alter etiam admonitus petat, ei reddendum est, dum non constet admonitione non mansisse admonitum dubitantem, ita cum Vazquez, Hurtado *disp. 10. diff. 9. n. 44.*

12 Dico quarto, coniux qui mala fide contraxit, dubitans de aliquo impedimento dirimente, vel de valore matrimonij, non potest petere debitum, Sanchez *lib. 2. disp. 42.* Filiuc. *supra nu. 345.* Villalob. *loco cit. num. 3.* & cum alijs Bonac. *supra*

num. 10. & communiter alij, Ratio est, quia cum contraxerit mala fide, nullū ius acquisiuit, nam possessio mala fide incepta non tribuit ius, ut dixi in Decalog. lib. 7. cap. 4. dub. 2. etenim, qui incipit rem alienam mala fide possidere, non potest illa uti, vel retinere, ut dixi in Decalog. lib. 7. cap. 17. dub. 4. ergo, qui mala fide contraxit matrimonium, non potest illo uti, quod si is petat, alter non tenetur reddere, sciens mala fide petere, ut dictum est supra, tenetur tamen iste dubius reddere alteri coniugi, qui bona fide contraxit, nec vllū habet dubium de valore matrimonij, ut docent citati, eā cap. Dominus de secundis nuptijs, nam hic coniunx habet ius petendi, nec eo debet spoliari ob malā fidem alterius, donec constet inualidum esse matrimonium. Quod si vterque dubius de impedimento, seu valore matrimonij, contraxit, neuter potest petere, nec reddere. Ratio est, quia incipiens possidere rem mala fide non acquisiuit ius in eam, ut dixi in Decalog. lib. 7. cap. 4. dub. 4. at quando vterque coniunx dubia fide contraxit, incipit possidere matrimonium mala fide; ergo nullum ius acquisiuit, consequenter neuter potest petere, nec reddere, ita Sanchez lib. 2. disp. 42. Coninch supra num. 101. Nauarr. cap. 22. num. 34. Sotus disp. 27. quest. 1. artic. 3. Villalob. loco cit. & cum alijs Bonac. ubi supra num. 17. contra Henriquez lib. 11. cap. 15. & alios asserentes, neutrum posse petere, sed teneri reddere, quando post adhibitam diligentiam, potest dubium practicē deponi: sed nostra sententia, ut verior, ac securior tenenda est.

13. Ex hac conclusione sequitur, quando alter coniunx dicit alteri se non prætuisse consensum tēpore contractus matrimonij, aut esse irritum aliquo impedimento dirimenti, dum ille de nouo non consentit, aut tollit impedimentum, alterum non teneri illi soluere debitum, quia ipse confitetur alterum nihil ipsi debere. Henriquez lib. 11. cap. 15. num. 13. Sanch. lib. 2. disp. 45. Villalob. loco cit. num. 5. & alij: limita, nisi ipse se retractauerit, nam tunc illi credendum est, attentis prudenter circumstantijs occurrentibus. Quod si reuera creditur matrimonium fuisse inualidum, non solum non potest petere, verum nec reddere, quia ageret contra conscientiam: imò si ex dicto alterius hic innocens maneret dubius, non potest reddere, nec petere, propter dubium in eo subortum: at si hic facta debita diligentia adhuc maneret dubius, potest reddere, & petere debitū, ut cum Sanchez tenet Villalob. supra num. 5. & constat ex supradictis.

14. Dico quintò, coniunx qui bona fide contraxit, deinde verò opinatur, matrimonium esse nullum, hoc est iudicat, cum formidine oppositi, non potest petere debitum, Sanchez lib. 2. disput. 4. num. 1. Filiuc. loco cit. num. 346. Bonacin. cum alijs quest. 4. de matrim. punct. 4. nu. 13. Ratio est, quia possessio non suffragatur opinanti, sed dubitanti, sicut contingit in alijs contractibus; ergo taliter opinans non poterit petere debitum, poterit tamen, imò, & tenetur reddere, nisi certus sit de nullitate matrimonij, quia licet huic non suffragetur possessio, ita ut petere possit, tamen suffragatur, ita ut non possit alterum spoliare re sua. Quod si hic opinans habeat opinionem pro-

babilem pro vtraque parte, videlicet pro validitate, & nullitate matrimonij, tunc poterit petere, quia licitum est amplecti opinionem probabilem: quod verum est, etiam si probabilis credat, matrimonium esse nullum, modo tamen habeat probabilitatem valoris, nam licitum est sequi opinionem minus probabilem, relicta probabiliore, ita de ijs omnibus Sanchez lib. 2. disp. 44. numer. 3. Villalob. 1. part. tract. 13. diff. 23. num. 7. Filiuc. tom. 1. tract. 10. part. 1. cap. 9. num. 346. & cum alijs Bonacin. quest. 4. de matrimonio punct. 4. numer. 13.

15. Dico sextò, quando Petrus, v. g. duxit Mariam, putans bona fide esse liberam, incipit tamen postea dubitare, an sit serua, manente dubio non tenetur reddere debitum, ita Azor tom. 1. lib. 2. cap. 19. quest. 1. vbi dicit commune, & cum eo Villalobos supra num. 8. quia tunc reddere esset in graue detrimentum viri, eo quod cogi possit ad ducendam seruam: ad cap. Dominus, de secund. nupt. eā cap. inquisitioni de sentent. excommunic. in quibus decernitur, dubium de valore matrimonij teneri ad reddendum debitum, respondent intelligi debere, quādo adest dubium sine notabili periculo: Nihilominus tamen valde probabile censeo, cum Vazquez 2. disp. 66. cap. 4. num. 28. & Hurtado disp. 10. diff. 9. num. 42. in hoc casu teneri reddere, quia ex vna parte exponitur, non reddendo, periculo iniustitiæ, & ex alia, reddendo nullum damnum patitur, quia reddendo affectu maritali, ut tenetur accedere, non ideo reuoluit matrimonium præcedens, quia non intendit de nouo contrahere, sed tantum accedit, ut soluat debitum, si forte debeat, ne se exponat periculo iniustitiæ.

16. Dico septimò, dubitans de impedimento impotentia, quod est frigiditas, potest reddere, & petere debitum, quia hoc impedimentum non dirimit, nisi constet, esse perpetuum, & ideo in dubio impotentia vnusquisque habet ius ad inquirendum de impotentia, quod fieri nequit absque experientia, & vsu coniugali, & ideo quamuis ambo dubitent, conceditur triennium, in cap. laudabilem 5. de frigidis, ut in eo possint matrimonio uti quousque veritatem inueniant, ut dixi in impedimento impotentia, & ita docent Villalobos supra num. 9. Hurtado cum Basilio, supra, num. 44. & alij.

17. Sed dices, quid dicendum, quando lis mota est circa validitatem matrimonij. Respondeo cum Villalobos, supra loco citato num. 4. litem nec addere, nec tollere ius aliquod, & ita iudicandū de re; ac si nulla lis mota fuerit, ut colligitur ex cap. 2. ut lite pendente: verum tamen est, per litem fieri diligentem inquisitionem ad indagandam veritatem valoris matrimonij, & ita coniuges in hoc statu existentes, debent considerari, & haberi, & se gerere, sicut illi, qui nondum in hac re debitam diligentiam adhibuerunt.



**Dub. 11. Quæ excusent coniuges à redditione debiti.**

**S**It prima conclusio communis, & certa, coniuges, regulariter loquedo, excusantur à redditione debiti conjugalis ob probabile periculum vitæ, aut notabilis infirmitatis. Sanchez *lib. 9. disp. 24. Coniug. disp. 34. dub. 3.* Villalob. *1. part. tract. 13. diff. num. 1.* Filiuc. *tom. 1. tract. 10. part. 1. cap. 9. num. 339* Bonacin. *quæst. 4. de matrim. punct. 1. num. 4.* Hurtado *disp. 10. diff. 12. num. 53.* & alij communiter. Ratio est, quia rectus naturæ ordo postulat, vt prius consulatur incommoditas proprii individui, quam generationi prolis: imò non solum tunc excusatur, sed etiam tenetur non reddere cum notabili salutis detrimento, consequenter peccat si cum graui damno proprio reddat, nisi iusta causa intercedat, vt cum Soto, Caietan. Armilla, & Sanchez, tenet Villalobos *sup.* quia non sunt domini vitæ suæ, ideo non possunt eam exponere graui periculo: procedit hæc conclusio, quamuis exigenti imminet periculum incontinentiæ, vt docent, Sanchez, Coninch, Hurtado, Bonacina, Filiucius, & Villalobos contra Ledesma *in sum. de matrim. cap. 1. concl. 1. §. 4.* & Rodrig. *cap. 243.* quia cum tanto detrimento non tenetur vitare peccatum alterius, præsertim cum alter non sit in extrema necessitate spiritali, ideo etiam tunc excusatur à redditione debiti; an autem possit suo iuri renūtiare, & cum aliquo detrimento sui reddere, dicitur infra.

**2** Dixi, regulariter loquendo, & nisi iusta causa intercedat, nam ea existente, non est peccatum, reddere, imò ad id teneri potest, si causa est grauissima, vt si redditio, & prolis generatio esset necessaria ad bonum commune Reipublicæ, vel vniuersitatis, nam bonum commune præferendum est particulari, sic Rex imbecillis, & debilis, non habens successorem Regno maximè necessarium, teneretur cum periculo vitæ reddere, ita Ledesma *loco citat. concl. 5.* Villalob. *vbi sup. n. 1.* & alij.

**3** Dixi, cum graui damno, nam si damnum, aut detrimentum salutis leue sit, tenetur reddere, præsertim cum alter ex negatione subiret periculum incontinentiæ, hoc enim videtur dicere recta ratio, & ordo charitatis, vt docent Bonacina *supra num. 4.* & alij, vnde si tantum doleat caput absque febre, vel dens molaxis, aut quid simile, tenebitur exigenti reddere.

**4** Ex dictis in conclusione sequuntur multæ resolutiones: primò, excusari à redditione debiti laborantes febre: aut si mulier sit thifica, aut si sanguinem hauserit ex vena, vel statim à balneo, vel statim post prandium, quia tunc iudicio medicorum solet esse periculum grauis detrimenti, imò in ijs casibus non solum excusatur, sed etiam peccaret reddendo, cum notabili damno salutis, vt dictum est in conclusione. Item, excusatur foemina, quæ mortem pateretur, si reddendo debitum conciperet, Bonacin. *sup. n. 7.* & alij.

**5** Secundò sequitur, coniugem sanum non teneri reddere debitum alteri coniugi leproso, quoties iudicio medicorum subiret periculum grauis infectionis, Henriquez *lib. 11. cap. 5. num. 7.* &

alij citandi, quia nullus se obligat ad reddendum debitum, nisi salua indiuidui substantia. Idem dic, si vir sit infectus morbo gallico, & est periculum infectionis ex redditione, vt docent Filiuc. *tom. 1. tract. 10. part. 1. cap. 9. nu. 340.* & cum alijs Bonacina *quæst. 4. de matrim. punct. 1. num. 8.* imò nò solum periculum infectionis lepræ excusat, sed etiã excusare videtur à redditione horror coniugis, ex accessu ad leprosum, modò horror grauis sit, vt docent Filiuc. *supra.* Villalob. *1. part. tract. 13. diff. 48. num. 3.* cum Sanchez *lib. 9. disp. 24.* esset enim grauissimum onus, tunc obligare coniugē ad reddendum: intelligenda tamen est hæc doctrina, quã do lepra, aut morbus gallicus superuenit matrimonio, nam si præcessit matrimonium, & erat cõficius talis morbi alter coniugx, tenetur reddere etiam cum periculo infectionis, vt docent Filiuc. *supra.* Hurtado *loco citato num. 54.* Sanchez *vbi sup. num. 15.* Bonacin. *loco citato*, quia tunc eo ipso quòd contrahit matrimonium, censetur obligari, non obstante eo periculo; non tamen est improbabile, etiam tunc non teneri, vt docent Villalobos *loco citato num. 2.* cum Angles *de matrim. quæst. 6. de solut. debiti, artic. 1.* ait enim: coniugx sanus cum leproso contrahens, ideo non tenetur tunc reddere, quia non potes renuntiare iuri suo, cum non sit dominus lux salutis, sicut est bonorum suorum dominus: tenenda tamen est communis sententia, quam etiam ipse Villalobos approbare videtur *infra n. 4.* vbi dicit, posse sanum, si velit, reddere leproso, non habita consideratione salutis. Cessante autem periculo infectionis, & grauis hor foris, coniugx sanus tenetur viro leproso reddere debitum, etiam quando lepra aduenit post matrimonium, quamuis sit periculum, quod prolis nascatur infecta lepra. Ita omnes citati, nò enim adest iusta causa negandi debitum: & melius est proli sic nasci, quam nullo modo nasci. Adde cum citatis, & alijs, coniugem sanum, etsi non teneatur reddere debitum leproso, aut morbo gallico affecto modo explicato, posse tamen reddere, si velit, licet periculum subeat infectionis illius morbi, nã cum huiusmodi morbus regulariter non tendat ad mortem, non impedit, quominus coniugx possit, iuri suo renuntiare, & reddere debitum ad fouendum conjugalem amorem, & ad vitandam incontinentiam, alioquin grauissimum onus esset, si coniugx sanus in his morbis ita diuturnis, teneatur abstinere ab actu conjugali, præsertim cum periculo incontinentiæ, quare tunc, vt ait Villalobos, contempto periculo salutis, posset (etsi nò teneatur) ex charitate reddere debitum, præsertim si in altero adsit periculum incontinentiæ.

**6** Adde, coniugem sanum non teneri habitare cum coniuge leproso, si ex cohabitatione imminet notabile periculum infectionis, sicut eo in casu non tenetur reddere debitum, modo supra explicato: obligatur tamen in hoc casu, prope domum illius manere, & alijs obsequijs illum iuuare. Item, proles sana debet esse apud sanum, vt libera sit à contagione, vt pluribus Sanchez *supra num. 26.* Quòd si non sit periculum infectionis, debet vxor cum leproso habitare, sicut tenetur reddere debitum, Villalob. *sup. n. 6.* & 7. Filiuc. *loco citat. num. 341.*

**7** Secunda conclusio, coniuges, per se loquendo,

do non excusantur ab obligatione reddendi, ex eo quòd plures filij nascantur. Nauarr. *cap. 16. num. 14.* Sanchez *lib. 9. disp. 25.* Coninch *disp. 34. dub. 3.* Hurtado *disp. 10. diff. 12. num. 54.* & cum alijs Bonacina *quæst. 4. de matrimo. punct. 1. num. 12.* quia cum matrimonium ordinetur ad multiplicationem prolis, absurdum est ab eius obligatione excusare, ne proles multiplicentur. Dixi, *per se loquendo*, nam excusari per accidens potest, saltem a mortali, non ob id reddendo (modò non adfit periculum incontinentiæ in alio) si ita pauperes sint, vt secundum præsentè statum non possint filios alere, vt contra Rebel. Coninch, & alios, docent Sanchez, Bonacin., & Hurtado *supra citati.* Ratio est, quia in alijs debitis ex iustitia excusat incommoditas restituendi; ergo etiam in hoc casu, &c. Secundò, quia hoc cederet in damnum prolis natæ: fecus tamen dicendum, si coniuges habent facultates ad alendos filios, quando vterque, vel alter viuit, licet post eorum mortem non supersit filijs, quo se alant, mortuis enim parentibus, pertinet ad prolem sibi victum quærere, & melius est proli nasci cum illa incommoditate, quam non nasci. Ita limitant Villalobos *tom. 1. tract. 13. diff. 49. num. 2.* & Bonac. *supra num. 12.* Hoc tamen pro certo habeo, coniuges de communi consensu posse abstinere à copula, ne plures filij generentur, secluso tamen periculo incontinentiæ: ratio est, quia vnusquisque voluntariè cedit iuri suo. Bonacin. *supra*, & alij, & dixi *supra hoc cap.* Addit Villalobos, ob rationem dictam in hanc conclusionem, licitum esse negare debitum, ad vitandù graue detrimentum in bonis, aut in fama, aut propter aliquam notabilem vtilitatem, atque id esse commune, & videtur dictare recta ratio.

8 Tertia conclusio, excusatur coniunx à redditione debiti, quando alter coniunx est amens, aut ebrius, quia amens, aut ebrius non exigit, vt homo, sicut nec dormiens, ideo negans debitum nullam facit ei iniuriam: potest tamen per accidens aliquando sanus obligari ad reddendum, vt si alter defectu redditionis accessurus sit ad aliam, aut se polluturus; quia ratio exigit, vt valde egèri debito, sibi reddatur, quamuis non petat, vt homo, quia non potest. Sanchez *lib. 9. disp. 23.* Coninch *disp. 34. dub. 9.* Henriquez *lib. 11. cap. 15. n. 10.* Hurtado *disp. 10. diff. 12. num. 55.* & cū alijs Bonacin. *quæst. 4. de matrimo. punct. 1. num. 10.* Adde virum sanæ mentis peccare reddendo debitum vxori amenti; nam adest periculum abortus, si ipsa concipiat: si vero vir sit amens, & vxor sanæ mentis, potest viro reddere debitum, nam tunc periculum prolis potest præcaueri, Bonacina *loco citato*, vide *supra hoc cap. dub. 4. concl. 8.*

9 Quarta conclusio, non peccat foemina negando debitum, quando experta est, se non posse filios viuos in lucem edere; quia coniunx non tenetur reddere debitum cum probabili periculo vitæ, at vxor subit magnum vitæ periculum ex morte foetus in ventre; potest ad vitandum graue periculum incontinentiæ petere, & reddere cum dicto periculo, nam eligi minus malum ad maius vitandum, Bonacina *supra num. 14.* Sanchez *lib. 7. disp. 102. n. 10.* & alij.

10 Quinta conclusio, non licet coniugi negare debitum alteri, eo quod ducat stirpem à Iudæis,

aut Mauris, ita Sotus *in 4. dist. 32. quæst. unica. artic. 1.* Gralsis *1. part. decij. lib. 2. cap. 63. num. 8.* Villalob. *1. part. tract. 13. diff. 49. num. 3.* Ratio est, nam etsi ex tali matrimonio nascantur filij infecti, hoc tamen non impedit quominus coniunx infectus nõ acquirat dominium in corpus alterius coniugis, nec fit iniuria proli, nam melius est nasci cum ea macula, quam absolute non nasci, vt dictum de leprosis.

11 Cætera, quæ ad hoc dubiù spectare possunt, constant ex dictis in dubijs antecedentibus.

### Dub. 12. Vtrum tactus, & aspectus turpes, ac verba turpia licita sint inter coniuges.

1 C Onueniunt Doctores, tactus, & aspectus turpes, similiter, & turpia verba inter coniuges esse peccatum mortale, quando adest periculum effusionis seminis extra vas; patet, quia sunt causa peccati mortalis, scilicet pollutionis extra vas, quæ est omnino illicita: probabile tamen est, posse petentem hos tactus à mortali excusari, quando adest vrgens causa exercèdi illos cum coniuge, vt sunt amplexus, & oscula ad mutuam amorè in dicandum, eumque fouendum; tunc enim etiam si præuideat periculum pollutionis, modò sit securus, quòd non consentiet in illam delectationem, non peccat mortaliter, vt docet Sanchez *lib. 9. disp. 45. num. 38.* & cum eo Filiuc. *tom. 1. tract. 10. p. 1. num. 350.* Reddens etiam excusatur ab eodè mortali, quia dat operam rei licitæ, ad quam obligatur ex iure alterius, & etiam, quia adest causa reddendi tales actus, vt pote ab alio exactos, modò tamè, nisi tales sint, qui dici possint incohata pollutio, & coniuges eo loco sint, vt non possint habere copulam præuiso periculo pollutionis. Sánchez videndus *supra n. 35.*

2 Conueniunt etiam DD. tactus turpes, aspectus, & turpia verba, quando fiunt ad præparandum se ad copulam coniugalem, cessante omnino periculo pollutionis, esse licitos, nec esse peccatum veniale, vt docent Sanchez *lib. 9. disp. 44. num. 8.* Coninch. *disp. 34. dub. vltim.* Hurtado *disp. 10. diff. 10. num. 45.* Filiuc. *tom. 1. tract. 10. part. 1. cap. 9. num. 354.* quia licitum est iuuare naturam ad actum rationi consonum, medijs sua natura ordinatis ad illum. Quod verum est, vt docent citati, etiam quando fiunt ob alium finem honestum, vt ad sedandas tentationes carnis, vel ad ostendendù amorem erga alterum coniugem.

3 Difficultas ergo est, an tactus, aspectus turpes, & verba turpia inter coniuges, quando fiunt tantum ad capiendam libidinem, seu voluptatem veneream in ipsis repertam, seu voluptatem captandam, absque animo peruenièdi ad copulam, sint peccatum, & quale.

4 Syllu. *verbo, debitum, quæst. 9.* Antonius, & Margarita confess. apud Hurtado *disp. 10. diff. 10. n. 46.* docet esse peccatù mortale, quia sunt actus libidinosi, seu venerei, & non referuntur ad copulam coniugalem, in quam sua natura ordinantur: Vazquez verò *1. 2. disp. 115. cap. 2.* Hurtado, & alij *supra citati* docent non esse mortale, & meritorè, quia illa voluptas non queritur extra matrimonium

monium. Quod verum putat Sanchez, quanuis in eis sit probabile periculum alterationis in membris pudendis, imò & distillationis (quæ est effusio cuiusdam humoris aquæ similis semini) quia dicta alteratio, & distillatio oriuntur naturaliter ex tactibus licitis, aut non mortalibus. Imò idem Sanchez, & Octavia *tract. 5. quest. 12* excusant à mortali tactum, quo coniux, etiam in absentia alterius, tangit libidinose sua membra pudenda, quanuis commouenda, & alteranda, quando non est probabile periculum effusionis seminis futurae extra vas, quia etiam illi tactus sua natura ordinantur ad actum conjugalem, quanuis actu non referantur ad illum. Est tamen supradicta delectatio peccatum veniale, sicut est copula in eum finem relata, hoc est ad finem captandæ tantum delectationis. Filiucius *sup. n. 354* & alij.

5 Nec peccat mortaliter coniux, etiam dum absens est, qui delectatur de copula præterita, aut futura cogitata vt præsentis, quando non est probabile periculum pollutionis, vt contra Nauar, & aliquos docent Sanchez *disp. 44*. Filiucius *loco cit. num. 353*. Hurtado, Vazquez, Coninch, & alij communiter, quia talis delectatio est conjugalis, vt pote habita constante matrimonio, & de actu conjugali & sicut consensus in actum non est peccatum mortale, ita nec delectatio morosa de illo. Quod verum putant Vazquez, & Sanchez, etiam si periculum sit commotionis, & alterationis in membris pudendis, quia tunc alteratio oritur naturaliter ex delectatione licita, aut non mortali: & addit Sanchez, id esse verum, quanuis sit periculum distillationis. Est tamen dicta delectatio peccatum veniale, quia caret debito fine, ad quem actus conjugalis sua natura dirigitur. Filiucius *dict. 1. num. 35* vide Sanchez *lib. 9. disp. 44*. vide in Decalogo *lib. 6. cap. unico, dub. 13. num. 12*.

6 Quando verò copula non est licita inter coniuges ob aliquod impedimentum, vt ex voto castitatis, vel dubio de valore matrimonij, tunc nec etiã tactus licent: si verò copula sit illicita ex circumstantia aliqua intrinseca, vt ratione periculi abortus, vel ratione damni corporis, vel ratione interdicti Ecclesiæ, tunc tactus videntur esse liciti, quia tunc sua natura est licitus vsus matrimonij, & solum ab extrinseco prohibetur ratione charitatis, vel pietatis, quibus virtutibus non sunt contrarij dicti tactus. Ita cum Sanch. Filiuc. *1. tom. tract. 10. parti. 1. cap. 6. n. 355*. vide Sanchez *lib. 9. disp. 44*. vide in Decal. *lib. 6. cap. unico, dub. 13. num. 12*.

7 Quantum verò ad sponsos de futuro attinet, dico, tactus turpes, & impudicos, hoc est, in partibus inhonestis, inter ipsos esse peccatum mortale. Ita communiter Doctores apud Sanchez *lib. 9. disp. 46. num. 52*. quia sunt eiusdem speciei cum copula, cuius sunt proximæ inchoationes; neque enim apparet vlla causa, quæ eos excusare possit, sicut nec à copula peccato excusari possunt; & cum res hæc grauis sit, inde fit, vt tactus impudici inter eos sint peccatum mortale, sicut est ipsa copula: vnde sponsis non debet permitti, vt soli sint, propter periculum hos tactus admittendi. Quòd si tactus sint pudici, vt oscula, amplexus, & tactus non in partibus inhonestis, Hurtado *disp. 10. diff. 10. n. 48*. Henriq. *lib. 11. cap. 19. num. 4*. Lessius *lib. 4. cap. 3. dub. 15. num. 121* & alij existimant esse peccatum

mortale, quia delectatio eos actus concomitans est à natura instituta ad copulam, quæ cum sit illicita inter ipsos, ita etiam erit delectatio ex illis actibus. Nauar. verò *cap. 16. num. 11*. Toletus *lib. 5. cap. 24*. Bonacina *quest. 4. de matrimo. punct. 9. num. 6*. Filiucius *tom. 1. tract. 20. parti. 1. cap. 9. num. 354*. docent, tales tactus non impudicos, & delectationem sensiti uam eos concomitantem non esse illicitam, modò tamen absit periculum pollutionis, & periculum in copulam, quod etiam probabile dixi in Decalogo *lib. 6. cap. unico, dub. 12. num. 7*. Ampliatur Doctores citati hanc doctrinam ad amplexus, oscula, & quando sunt ad faciendum mutuam amorem, aut in signum beneuolentiæ in illis. Probat hęc sententia, quia sicut matrimonium de præsentis coonestat copulam, sic sponsalia, quæ sunt inchoatio quedam remota matrimonij, coonestant tactus illos, qui sunt inchoatio remota ad copulam, modò tamen non sit periculum pollutionis, vel consensus in copulam, vel in delectationem veneream copule: hæc sententia est mitior, ac probabilis, prior videtur probabilior, & est securior, ac fortè verior. Peccant tamen mortaliter sponsi de futuro, qui delectantur de copula futura cogitata, & apprehensa vt præsentis; nam sicut est illicita tunc de præsentis copula, ita præsentialis delectatio de illa, vt cum Lesio Bonac. & Diana dixi in Decalogo *lib. 6. cap. unico, dub. 13. num. 14*. & docent Nauar. *cap. 16. num. 7*. Vazquez *1. 2. quest. 74. art. 8. disp. 114. num. 3*. Sanchez *lib. 9. disp. 46. num. 4*. & Filiuc. *loco cit. num. 358. vers. Alij conueniunt*. contra Caiet. Sylu. & alios apud Sanchez *sup. num. 47*. admittentes delectationem appetitus sensitui confluentem ex copula cogitata, modò absit periculum pollutionis, ne copula cogitetur tantquam præsens, de eaque vt præsentis delectatio habeatur: nostra tamen sententia verior videtur, & securior est, ideoque tenenda; altera verò vt periculosior in praxi reiicienda. Licet tamen sponsis desiderare copulam futuram, & gaudere, quòd illam habebunt, modò absit delectatio venerea de præsentis de illa, vt omnes concedunt, quia obiectum huius actus voluntatis est licitum, nempe copula futura. Vide in Decalogo *loco sup. cit.*

## CAPVT XII.

### De diuortio inter coniuges.

*Dub. 1. An matrimonium dissoluatur ob adulterium, & quomodo.*

1 Nota, diuortium dici à diuersitate mentium, vel quia ad diuersas partes tendunt, qui matrimonium distrahunt, *l. 2. ff. de diuort.* Est autem diuortium, legitima viri ab vxore, vel è contra, separatio. Ita communiter Summistæ *verb. diuortium* Dicitur, *legitima separatio*, quia non debet fieri sine lege, vel ratione: vsurpatur autem nomen diuortij tripliciter. Primò, pro dissolutione quoad totum tantum, de quo cap. antecedenti, vbi de petitione, & redditione debiti actum est. Secundò, pro separatione quoad totum, & habitationem, nõ verò quoad vinculum, prout communiter sumitur à Theo-

à Theologis, & de quo in hoc capite tractandum. Tertio, pro dissolutione matrimonij quoad torum, habitationem, & vinculum, de quo egimus lib. 4. ubi de in dissolubilitate matrimonij; in qua significatione sumitur hoc nomen *diuortium*, à Iurisperitis, *ut de diuort.*

2. Nota etiam, quanuis aliquando nomen *diuortij*, & repudij sumantur promiscue pro eodem; differunt tamen, proprie loquendo, quòd *diuortium* solùm dicitur separatio ab vxore, matrimonio iam consummato: repudium verò de vxore, & de sponsa de præfenti nondum cognita, dicitur, *l. inter iluxum. l. inter diuortium. ff. de verb. signif.* An autem repudium solueret in lege veteri matrimonium quoad vinculum, dixi hoc lib. cap. 4. dub. 4. *vers.* Quæres etiam. Hoc autè pro certo tenendum, post legem evangelicam nulli, nec Iudæis licere repudium, quia illud Christus Dominus reprobauit Math. 19. & Math. 5. *Ego autem dico vobis, hoc quòd cum sit naturale, omnes obligat, nisi adfit Dei dispensatio; ideoque iudæi, & Gentiles vxores repudiantes peccant mortaliter, & qui ex infidelitate conuertuntur, tenentur ad illas vxores redire, quibus dedissent libellum repudij. Vide de ijs notatis Sanchez lib. 10. diff. 1. & Filiuc. tom. 1. tract. 10. part. 1. cap. 10. quest. 1.*

3. Dico primò, coniux innocens ob adulterium alterius non potest ab eo quoad vinculum separari, seu adulterium nõ potest dissoluere matrimonium quoad vinculum, ita vt alter possit aliud matrimonium inire: est de fide definitum ab Alexandro III. in cap. ex parte 9. de sponsal. & in Concilio Florentino in instruct. Armenorum, & nouissimè in Tridentino sess. 24. cap. 7. quod etiam Ecclesia semper censuit, ac tenet, vt probat Bellarm. 1. de matrim. cap. 16. & deducitur ex Paulo 1. Corinth. 7. dum ait: *Precipio, non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere (intellige absque causa) quòd si discesserit (existente causa) manere inuuptam, aut viro suo reconciliari; ergo si vxor discedens à viro manere debet inuupta, benè sequitur, matrimonium non dissolui per adulterium: congressio autè illa Deuter. 24. cessauit cum lege veteri, & fuit etiam expresse derogata à Christo Domino, Math. 19. vt fiatum est in cap. gaudemus de diuort. & constat ex contextu. Quare verba illa Math. 19. Quicumque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mechatur: ita interpretanda sunt: quicumque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, mechatur, & qui dimissam duxerit, item mechatur. Dicitur autem, qui dimittit absque causa fornicationis, mechari, quia est causa fornicationis vxoris, vt declaratur ab ipso Christo Domino, Math. 5. Quicumque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, facit eam mechari. Sic explicant D. Thom. Bonauent. & alij apud Sanchez lib. 10. diff. 2.*

4. Dico secundo, adulterium potest soluere matrimonium quoad torum, & cohabitationem: id est, coniux innocens potest separari, & facere diuortium ob alterius adulterium. Vnde adulterium est causa sufficiens ad diuortium: est commune, & de fide, Math. 5. & 19. cap. significasti. cap. gaudemus. idque oritur ex natura matrimonij; nam frangenti fidem, vt frangit adulter, fides seruanda non est, 18. quest. 2. cap. si infidelis, cap. peruenit 2. de iure iurando. & l. si cum uoueris. ff. pro foro. Item,

quia contractus includens promissionem non obligat rebus notabiliter mutatis; vnde etiam inter infideles id habet locum. Dixi, ob adulterium alterius, quia in hoc sunt pares vir, & vxor, cap. fin. 32. quest. 5. De viro constat cap. significasti, & gaudemus citat. & cap. ex literis 5. eodem tit. De vxore patet ex dict. cap. fin. & 1. Corinth. 7. ibi quòd si discesserit, id est mulier. Vnde non est audiendus Caiet. super cap. 19. Matth. exilimans id solis viris esse concessum, cuius sententia tanquam falsa, & temeraria iudicatur à Sanchez lib. 10. diff. 3. num. 6. est enim contra communem Theologorum, Canonistarum, & Summistarum. Neque contraria consuetudo, si quæ esset, tollit ius, si mulier velit eo vti, nec desideratur monitio, nec præscribitur contra id ius silentio quoniam, nisi quoad poenam criminalem, & ciuilem, vt pluribus Sanchez loco cit. & cum eo Filiucius tom. 1. tract. 10. part. 1. cap. 10. num. 365. Hurtado diff. 17. diff. 2. Bonacina quest. 4. de matrim. punct. 5. num. 2. & Villalobos 1. part. tract. 15. diff. 1. num. 3.

Sed quæres, an ob alia peccata luxuria possit fieri diuortium quoad torum, & habitationem; nam quoad vinculum, certum est, fieri non posse. Respondeo, dissolui posse matrimonium quoad torum, & habitationem per omnes species luxuriæ, in quibus coniux diuidit suam carnem cum alio. Ratio est, quia matrimonium tendit, vt coniuges fiant vna caro, Genes. 2. *Erunt duo carne vna; qui ergo diuidit carnem suam, violat perfectam fidem matrimonij, ideoque alter non tenetur seruare fidem, & consequenter potest diuortium facere, vt pluribus Sanchez lib. 10. diff. 4. num. 3. & Doctores infra. Vnde est iusta causa diuortij non solùm adulterium viri per copulam naturalem, siue cum coniugata, siue cum soluta, aut alia quacunque foemina habita, sed etiam per copulam sodomiticam habitam, siue cum viro, siue cum foemina, modò non sit sua vxor: similiter & bestialitas, vt docent S. Thom. 3. part. quest. 62. addit. art. 1. ad 2. Syl. diuortium. quest. 7. Bonacina sup. num. 4. Villalob. loco cit. num. 4. Filiucius sup. num. 367. & communis Theologorum apud Sanchez ubi sup. contra Innocentium cap. 1. de adulter. num. 1. asserentem, copulam contra naturam non esse sufficientem causam diuortij, eo quòd non fiat vna caro cum alia, nisi per commixtionem seminis in vase naturali apto ad generationem: quod etsi non sit improbabile, vt ait Filiuc. tenenda tamen est communis sententia, quia verè carnem suam diuidit, & communicat cum alio, & verè frangit fidem alteri coniugi, ob idque satis est ad diuortium copula sodomitica cum alia foemina, siue cum mare, siue actiue, siue passiuè, modò completa sit. Item, copula sodomitica foemina cum foemina, modò semen vnius immitatur in vas alterius, siue medio instrumentum, siue absque illo. Item, copula bestialis erit etiam causa sufficiens diuortij propter rationem dictam. Ita Sanchez citatus num. 5. & alij. Dixi, cum foemina, qua non sit sua vxor, nam sodomia cum propria vxore non satis est ad diuortium, vt docet citati, quia per eam non diuidit vir carnem suam, cum non accedat ad extraneam; potest tamen vxor ad tæpus recedere à viro, vt respiscat, non tamen in perpetuum: si tamen vir admonitus ab vxore non desisterit, tunc haberet vxor iustam causam diuertentem.*



uertendi, ob inductionem ad peccatum, vt infra picetur: idem dic de quacumq; pollutione extraor- dinaria facta cum ipsa vxore. Sanchez *supra num. 8.* & Filiuc. *num. 370.* & cum alijs Bonac. *n. 5.* Hinc sequitur, non dissolui matrimonium quoad totum, & habitationem per alias species luxuria, per quas caro non diuiditur cum alio, vt docent DD. cita- ti, quia non violatur tunc perfectè fides matrimo- nij: vnde non dissoluitur per mollitionem, seu pol- lutione, siue fiat adminiculo proprio, siue alieno, nec per aliam extraordinariam pollutionem, que cum altero fiat extra vas naturale, vel præposteru. Item, nec per oscula, amplexus, tactus libidino- sos, etiam si animus fuerit perueniendi ad adulte- rium. Item, nec per immisionem instrumenti vi- rilis in vas alterius ab vxore, absque seminatione tamen. Item, nec receptio feminis in vase absque adminiculo viri, vt si in balneo matrix attraheret semen effusum à viro, Filiuc. *sup. num. 369.* cum Sanchez *loco citato, à num. 4.* Item, neque concu- bitus cum femina, aut bestia mortuis, quia nõ est diuisio carnis propriè cum alio, sicut non est cum statua, atque ita reputatur quoad hoc, vt pollutio. Item, copula, siue naturalis, siue sodomitica, absq; seminatione tamen, non videtur sufficiens ad di- uortium, quia absque seminatione non est comple- ta iniuria: bene tamen immisio feminis intra vas, etiam absque copula, si absque ea fieri possit, quia esset iniuria completa. Hurtado *disp. 11. diff. 2. n. 8.* cum Sanchez. *lib. 10. disp. 4. n. 3.*

**Dub. 2. In quibus casibus adulterium non sufficiat ad diuortium.**

1 **C**ommunis DD. cum S. Thom. *in addit. q. 72. artic. 1.* assignat septem casus, in quibus non licet facere diuortium ob coniugis adulte- rium.

2 Primus casus est, quando vterque coniunx committit adulterium; tunc enim neutri licet diuer- tere, constat *ex cap. significasti 4. de diuortijs, cap. intelleximus, cap. fin. de adulterijs.* Ratio est, quia paria delicta mutua compensatione abolentur: ete- nim iniuria vni facta compensatur iniuria ab al- tero illata, & è contra, quoad auferendum ius dis- cedendi. Nec refert, vtrum vnus commiserit adul- terium propriè, & alter sodomiam, vel bestialita- tem, modò certò constet de adulterio, & delicto. Item, nec refert, vtrum vnus deliquerit antea, vel post, vel vnus sæpius adulteratus est, alter verò se- mel, quia pares sunt quoad hoc, quod esse infide- les, & dedisse causam sufficientem ad diuortium, ac proinde causa, & infidelitas vnus, etiam qui pluries adulterauit, compensatur causa, & infide- litate alterius, etiam qui semel adulterauit. Item, nec refert, quòd vnus publicè, alter verò secretò sit adulteratus, quia æquales sunt quoad hoc, quòd est, esse fidei fractores, & dedisse causam sufficien- tem diuortij. Sanchez *lib. 10. disp. 6.* Coninch *dis- put. 35. num. 12.* Bonacina *quæst. 4. de matrimonio, punct. 5. num. 14.* & Hurtado *disp. 11. diff. 3. n. 9.* in foro namque conscientie non requiritur proba- tio, sed sufficit, vt reuera caro coniugum diuisa sit: ita etiam cum alijs Filiucius *tom. 1. tract. 10. p. 3. cap. 10. num. 375.* vbi cum Sanchez *sup. disp. 6.*

*num. 12.* addit exceptionem adulterij in causa di- uortij, vel amissionis dotis dici peremptoriam, ideoque opponi posse ante, & post litem conte- statam, colligiturque *ex c. penult. & fin. de adul- terijs.* vt in hoc Abbas, & alij apud Sanchez,

3 Sed dices, vtrum quando vterque coniunx comisit adulterium, sed alter iam emendatus est, possit emendatus petere diuortium, altero non emendato. Respondeo negatiuè, quia emendatio nõ extinguit iniuriam alteri illatam, ac proinde ma- net dignus, vt ei nunquam seruetur fides: quòd ver- um putat Hurtado *supra num. 10.* cum Basilio *lib. 9. cap. 17.* contra Sanchez, & Coninch, quamuis emendatus admoneat, seu inducat alterum ad emen- dationem, quia ea invitatione non extinguitur ini- uria inuitato illata, nam talis inductio non est sa- tisfactio pro illa. Nihilominus tamen si monitus noluit se corrigere, sed denuo lapsus est in adulte- rium, existimo posse emendatum diuortium pete- re, vt docent Sanchez *lib. 10. disp. 7. num. 4.* Hen- riquez *lib. 11. cap. 17.* Coninch *disp. 34. dub. 12. num. 17.* Reginald. *lib. 31. num. 321.* & cum his Bonacin. *quæst. 4. de matrim. punct. 5. num. 15.* Ratio est, quia si vterque coniunx in adulterium lap- sus esset, & post adulterium reconciliari fuissent, vno eorum relabente, posset alter facere diuor- tium, vt infra, sed hoc idem accidit in præsentia casu; nam quando coniunx emendatus alterum ad- monet, offert illi reconciliationem; ergo si post admonitionem non vult emendari, potest emenda- tus ab illo diuertere. Ita Villalobos *1. part. tract. 15. diff. 4.*

4 Secundus casus est, quando vir dedit vxori causam proximam adulterandi, vt quando vir vxo- rem prostituit, *cap. discretionem de eo qui cognouit consanguineam, siue inuitam prostituat, siue volentem, & consentientem, vt indicant illa verba textus præsertim inuitam.* Idem dic, si vir in adulterio cõ- iugis consentiat, aut det facultatem adulterandi, aut si conscius adulterij non prohibet, cum possit absque graui damno, nam censetur consentire, ideo non potest tunc diuertere, nam quamuis vxor adul- tera viro iniuriam inferat, etiam si ipse consentiat, æquum tamen non est, vt obijciat vxori adulteriũ factum consensu ipsius, & ob id debitum neger. Quòd si vir non fuit causa proxima adulterij vxoris, sed tantum remota, seu occasio remota, po- test diuortium facere, quòd accidere potest, quan- do vir iratus vxorem expellit domo, aut si ei ne- cessaria denegat alimenta, aut si illi debitum deneg- et: modò tamen non hæc efficiat, ex intentione, quòd adulteretur, vt deducit *ex cap. significasti 4. de diuort.* & docent Sanchez *lib. 10. disp. 5. num. 7.* Henriquez *lib. 11. cap. 17. num. 4.* Hurtado *dis- put. 11. diff. 3. num. 12.* Coninch *disput. 35. num. 7.* Filiuc. *tom. 1. tract. 10. part. 1. cap. 10. nu. 371.* Villalobos *1. part. tract. 15. diff. 1. num. 9.* & cum alijs Bonac. *quæst. 4. de matrim. punct. 5. num. 14.* Aduertit tamen Villalobos *supra*, cum Soto, non censeri virum consentire in adulterio, eo quòd do- mi retineat vxorem aliquo modo suspectã de adul- terio, modò tamen faciat, quòd in se est, ne adul- teretur, & dato quòd sit adultera, nullo modo cõ- sentiat, sed prohibeat.

5 Tertius est, quando adulter excusatur à cul- pa aduterij, vt si bona fide, credens virum obijisse in parj

in partibus longinquis nubit alij viro, aut fornicator, probabiliter credens esse viduam, vt deducitur ex *capacium per publicam 34. quæst. 2. & l. vxor. C. de repudijs* ignorantia enim probabilis excusat à pœna: sic qui inuincibiliter ignorat, Petrum, quem percussit, esse Clericum, excusatur ab excommunicatione, *cap. si verum el. 2. de sentent. excommun.* ideo in ijs casibus vir non potest facere diuortium, nisi ipsa certificata de vita prioris coniugis persistit insecundo matrimonio reddendo, vel si dubia ante debitam diligentiam petierit debitum. Sánchez *dit. disp. 5.* Doctores citati, & alij communiter.

6 Quartus est, quado vxor fuit violenter cognita, *cap. iia. cap. proposito 32. quæst. 5.* secus tamen si non per vim, sed propter metum cadentem in virum constantem vxor adulteratur; tunc enim ipsa diuertere non potest, vt contra Syl. Rosell. & Armilan. docent Sanch. *lib. 10. disp. 5. num. 13.* Hurtado *loco cit. num. 13.* Filiuc. *num. 373.* & Villal. *sup. num. 12.* quia tunc non excusatur ab adulterio, consequenter nec à pœna.

7 Quintus est, quando vnus coniux commisit adulterium inuincibiliter, ignoras illum, cum quo adulteratur, non fuisse proprium coniugem, quia alter sub viri specie latenter eâ deceptus; tunc enim sicut excusatur à culpa, ita à pœna: ita Doctores communiter. Hic casus coincidit cum tertio.

8 Sextus est, quando coniux innocens reconciliant sibi adulterum, condonando illi, aut remittendo iniuriam sibi illatam, quia sic celsit iuri suo discedendi, aut diuertendi, vt omnes fatentur. Potest autem fieri reconciliatio, aut condonatio dupliciter. Primò expresse, vt quando expresse affirmat innocens, se alteri remittere iniuriâ illatam per adulterium. Secundò tacitè, quando signis, aut factis indicatur animus condonandi, ad quod non est opus acceptatione remissionis: fatisque est, si sola mente fiat condonatio adulteri; quoad forum conscientia, ita vt non possit deinceps celebrare diuortium: pro foro verò externo debet constare per confessionem innocentis, vel alio modo, vt infra. Tunc autem censetur tacitè innocens remittere, seu condonare iniuriâ adultero, quando scienter, liberè, & sponte habet copulam cum eo, siue reddendo, siue petendo. *Glof. cap. fin. verb. fornicationis, de adulter.* Canonista *c. 11. de tribus sequent. 32. q. 1.* & cum D. Bonauent. Syl. & alijs Sanch. *lib. 10. disp. 14. n. 6.* Filiuc. *tom. 1. tract. 10. part. 1. c. 10. n. 392.* Villal. *1. part. tract. 15. diff. 1. num. 13.* Bonac. cum alijs *quæst. 4. de matrim. punct. 5. n. 14. vers. Sextus.* Henriquez *lib. 11. c. 17.* Coninch *disp. 34. dub. 2. n. 11.* & communiter DD. Ratio est, quia copula illa est actus amicitia, & caro diuisa antea per illam restituitur ad vnionem, & fit vna caro cum innocente: quod verum est, siue fiat ante diuortium, siue post; semper enim per talem copulam censetur condonare.

9 Dixi, scienter, quia nulla est remissio, vbi est ignorantia iniuriæ, *l. manifestissimi. C. de furtis.* Quòd si præsumat probabiliter tatum adulterium, non censetur condonare, si reddat, benè si petat: debet ergo constare moraliter innocenti adulterium alterius, vt censeatur remittere illi iniuriam, reddendo, aut petendo debitum: censetur autem certitudo moralis, quando consideratis circumstantijs, stultum esset, fidem non adhibere. Nec censetur condonare

innocens iniuriam, quando scit alterum esse adulterum; existimat autè, se teneri reddere, taliter quòd si sciret non teneri, minimè redderet. Quid si alter coniux commiserat adulterium, & sodomiam, & innocens tantum erat cõsciens sodomia, aut adulterij, & condonavit illi adulterium, v. g. quòd sciebat, quidam dicunt non censerì condonatum illud alterum, quòd ignorabat, vt existimat Villalobos *sup. vers. 1. hase de aduer. r. r.* Filiucius verò *loco citat. vers. Dixi primò.* existimat probabiliter, vtrumque esse condonatum, quia in omnibus eadem est ratio, nèpe diuisio carnis. At si vir multa adulteria eiusdem speciei commiserit, per condonationem vnus, censetur omnino condonata, vt pluribus Sanchez *disp. 14. num. 11.*

10 Dixi etiam, sponte, & liberè, & c. quia condonatio, & reconciliatio, per vim, & inuoluntariè facta, nõ valet: vnde si ex præcepto Ecclesiæ cõpelleretur, non esset condonatio; in necessitate autem nemo censetur liberalis, *l. rem legatam. ff. de adimenda. legat. S. Thom. add. q. 62. art. 3.* Sotus *dist. 36. quæst. unica, art. 1.* & cum alijs Sanchez *disp. 14. num. 13.* Vnde vxor reddens viro adultero ex grauè metu, vel ad redimendam vexationem aliquam, vel quia existimabat se ad id teneri, non censetur condonare, quia cum cesset liberalitas accessus, non censetur sufficiens signum remissionis. Ita etiam Hurtado *sup. num. 13. in fine.*

11 Censetur etiam innocens condonare tacitè adulterium coniugis, & sibi illum reconciliare, si certò sciès illius adulterium, illù apud se retineat, (idem dic, si cum eo in eadem mensa comedat, & in eodè lecto dormiat, aut si sponte, & scienter familiarè se exhibeat adultero, colludendo, ridendo, & à fortiori si oscula, & amplexus intercederent) Ita Sanchez *lib. 10. disp. 14. n. 17.* Filiuc. *tom. 1. tract. 10. part. 1. c. 10. n. 393.* Villal. *1. part. tract. 15. diff. 1. n. 13. vers. Omnia manera.* Ratio est, quia hæc sunt manifesta amicitia signa, quæ etiam in alijs iniurijs significant tacitè remissionem, *ex l. Crimen. C. ad l. Iul. de adulter.* & docent citati cù Syl. *verb. diuortium, q. 9. vers. 5.* Hoc autem intellige primò, si innocens est certus de adulterio, secus si tantum haberet suspicionem. Secundò, quando publicum est adulterium, nam si est occultum, retentio est spontanea, sed ex præcepto: imò debet esse ita publicum, vt nulla possit tergiuersatione celari. Tertio, vt retentio huiusmodi sit in consortio maritali; nam si esset in eadè domo, non verò in eadem mensa, lecto, &c. non censetur condonatio: nec si retineret domi ad vitandum scàdalum, quia delictum est occultum; aut si paruo tẽpore, expectando opportunitatem ad petendum diuortium, Sanchez *sup. n. 17.* Quattò, vt hæc condonatio valida sit in vtroque foro, requiritur etiam, quòd innocens aliquid supra dictorum faciens habeat animum condonandi adulterium alterius; aliter enim in foro cõscientia non erit valida condonatio; in foro tamen exteriori præsumitur condonare: colligitur ex *Glof. cap. 1. verb. potestas 32. quæst. 1.* Innocentius *cap. penult. de adulter.* Abbas *cap. eo. n. 7.* Sotus *dist. 36. quæst. unica, art. 5.* Lopez *1. part. instruct. cap. 295.* Filiuc. *sup. n. 394.* Villal. *loco cit. num. 14.* & alij apud Sanchez *sup. n. 21.* Ratio est, quia nullum est ius, quòd decidat esse condonationem, sed quòd videatur esse condonatio, hoc autem tantum indicat præsumptio-

neat, & confirmatur, quia hæc condonatio tantum habetur factis; facta autem non operantur ultra agentis intentionem; quare innocens si petat debitum ab adultero, vel utatur alijs signis condonationis, si petat animo non condonandi iniuriã ex adulterio, poterit deinde in foro conscientie celebrare diuortium; & poterit in iudicio copulam negare, respondendo iuxta mentem iudicis, videlicet, quod non habuit copulam, quæ sit condonatio, & prius iure diuortij, vt pluribus Sanchez *supra*, & cum eo Filiuc. *loco cit.* qui num. 24. consequenter docet, idem dicendũ in sponsalibus, quando ijs celebratis detegitur aliquod impedimentum sufficiens ad ea dissoluenda, & nihilominus sponsi contineant eandem amiciciam, vt amplexus oscula, sed non animo condonandi, tunc enim posset dissoluere sponsalia; at si intercedat aliqua iniustitia, poterit hic obligari ad perficiendum sponsalia iuxta damnum illatum, vide Sanchez. *loco citato*, Hoc autem pro certo habe, quando coniunx innocens reconciliavit sibi adulterum, si post reconciliationem iterum adulteretur, habere ius alterum coniugem innocentem ad celebrandum diuortium, propter iniuriam de nouo illatam. Ita Doctores communiter.

12 Septimus casus, in quo non potest fieri diuortium ob alterius adulterium, est, quando ob libellam repudij apud infideles, cõiunx dimissus trãsit ad secundum matrimonium, hoc enim casu non potest illi obijci pro crimine, quoad effectum diuortij, hoc adulterium, *cap. gaudemus de diuort.* vnde si ambo conuertuntur ad fidem, tenetur vir reducere repudiatam, ex *1. l. cap. gaudemus*. Ratio est, quia illi putant (et si falso) eis licere repudium, vxor quoad effectum diuortij excusatur ab adulterio propter ignorantiam. Vide plura apud Sanchez *lib. 9. disp. 5.* vide etiam Villalob. *1. part. tractat. 15. diff. 1. num. 15.* vbi num. 10. aduertit in casibus, in quibus iuxta supradicta non permittitur diuortium, non solum procedere de iure Ecclesiastico, sed de iure naturali, & diuino, nam fundantur in compensatione delicti, aut quod non sit formale adulterium, aut quod fuit condonatum, aut quia alter fuit particeps delicti, quæ omnia sunt cõformia iuri naturali, & diuino.

13 Nota, quando facta fuit reconciliatio ob adulterium vtriusque, si alter relabatur, potest alter diuortium petere: nam prior reconciliatio redit matrimonium ad suum pristinum statum, ac si nullum commissum fuisset adulterium, sicque cõiunx postea delinquens fit reus adulterij, & dat causam diuortij, Sotus *dist. 36. q. vnic. artic. 1.* Filiuc. *tom. 1. tract. 10. p. 1. cap. 10. nu. 376.* & cum alijs Sanchez *lib. 10. disp. 7. n. 1.* Quod si non præcessit reconciliatio, sed alter fuit emendatus, alter verò persistat in peccato, postquam ab alio admonitus est, tunc qui est emendatus, potest diuertere, vt ait Filiuc. & dixi probabile hoc dub. quia admonitio hæc habet vim reconciliationis, etiã si alter eam non acceptet: vnde si alter relabatur, perinde est, ac si facta reconciliatio cõmississet adulterium, ita Syluest. *verbo matrimon. 9. q. 46. Nau. consil. 3. de diuort. 5.* Bonauent. *in 4. diff. 35.*

*in expos. litera*, vide Sanchez

*lib. 10. disp. 8.*

(†)

*Dub. 3. Vtrum maritus teneatur dimittere vxorem adulteram, & persistentem in adulterando.*

1 Cõueniunt Doctores, maritum non teneari dimittere vxorem adulteram, si iam emendata sit; dubium ergo est, quando est pertinax, & perseverat.

2 Dico ergo, ratione solius adulterij vir non tenetur relinquere vxorem, aut facere diuortium, etiam si vxor persistat in publico adulterio, ita Sanchez *lib. 10. disp. 13.* Coninch *disp. 35. dub. 3.* Filiuc. *tom. 1. tract. 10. p. 1. c. 10. n. 389.* Villalob. *p. 1. tract. 15. diff. 2. n. 3.* Bonacin. *q. 4. de matrim. punct. 5. n. 13.* & communiter DD. Ratio est primò, quia Christus Dominus per illa verba Matth. 19. *Qui dimiserit vxorem, &c.* non præcepit diuortium, sed permisit, nec alibi reperitur præceptum ad id obligans: secundò, quia diuortium est inductum in fauorem innocentis, quare poterit cedere iuri suo, si velit.

3 Dico secundò, nec tenetur vir vxorem adulteram dimittere ratione correctionis fraternæ, Sotus *in 4. dist. 36. q. vnic. art. 2. post 2. conclus.* & DD. citati, quia obligationi satisfaciet eã admonendo, & moderate, prout potest, puniendo. Itẽ, quia vxorẽ dimittere, est mediũ rigidũ, & viro nimis incomodũ, ad quod ratione correctionis, nõ tenetur, quia sic tenebitur cælebs viuere, & domũ solus regere, & eius infamia manifestior fiet, imò, & ipsi vxori hoc mediũ est periculosius, quia si ipsa in domo mariti existens ab ipso reprehensa, & punita nõ emendatur, liberius viuere, si dimittatur. Nihilominus tamen si ex circumstantijs constaret, dimissionẽ vxoris esse vnicũ medium ad illius correctionẽ, tenetur sub mortali vir ad illius dimissionem, si absq; inconueniente id facere possit, vt docent citati, & dicitur *concl. seq.* At quia ex hoc medio rarissime sequitur emenda, & alioquin ex dimissione vxoris vir patitur dãna supradicta, vix dari potest casus, in quo ob correctionem vir teneatur dimittere vxorem adulteram; idẽque hic casus videtur metaphysicus, vt bene Villalob. *sup. n. 4.*

4 Dico tertio, vir innocẽs tenetur vxorẽ adulterã dimittere ratione scandali, quãdo scilicet imminet scandalũ, quod ipse existimabitur conscius, consentiens, & patronus, aut fautor delicti vxoris, si cũ ipsa inhoneste viuente cohabitabit Sanchez. *lib. 10. disp. 13. n. 10.* & cõmuniter DD. & cõstat ex *c. quemadmodũ 5. ult. de iur. iur. c. non solum 28. q. 1.* idẽque vir, vt huic scandalo occurrat, tenebitur sub mortali dimittere vxorem, si nullũ aliud mediũ suppetat ad illud scandalum obuiandũ. Secus tamen si alia via occurrere possit scandalo, Sylu. *verb. debitum, n. 15.* Nau. *c. 16. n. 18.* Coninch *sup.* & cũ alijs Bonac. *n. 13. cit.* Poterit tamen vir vitare scandalũ, manifestando sibi adulteriũ displicere, reprehendendo vxorẽ, verberando, &c. Quod si hoc modo non posset occurrere scandalo suspicionis ipsius patrociniij, tenetur illã dimittere. Hoc autẽ intellige, modò eã dimittere possit absque suo graui incommodo, nam in hoc casu tenebatur eam ex præcepto charitatis dimittere; at charitas in proximum non obligat cum tanto damno; vnde non tenetur etiam in hoc casu vxorem dimittere adulteram, etiam si

post

post correctionem noluerit emendari. Primo, si timeat periculum proprium spirituale, nempe lapsum in peccatum carnis ob stimulos, quos patitur. Sotus *sup. Nauarr. c. 16. n. 24. Syluest. de debito q. 10. & alij.* Secundò, si timeat damnum spirituale vxoris, quia efficeretur deterior dimissione. Tertio, si illam retineat, ne se vel eam infamet, quia id esset graue detrimentum. Quarto, si sit spes probabilis fore, vt retenta, & correpta per virum, aut alium emédabitur. Quintò, si maritus ita esset pauper, aut æger, vt omnino indigeret obsequio, & auxilio vxoris; sic enim cessabit scandalum, & interim poterit cauerialijs modis, procurando etiã, vt intelligant vicini, se retinere talem vxorem inuitam, & ob causas iustas, ac necessarias, ne suspicentur ipsum patrocinari adulterio vxoris. Ita Villalob. *sup. num. 6. Filiuc. tom. 1. tract. 10. par. 1. c. 10. n. 389. in fin. Sanch. sup. n. 13. & alij.*

5 Ex dictis infero cum Sanchez *vbi sup. disp. 13 n. 16.* dato quòd ambo sint adulteri, sed adulterium viri est occultum, vxoris verò publicum, taliter, quod daretur scandalum, si vir non dimitteret vxorem, teneri virum seruatis supradictis, ad illud vitandum, dimittere vxorem per aliquod tempus, nec ad id obstat, virum esse adulterum, nã non dimittit illam in perpetuum, sed pro aliquo tempore.

6 Inferitur etiam, virum non teneri denegare alimenta vxori adulteræ; nam ex concessione horum non oritur scandalum, & ex denegatione illorum fieri potest ipsa deterior, si caret parëtibus, aut alia persona, quæ possit illi aliméta præstare.

7 Dico quartò, vxor non tenetur dimittere virum adulterum persistentem in adulterio: tum quia vxor est subdit viri, atque ita si dimitrat, non erit spes correctionis, sed potius peioris mali: tum, quia ex eo vir tenetur vxorem in adulterio persistentem dimittere, quia ex retentione illius oriri solet scandalum, quæ ratio cessat in vxore respectu viri, nam omnibus constat, vxorem esse zelotypam, nec habere potestatem cohibendi viros, vt pluribus Sanchez *loco citato, & communiter DD.* Nihilominus tamen tenetur vxor præcepto correctionis, sicut ceteri, si adest spes emendæ. Bonacio *supra num. 13. versic. Hinc patet.* qui cum Sa, & Ledesma addit rarò teneri vxorem innocentem negare debitum viro adultero, vt ipsum corrigat, quia vt plurimum denegatio debiti erit occasio maioris mali.

8 Sed quæres an coniunx innocens teneatur reconciliare sibi coniugem adulterum. Respondeo negatiue, ita communis cum D. Thom. *in 4. dist. 35. quest. vnic. artic. 4. ad 2. ex cap. ad monere 33. q. 2. cap. de benedicto 32. q. 1.* Vnde et si adulter egerit penitentiam potest ab innocente coniuge accusari: solum enim tenetur ex charitate reconciliare eum, quantum ad animum, & interiorè beneuolentiam, deposito odio, & praua voluntate, non verò quoad pœnas à iure impositas adulteris: vnde sancti, qui aliquando dicunt virum teneri reconciliare sibi vxorem adulteram, intelligèdi sunt de debito honestatis, & quoad recòciliationem interiorè, iuxta Gloss. *cap. si vir de adulterijs.* Licet tamen coniugi innocenti reconciliare sibi adulterum respicientem, & emendatum, vt omnes fatentur, *in dict. cap. si vir de adulter. cap.*

quod autem, & sequenti, 32. quest. 1. nam cum diuortium sit concessum in fauorem innocentis, potest iuri suo cedere, & admittere adulterum emendatum, non solum semel, sed sæpè, iuxta illud Matth. 18. *Non dico tibi septies, &c.* hoc autem intellige, modò non teneatur adulterã dimittere, iuxta superius dicta. Vide Sãch. *lib. 10. disp. 3. Coninch disp. 35. dub. 2. & Bonacin. q. 4. de matrim. par. 5. num. 16. & 17.*

**Dub. 4. An coniunx innocens possit facere diuortium propria autoritate.**

1 Dico primò, quando innocens est moraliter certus de adulterio, eo ipso est liber à redditione debiti, & potest ab eo separari quoad torum ante iudicis sententiam, etiam si adulterium sit occultum, Syluest. *verbo diuortium, q. 8. Sanch. lib. 10. disp. 32. num. 5. & communis cum S. Thom. in 4. dist. 35. q. vntc. artic. 3.* Ratio est, quia in matrimonio tacite inest conditio, vt seruanti fidè, fides etiam seruetur, & non seruanti, quòd etiam non seruetur, at conditio in pacto apposita, si nõ seruatur, tribuit libertatem paciscenti recedendi ab obligatione præstita in illo pacto; cum ergo non seruire fidem frangenti illã non sit pœna, sed conditio, ideo incurritur ante iudicis sententiã. Dixi, *moraliter certus*, nam si solũ est dubius de adulterio, non potest negare debitum, quia alter possidet, & in pari causa potior est conditio possidentis, sufficit autem ad moralem certitudinem violèta præsumptio, Villalob. *1. p. tract. 25. diff. 3. n. 1.* Hinc inferunt DD. non teneri innocentem, data certitudine morali adulterij alterius, reddere debitum, etiam si à iudice compellatur per censuras, quando adulterium est occultum, & illud non potest innocens probare; quia iudex fundatur in falsa præsumptione, ideo non tenetur innocens in conscientia obedire, sed bene in foro externo ratione scandali; at hoc semoto, nec tenebitur obedire quoad habitationem, etiam Hurtado *disp. 11. diff. 6. num. 23.*

2 Dico secundò, si adulterium sit notorium, ita vt nulla possit tergiuersatione celari: *quo era ninguna manera se pueda encubrir, como si fuesse la adultera a casa del adultero.* potest innocens propria autoritate facere diuortium, & separari ab altero quoad torum, & quoad habitationem, vt docent Syluest. *supra, Sotus dist. 30. quest. unica, artic. 3. conclus. 2. Filiuc. supra num. 387. & cum alijs Villalobos loco citato, num. 3. versic. Esta.* & deducitur aperte *ex cap. significasti de diuortio*, vbi dicitur: *Si notorium est, mulierem ipsam adulterium commississe, ad recipiendam præfatus vir cogi non poterit.* Et ratio est, quia huiusmodi notorium æquiualeat scientiã, & remouet omne scandalum; requiritur autè hæc notorietas de iure naturali, quia cum coniunx adulter sit in pacifica possessione, vt ab illa priuetur ab innocente, sibi que hæc publica pœna inferatur, æquum est, ita esse notum, vt oculis omnium pateat. Nec obstat quòd dicitur *cap. porro de diuortio*, vbi dicitur: *Etiam si pœnzelata esset publica, & notoria, ab (que iudicio Ecclesie) ab ea separari non potuit, nã ibi agitur de dissolutione quoad vinculu matrimonij, propter aliquod*

impedimentum dirimens : hic autem non de dissolutione quoad vinculum, sed quoad torum, & habitationem tractatur, ideoque in notorijs non requiritur ad id iudicis autoritas, ita citati cum Sanch. lib. 10. *dispusat.* 12. num. 38.

3 Dico tertio, potest innocens quando adulteriū est moraliter certū, diuertere quoad habitationē, etiā in foro cōscientiæ propria autoritate, absq; iudicis sententiā, secluso scādalo, ita Sot. *vbi sup.* §. circa 2. *conclus.* Nau. c. 22. n. 23. Henr. lib. 11. cap. 17. n. 2. Filiuc. *tom.* 1. *tract.* 10. p. 1. c. 10. n. 386. Villalob. *loco cit.* n. 4. Hurtad. *vbi sup.* n. 22. & cū alijs Sanch. lib. 10. *disp.* 12. n. 31. & ex Canonistis Abb. c. *fin.* de adulter. n. 6. & probatur primo, ex cap. *dixit Dominus* 32. q. 1. vbi dicitur : *Vbicumq; fornicatio est, vel fornicationis suspicio, libere dimittitur vxor vbi verbum, libere,* denotat non requiri sententiam iudicis: intelligendum tamen, vbi est violenta præsumptio, seu suspicio, quæ æquiualeat morali, certitudini. Probatur secundo, quia Matth. 5. & 19. dicitur licitam esse dimissionem, ob fornicationem, nec distinguitur de occulta, nec de notoria. Tertio, quia in foro conscientiæ licet negare debitum adultero occulto, ergo etiam licebit negare habitationem. Quarto, quia vt ait Hurtado *supra*, nullo iure positiuo prohibetur fieri absque licentia, nam cap. *porro de diuort.* iam diximus loqui de separatione quoad vinculum, & cap. *porro*, & cap. *significasti de conuers. coniugatorum.* distinctio de occulta, & de notoria fornicatione, intelligenda sunt, quoad forum externum, modo vt *infra*, Filiuc. cum Sanch. Nauarr. & Soto *locis citatis*. Procedit hæc conclusio, etiam quando scēntia dat iustam causam diuertendi, vt contra Basil. lib. cap. 23. num. 7. docet Hurtado, imò potest extendi ad omnes casus, in quibus licet diuertere, nam eadem est in omnibus ratio.

4 Dixi, *secluso scandalo*, quia si hoc insequeretur, non liceret propria autoritate diuertere, vnde si matrimonium esset clādesinū posset propria autoritate, quia cessat scandalum : cessaret etiam scandalum, etiam quando matrimonium est publicum, & adulterium secretū, si vir migraret in Prouinciam, vbi matrimonium ignoratur. Dixi, *in foro conscientia*, nam in foro externo, seu iudiciali non permittitur dimissio facta propria autoritate, ideoque si adulter petat, vt restituatur ad habitationem, est restituendus, & non admittetur exceptio innocentis ob adulterium occultum, donec cōiunx dimissus non restituatur, quia restitutione facta, agatur de exceptione, & si in probatione defecerit innocens, cogetur perseverare in matrimonio, de qua re fuse Sanchez *disp.* 12. à numer. 14. Quod si adulterium sit notorium, non fiet restitutio, vt constat ex cap. *significasti de diuortio*, bene si est occultum, quāuis statim offeratur probatio parata, vt bene Couarr. 4. *decretal.* 2. p. c. 7. §. 5. & cum eo Hurtad. *sup.* n. 22.

5 Ex hac cōclusionē sequitur, licere innocenti in foro conscientia, negare adulteræ alimenta, & priuare omnibus, quæ vt maritus debet vxori prestare, de quo Sanch. lib. 10. *disp.* 8. n. 25.

6 Sequitur etiam, omnia quæ dicta sunt de viro respectu mulieris adulteræ, intelligenda esse de vxore innocente respectu viri adulteri, nam vt *supra* dictum est, quoad hoc sunt paræ.

7 Sed quæres, qualis notitia requiratur, vt innocens possit in conscientia diuertere. Respondeo, requiri notitiam certam moraliter : quod requiratur certa moraliter patet, quia in dubio non potest coniunx priuari sua possessione : quod sufficiat, quod moraliter sit certa, patet, quia scientia physica per visum non est necessaria, eo quod hæc in hac re difficillimum sit haberi, vnde sufficit moralis, per ea iudicia, quæ in foro externo sufficerent ad probationem : hinc est, quod non sufficiat quæcumque suspicio, sed saltem debet esse violenta, qualis esset, ex cap. *litteris de præsump.* si solus cum sola, præsertim nuda, in eodem lecto visus sit : item in locis secretis, latebris commodis, & horis electis, vel similes. Ex solis autem oculis, amplexibus, &c. si alia adminicula non concurrant, non fit suspicio violenta, ex cap. *solicitatores de po. n. d.* 1. c. l. 1. ff. *de extraordin. in crim.* multò minus sufficiunt xenia, & verba amatoria, satis autem esset confessio adulteri, de quo plura Sanch. lib. 10. *disp.* 12. à n. 40.

#### Dub. 5. In quo aliqua de diuortio propter adulterium resoluuntur.

1 QVæres primò, vtrum adulter factio diuortio habeat actionem repetendi innocentē, qui lapsus est in adulteriū post diuortium, seu an detur tunc compensatio vnus adulterij cum altero.

Dixi, *si innocens post sententiam adulteretur*, nam si id contingat ante sententiam diuortij, iam dictum est *dub.* 2. *casu* 1. dari compensationem, quæstio ergo procedit si innocens cōmittat adulterium post latam sententiam diuortij, D. Bonau. in 4. *dist.* 35. *artic.* vnic. q. 5. Couarru. 4. *decret.* 2. p. c. 7. §. 6. num. 5. Nauarr. *consil.* 1. *de diuort.* lib. 4. & alij, apud Sanch. lib. 10. *disp.* 9. num. 27. quos sequitur Villalob. 1. p. *tract.* 15. *diff.* 5. n. 4. existimant tunc habere adulterum ius repetendi vxorem, quæ post sententiam diuortij adulterata est, quia tunc compensantur delicta : & quia adulter per sententiam solum amittit ius, dum alter manet innocens, & non adulteratur. D. autem Thom. in 4. *distin.* 35. *quæst.* vnic. *artic.* 6. ad 4. Sotus *dist.* 36. q. vnic. *artic.* 6. ad 1. Henriq. lib. 11. c. 17. n. 3. Sanch. *sup.* n. 30. Filiuc. *tom.* 1. *tract.* 10. p. 1. c. 5. n. 377. & cum Bonac. q. 4. *de matrimonio punct.* 5. n. 19. docent in hoc casu non dari cōpensationem, nec habere adulteriū ius ad repetendū eū, qui post sententiam diuortij lapsus est in adulteriū : probatur primò, quia res iam transit in iudicatum, nec est retractandū, quod semel bene fuit definitū, c. *quod bona* 6. q. 4. Secundo, quia sententia diuortij nō fertur sub cōditione in fauorē rei, sed absolutè fertur in ipsius odiū. Tertio, quia sententia diuortij absoluit innocentē à debito societatis coniugalis, soluitque matrimonium quoad ius torij, & habitationis, manente vinculo: vnde si innocens postea fornicetur, erit reus adulterij in ordine ad Deum, non tamen peccabit aduersus coniugem dimissum, nec illi iniuriam infert, quia per sententiam est priuatus iure in corpus alterius. Nihilominus tamen addunt Doctores huius sententiæ, posse iudicē, ex officio suo eos reconciliare, & cogere ad reconciliationem ad vitanda pericula in-

continentiæ; nam sententia diuortij non abstulit ius superiori, & quia delictum superueniens præiudicat rei iudicatæ ad animæ salutem. Imo tenetur id facere Prælati tanquam Pastor animarum, quando adest scandalum, & manifestum periculum incontinentiæ. Gloss. in cap. Apostolus, verb. viro 32. q. 2. Abb. cap. fin. de diuort. n. 5. Syluest. diuortium, q. vlt. Sotus, Filiuc. & Bonac. & alij citati pro hac sententia, quam reputo probabiliorem ob rationes dictas, modo explicato.

2 Sequitur ex dictis, fornicantem post diuortij sententiam, non teneri admittere alterum a se dimissum, donec per Ecclesiam compellatur. Secundò, nec teneri fateri crimina corâ iudice, nisi iuridice interrogatus, quòd si tunc neget, & falsis testibus se defendat, nõ propterea tenetur redire in foro cõscientiæ, vt pluribus Sanch. lib. 10. disp. 8. n. 14. Tertio, si coniux innocens mutauerit statum, quia professus est, aut iniciatus Ordine sacro, & postea fornicatur, non potest reddi adultero relicto, neque officio iudicis, quia iam Monasterium est ius acquisitum, quod non debet amittere ob delictum Monachi, Gloss. in cap. veniens, verbo sponsæ, de conuers. coniug. Idem dico, si post sententiã & ante professionem fornicatus sit, vt pluribus Sanchez disp. 9. n. 35. Idem etiam dicendum, si suscepto Ordine sacro innocens fornicatus fuerit, Villalob. sup. n. 6. cum Sanchez loco citat. n. 34. qui n. 37. resoluit, quando vir ob adulterium vxoris acquisiuit illius dotem per sententiam, & postea vir fornicetur, non recuperare vxorem dotem amissam, sed tantum ex officio posse iudicem reconciliare coniuges.

3 Hæc autem quæ dicta sunt, procedunt, tam in viro, quàm in vxore, quia in hoc sunt pares.

4 Quæres secundò, an detur mutua compensatio in adulterio quantum ad acculationem, & poenas ciuiles, ac criminales: de ijs, quæ spectant ad hanc quæstionem, late Sanchez lib. 9. disp. 3. quæst. 1. 2. & 3. vide ibi, quia magis ad forum externum, quàm internum spectant, vbi etiã agit de poenis ciuilibus, & criminalibus adulteris impositas, vide etiam leges turæ Prouinciæ, & in nostro Regno Valentino, titul. de adulter. & titul. siue rubrica, si nupsit virgo for. 3. & 4. vbi vxor adultera punitur amissione dotis, & omnium, quæ ei obueniunt ratione mariti. Quid autem circa hoc dispositum sit in Regno Castellæ, vide Villalob. 1. p. tract. 15. diff. 5. n. 1. & 2.

5 Quæres tertio, an innocens possit cogere adulterum ad reconciliationem. Respondeo affirmatiue, modò statum alter non mutauerit. Probat, quia innocens per sententiam diuortij nõ est priuatus iure in corpus alterius, alioquin sententia data potius prodesset reo, quàm obesset: & confirmatur, quia solus adulter damnatus est; ergo remanet innocenti ius illæsum, & integrum, Gloss. ex cap. literis, verbo redire de diuortio. ibi Abb. in fine, Syluest. verbo diuortium, quæst. 10. Filiuc. tom. 1. tract. 10. part. 1. cap. 5. num. 381. & Sanchez lib. 10. disput. 10. num. 3. Nec necesse est ad hoc, vt iudex retractet sententiam, nam fuit data in fauorem innocentis; quare vt licite possit eo vti, satis est velle eo fauore vti: ita etiã Hurtad. disp. 11. diff. 8. num. 26. & Villalob. 1. p. tract. 15. diff. 7. n. 16.

6 Dixi, modò alter non mutauerit statum, nam si alterius status mutatus est, vt si innocens iam professus est, vel iniciatus Ordine sacro, tunc hic non habet ius ad reconciliandum adulterum, quia per assumptionem status immutabilis abdicauit a se ius matrimonij: vnde adulter tunc poterit profiteri, si velit; non verò si innocens tantum votum castitatis emiserit, aut tantum minores susceperit: si verò adulter velit Religionem ingredi, siue ante latam sententiam, siue post, nõ potest inuito innocente, quia vt dictum est, innocens ob sententiam non est priuatus iure suo in corpus alterius; vnde si ingrediatur, poterit reuocari, etiam post professionem: pater, quia cum teneatur illi reconciliari, si id petat innocens, ideo non potest profiteri in alterius præiudicium, Gloss. in dict. cap. ex literis de diuort. verb. redire, Syluest. diuortium quæst. 10. Sanchez disp. 10. num. 12. & alij. Verumtamen quoad hoc, vt possit adulter ingredi Religionem, factò diuortio, sufficeret interpretatiua, seu tacita licentia innocentis, vt si innocens sciat, adulterum post diuortij sententiam velle ingredi Religionem, nec contradicat. Item, si lata sententia innocens monitus nolit sibi adulterum reconciliare: in ijs casibus poterit adulter mutare statum profitendo, nec poterit deinde reuocari. Ita Sanchez supra num. 14. Villalobos loco citato n. 6. Bonacin. quæst. 4. de matrimonio puncto 5. num. 23. & Filiuc. supra num. 382. vbi docet, non censeri tacitam licentiam, eo quod innocens persistat in sententia diuortij; non enim tunc præsumitur innocens velle dare alteri facultatem, ideo non est innocens priuandus iure suo absque ipsius licentia. Adde, quando factò diuortio coniux adulter de licentia innocentis ingressus est Religionem, aut suscepit Ordines sacros, non teneri innocentem in sæculo manentem, ingredi Religionem, aut votum castitatis emittere. Similiter quando innocens, factò diuortio, ingreditur Religionem, aut sacris iniciatur, adulter manens in sæculo non tenetur ingredi Religionem, nec emittere votum castitatis, nam id nullo iure cauetur, nam cap. sane, & cap. significasti de conuers. coniug. tantum loquuntur, quando matrimonium est integrum, & illesum, non verò quando factum est diuortium.

7 Quæres quartò, an innocens possit adultero inuito transire ad Religionem, vel Ordines sacros suscipere.

8 Respondeo, & dico primò, post latam sententiam diuortij potest innocens transire ad Religionem, est certum, & commune, cap. constitutus, cap. veniens de conuers. coniug. & cap. Agatosa 17. q. 2. quia adulter ob adulteriũ amisit ius, quod habebat in corpus alterius innocentis: quo in casu nõ est necesse, vt adulter ingrediatur Religionem, vt dictum est q. 3. in fin. A fortiori ob eandem rationem innocens poterit emittere votum castitatis, inuito adultero, vide Sanch. lib. 10. disp. 11. n. 2.

9 Dico secundò, ante sententiam iudicis, si diuortium est notorium, vt quando constat publicè habitasse cum adultero, potest innocens ingredi Religionem, Sanchez supra num. 10. Filiuc. num. 383. Villalobos loco citato, & alij, quia si adulterum est notorium, fieri potest diuortium propria autoritate, vt dictum est, absque pericu-

lo restitutionis. Ratione tamen scandali, aut detrimenti Religionis, aut Ordinis sacri, quam etiā suscipere tunc possit, regulariter debet præcedere sententia iudicis, alioquin petens Ordinem, vel Religionem debet fateri veritatem, scilicet se esse coniugatum, vt cum Nauarr. & alijs docet Sanch. *supra num. 12.* quod si taceret, se esse coniugatum valeret nihilominus professio, nisi esset aliquod statutum in Religionē irritans talem professionem; quod etiam verum est in casu, quo innocens ob adulterium occultū diuortium celebrasset, & professionem emisisset, nisi enim sit statutum irritans, valeret etiam tunc professio, vt pluribus Sanchez *num. 14.* & cum eo Filiuc. *supra num. 383. in fin.* Aduertendum tamen, etiā valida sit professio innocentis inuito adultero, etiam occulto, vt tenent Sánchez, & Filiuc. *supra*, & Hurtado *disp. 11. diff. 8. num. 25.* consulendum tamen est, ne id fiat, etiam si adulterium sit notum, nisi sit lata sententia diuortij, vt bene Villalob. *tract. 15. diff. 7. num. 4.* quia si vxor innocens petat virum adulterum, est à iudice restituendus, quod cedit in detrimentum Ordinis, & Religionis.

10 Dico tertio, innocens potest inuito adultero, eodem modo promoueri ad Ordines, quo diximus posse ingredi Religionē, ita DD. citati. Ratio est, quia coniux adulter priuatus est omni iure, ideoque licebit alteri profiteri, aut sacris initiari. Ita fere communis apud Sanchez *lib. 10. disp. 11. n. 16.* quo in casu vxor adultera in saculo relicta non obligatur ad vouendam continentiam, ex *cap. coniugatus de conuers. coniug.* vel mortuo coniuge abstinere à secundis nuptijs; nam hæc intelligenda sunt, quando de ipsius licentia, matrimonio integro, & illæso, vir sacros suscipit Ordines: oppositum tamen tenent Hostiens. Innocent. Gutierrez. & alij apud Sanchez, & Villalob. *vbi supra*, fundantur, quia in *cap. constitutus, de conuers. coniug.* dicitur cuidam initiato Ordine sacro absque vxoris licentia conscientia remordisse, huic respondet DD. pro prima, & vera sententia, vanum fuisse scrupulum, vide Sanchez *sup. Filiuc. tom. 1. tract. 10. p. 1. cap. 10. n. 384.* & Villalobos *1. part. tract. 15. diff. 6. num. 3.* vbi proponunt, & soluunt argumenta oppositæ sententiæ: debet tamen innocens, vt licitè possit sacris initiari, seruare ea, quæ ad Religionem ingrediendam seruanda esse diximus *quæst. hac dicto 2.*

11 An liceat coniugi innocenti transire ad Religionem, vel Ordines sacros, quando sit diuortij ob alia crimina ab adulterio, infra, vbi de illis agemus.

### Dub. 2. An liceat diuortium facere ob crimen hæresis, & apostasiæ.

**S** Vppone tanquam de fide, licere diuortium ob alias iustas causas distinctas à fornicatione carnali, seu adulterio, ita definitum est à Trident. *sess. 24. de matrimon. Cap. 8.* ibi: *Si quis dixerit Ecclesiam errare, cum ob multas causas, separationes inter coniuges quoad torum, seu quoad cohabitationem, ad certum, incertumve tempus fieri posse decernit, anathema sit.* Nec obstant illa verba Christi Marth. 19. *excepta fornicationis causa.* Nam Christus assignauit

causam petitam ex ipsa natura, & ratione coniugij, quo pacto illa sola est: ac pollutelle aliæ causa ratione personarum, quæ sine perniciosa alteri coniugi, vt est hæresis, & aliæ, de quibus infra: secundo responderi potest, illa verba Christi verificanda esse pro illo tempore, quo dicta fuerit, quia tunc non erat licitum dimittere vxorem inuitam ob aliam causam ab adulterio, quia ad id nullū ius positium extabat: ideo tunc solum licebat dimittere ob adulterium. Villalobos *1. p. tract. 15. diff. 8. n. 2.* vide Bellarmin. *lib. 1. de matrim. c. 14.*

2 Dico primo, hæresis, vel apostasia est vna ex causis, ob quas licitum est diuortium: est communis omnium ex Sanchez. *lib. 10. disp. 15. num. 3.* Patet ex *cap. fin. de conuers. coniug. cap. quanto de diuort. cap. non solum, cap. idolatria 28. quæst. 1.* & nouissime ex Trident. Fundatur in periculo peruersionis coniugis Catholici, vt dicitur in *c. 2. de diuort.* neque necesse est periculum esse imminens, semper centetur periculum sufficiens, eo quod hæresis, vt cancer serpit, Sotus *dist. 37. q. vnic. ar. 4.* & alij: licitum autem est diuortium hoc, non modo quoad mutua obsequia, & habitationem, sed etiam quoad reddendum debitum, vt colligunt DD. ex *c. 2. de diuort.* Imò non solum licet, sed etiam tenetur coniux innocens diuertere, nisi velit alter resipiscere: potest autem Catholicus diuertere tunc propria autoritate, vt ex alijs docet Filiuc. *sup. n. 396. in fin.* licet autem Catholicus diuertere iure naturali, nam ius naturale concedit ius vitandi periculum animæ: tum etiam iure Ecclesiastico, a quo datur facultas Catholico, post latam sententiam non redeundi, etiam si hæreticus emendatus sit, quod potuit facere in pœnam delicti, etiam si cesset periculum.

3 Dico secundo, si hæreticus resipiscat ante sententiam iudicis, tenetur Catholicus cum eo reconciliari, vt pluribus Sanchez. *lib. 10. disp. 15. num. 9.* quia cessat periculum, non tamen tenetur post sententiam illum admittere, & hoc in pœnam iuste ab Ecclesia illatam, ob criminis grauitatem; ita citati & communiter Doctores. Hinc patet differentia inter fornicationem, seu adulterium, & inter fornicationem spirituales, seu hæresim, quia in adulterio ad diuortium satis est vnus actus, nec oportet expectare correctionem; at in spirituali, seu hæresi non sat est vnus actus, si coniux est corrigi paratus. Secundo, quia in carnali non tenetur innocens admittere adulterum, quamuis pœnitentem; in spirituali verò tenetur, si nondum sententia est lata, Filiuc. *tom. 1. tract. 10. p. 1. c. 10. nu. 396.* & 397. Villalob. *sup. n. 3. c. 4.* & alij. Liberum tamen est Catholico, si velit, post sententiam reuerti ad hæreticum si sit correctus, sicut diximus in adulterio: vt autem Catholicus possit diuertere, satis est, coniugem alterum declarari per sententiam esse hæreticum, nam hoc diuortium est in pœnam, quæ statim habet locum post declarationem, Fil. *sup. n. 398.* vide de ijs Sánchez. *lib. 10. disp. 25.*

4 Dico tertio, quando coniuges iudicio Ecclesiæ sunt ob hæresim separati, coniux Catholicus potest ingredi Religionem, *c. fin. de conuers. coniug.* quamuis hæreticus sit emendatus; quia post sententiam latam innocens est in perpetuum solutus à toro, & cohabitatione cum illo hæretico: potest etiam Catholicus ob eandem rationem post latam sententiam

sententiam manere in sæculo, & sacris initiari, vt dictum est de adulterio, & tanquam probabilius docent Couarr. 4. decretal. 2. p. c. 7. §. 5. n. 5. Sanchez lib. 10. disp. 15. num. 19. Hurtado disput. 11. diff. 8. n. 27. Villalobos tom. 1. tract. 15. diff. 8. n. 6. contra Henriquez, & aliquos apud Villalobos sup. n. 7. Sed nostra sententia expresse colligitur ex c. de illa de diuort. ibi: Si vero iudicio Ecclesia ab eo recessit, ad recipiendum eum nullatenus dicimus compellendum, & ex c. fin. de hæretic. in 6. vbi Catholicus coniunx absoluitur ab omni obsequio, & cohabitatione cum coniuge hæretico: ipse autem coniunx hæreticus, etiam post sententiam diuortij, nõ potest mutare statum ingrediendo Religionem, aut suscipiendo Ordines sacros, inuito innocente: bene verò de ipsius licentia, vt diximus de adultero respectu innocentis, & docent Sanch. sup. num. 26. Villalob. n. 8. Filiuc. n. 398. in fin.

5. Dico quartò, coniunx Catholicus per copulam habitam cum hæretico ante sententiam non censetur condonare hæretico coniugi ius diuertendi, quia Catholicus ante sententiam non habuit ius separandi se ab alio in perpetuum, sed ad aliquod tempus, & hoc ad euitandum periculum, hoc autem Catholicus ob hanc causam non potest condonare; si autem copula sit post sententiam, tunc est condonatio, nisi animus esset non condonandi, aut nisi condonaret, credens se teneri ad condonandũ, quia nihil magis contrarium volũtati, quàm error, de quo pluribus Sanchez supra lib. 10. disp. 15. num. 26.

6. Sed dicēs, an detur compensatio in adulterio spirituali. Respondeo, si vterque incidit in hæresim, non datur compensatio, nam qui non est damnatus de hæresi, potest diuerrere à damnato, & recõciliari cum eo; qui autem damnatus est, non potest à non damnato recedere, nisi ad tempus, dum non conueritur, & tenetur redire ad emendatum, donec condemnetur: post sententiam autem vterque potest diuerrere altero inuito, donec mutuo consensu ambo reconcilientur. Nec potest fieri compensatio adulterij cum hæresi, quia hæresis ante sententiam non est sufficiens causa diuortij, nisi ad tempus, dum videlicet hæreticus non respiscit, postquam autem est emendatus, tenetur illum adulter recipere. Quare hæreticus ante sententiam potest diuerrere ab adultero, adulter verò non ab illo, nisi ad tempus. Quòd si loquamur de hæretico post sententiam, Syluest. verb. diuortium q. 11. §. 12. & Canonistæ in c. fin. de conuers. coniug. tenent posse fieri compensationem hæresis cum adulterio; verius tamen videtur, hæreticum non posse vti adulterio pro compensatione, quia hæretico diuortium est in pœnam hæresis, at adulterium alterius non tollit pœnam hæretici: sunt enim distinctæ causæ diuortij, & hæresis, nam si adulter vult separari ab hæretico, is nõ potest adulterẽ obijcere adulterũ, quia est priuatus in pœnam hæresis: si autem hæreticus condemnatus, & gremio Ecclesiæ restitutus vult à Catholico diuerti propter adulterium, non potest innocens obijcere pœnam diuortij, quam incurrit ob hæresim, nam pœna hæretici non tollit pœnam adulterij, vt pluribus Sanchez lib. 10. disp. 10. & cum eo Villalob. 1. p. tract. 15. diff. 9. & Filiuc. tom. 1. tract. 10. p. 1. c. 10. n. 399.

Dub. 7. An liceat diuerrere ob alia crimina.

1. Dico primò, quando alter coniunx inducit alterum ad peccandum, aut quando nequit habitare cum illo sine graui animæ periculo, potest durante periculo, ab altero separari. S. Thom. in 4. dist. 39. quest. vnic. artic. 6. ad 3. & communiter DD. quia iure naturæ cuique licet cauere periculum, tam corporis, quàm animæ: & confirmatur, quia licet diuerrere à coniuge leproso, si timeatur infectio corporis, ergo multò magis si timeatur infectio animæ. Nec obstat c. de diuort. vbi tantum id videtur concedi in diuortio ob hæresim, quia textus ille solum videtur attendisse ad id, quod regulariter contingit inter coniuges: quisque enim magis inclinatur ad trahendum aliũ in suam sectam, & multò magis coniugem; quod non contingit in alijs virijs. Syluest. diuort. q. 1. c. 6. Nauarr. c. 22. n. 22. Sotus dist. 39. q. vnic. art. 4. cum alijs Sanchez lib. 10. disp. 17. n. 5. Filiuc. tom. 1. tract. 10. p. 1. c. 10. n. 401. & alij.

2. Hinc patet, esse iustam causam diuertendi, crimina sequentia: primũ, si vir sit leno suæ vxoris: secundũ, si vir admittat domi viros, qui eo absente ipsam vxorem sollicitent: tertium, si alter habitare nolit, nisi alter latrocinium exerceat: quartum, si vir alimenta subministrat ex rebus furto ablati, & similia: in his ergo casibus potest innocens coniunx separari ab altero, ad quod non requiritur sententia iudicis, ex c. idolatria 28. q. 1. hæc autem separatio, seu diuortium non est perpetuum, sed tantum ad tempus, dum scilicet durat inductio ad peccandum, quia tantum ob periculũ excusatur coniunx à cohabitatione cum altero, proinde eo periculo cessante reuerti debet ad cohabitationem, ita Hurtado disp. 11. diff. 5. n. 10. DD. citati, & alij communiter. Circa inductionem autem ad peccandum aduerte, non requiri, quòd peccator per vim inducat ad peccandum, sed sufficit, quòd moraliter, & absque vi inducat, & quòd alter ob fragilitatem timeat casum, Villalob. 1. p. tract. 15. diff. 10. n. 1.

3. Dico secundò, excepto crimine adulterij, & hæresis, de quibus supra, quantumuis vir sit valde vitijs deditus, & implicatus, si non conatur alterũ peruertere, & ad peccandum inducere, innocens non potest à deprauato peccatore diuerti, est commune. Limita, nisi sit spes probabilis, vt mulier vitijs alijs à prædictis implicita corrigeretur, si vir decedat ad tempus à consortio maritali, tunc posset recedere, imò teneretur ob correctionem fraternam. Idemque ex charitate posset facere vxor respectu viri vitiosi, existente spe probabilis conuersionis eius, & non magno incõmodo suo, licet regulariter maior obligatio sit in viro respectu vxoris, quam è contra Filiuc. sup. n. 400. Villalob. loco cit. diff. 10. n. 4.

Dub. vltimum, An liceat diuortium ob seuitiam.

1. Dico primò, quando seuitia coniugis tanta est, vt absque graui periculo non possit, cum



cum eo habitare, donec detur cautio sufficiens securitatis, est sufficiens causa ad diuortium faciendum, ita definitum est *cap. literas de restitut. spoliat. & cap. ex transmissa eod.* & docent Sanch. *lib. 10. disp. 28 Filiuc. tom. 1. tract. 10. p. 1. c. 10. num. 402. Villalob. tom. 1. tract. 15. diff. 11. n. 1. & cum alijs Bonac. q. 4. de matrim. punct. 5. n. 25. & DD. communiter. Quod verum est, vt iidem DD. docent. Primò, etiam si alter coniux causam dederit scuitiæ in altero, vt si vxor adulterium commisisset, ob quod velit vir eam veneno necare, vel alio modo: tunc enim liceret diuertere, quia coniux, propria autoritate, etiam tunc nequit iuste tantum malum inferre, etiam ob grauissimam culpam. Secundò, aequè militat in viro respectu vxoris, & vxoris respectu viri, quando vir non posset cauere ab insidijs vxoris, sylvest. *verò diuortium. q. 6. & cum alijs Sanch. sup. n. 8* in casu ergo, quo licet diuortium ob scuitiam, non faciendū est autē omnia restitutio coniugis, qui ob eam diuertit, quia posset illi sequi damnum irreparabile: est tamen scuitia in continentem probanda, alioqui restitueret alteri coniugi: at si periculum sit in moræ, & non esset facilis aditus ad iudices, licebit propria autoritate discedere, nisi detur ab altero cautio sufficiens, vide Sanch. *ubi sup.**

2 Dico secundò, malum, quod ob scuitiam timetur, debet esse graue, cuius metus cadat in virum constantem, ita citati, & communiter DD. Ratio est, quia diuortium est res grauis, ideo requirit timorem rei grauis, vel grauem metum mali inferendi, non enim in iure habetur ratio timoris leuis. Sufficiunt ergo primo ad hoc diuortium, non solum periculum vitæ, sed etiam molesta cohabitatio, graues discordiæ, & frequentia iurgia. Secundò, minæ non sunt satis, nisi solitus sit eas exequi. Tertio, non est satis verberatio, si leuis sit, siue fiat cum causa, siue sine illa; si autem esset grauis, & sine causa, sufficeret, minimè verò si cum causa, & sit moderata, & domestica ad correctionem, non acris, & condigna delicto, hæc enim non ad virum, sed ad iudicem spectat. Quarto, nec sufficeret acris verberatio præterita, præsertim ex insolita ira facta, nisi timeretur probabiliter alia futura. Quintò sufficit, coniugem esse acrem, & excedentem limites marito concessos; vnde non semper est necesse, adesse periculum mortis. Sextò esset iusta causa diuertendi, si vir extorqueret vi debitum, in casu quo vxor non teneretur, vt ob infirmitatem; at si causa esset leuis, habet maritus ius ad exigendum; denique furor non dat iustam causam diuertendi, si absque graui periculo cohabitare potest: fecus quando graue periculum instaret. Idem dic de ebrietate in alterutro, vt pluribus Sanch. *lib. 10. disp. 18. n. 18. & cum eo Filiuc. loco cit. n. 403. & Villalob. sup. n. 3.*

3 Dico tertio, timor futuræ scuitiæ, & malæ tractationis satis esse posset ad diuertendum, & petendam cautionem securitatis. Couarr. *de matrim. p. 1. c. 7. S. 5. n. 2. Lopez 2. p. instruct. cap. 54. Filiuc. sup. n. 404. & cum alijs Sanch. loco cit. nu. 20.* quia tunc potest imminere periculum grauis mali, cuius metus cadit in constantem virum. Vnde sufficit ad diuertendum præter adulterium: primò, si vir domi teneat concubinam, quia concubina solet insidiari vitæ vxoris, & est causa discordiæ: idē

dic, si eam extra domum habeat, si attentis circumstantijs immineat idem periculum, vt bene cum Villalob. *sup. n. 4.* Secundò, potest vxor fugere, quando vir est fur, & ipsa imet, iudicem eam capturum, existimantem ipsam esse complicem. Quarto sat est, si vir alijs sceleribus deditus sit, ex quibus immineat damnum vxori, aut si tentauit vxorē occidere, Sanchez *supra num. 22. & alij.* Item, è contra, si vxor est venefica, liberorum interfecitrix aut depradās viri facultates. Denique parentum scuitia, cuius coniux in culpa esset; quia videlicet eos retineat domi, satis esset ad diuertendum, & petendam cautionem, vt colligitur *ex cap. literas cap. transmissa de restit. spoliat. ibi: Vel parentes eius, & ibi Abb. num. 4. & alij, ita loco cit. vide Sanch. disp. 18.*

4 Dico quarto, coniux timens periculum scuitiæ, modo explicato *sup.* potest propria autoritate discedere a domo, aut ab ea alterum eijcere, vt docent Sanchez *lib. 10. disp. 18. num. 3. Villalob. 1. p. tract. 15. diff. 11. n. 6. & alij,* modò tamen periculum graue sit, nec possit facile ab eo liberari, aut ad iudicem recurrere, aliter non liceret, quia sequeretur scandalum.

5 Nota, quando vir non inuenit vxorem virginem, & timet ipse vir, quòd eam interficiet: aut suspicatur eam esse adulteram, non sat est ad diuortium, potest tamen ad tempus ab ea discedere: *mientras se la passa la colera,* at si re circumspecta existimat, se non posse continere, quin eam occidat, poterit ab ea discedere, credendū enim est malle ipsum virum discedere, quā vt illam interficiat. Villalobos *sup. cum Nauarr. consil. 2. n. 3. de diuort.*

6 Dico quinto, cautio securitatis, quam vxori debet vir præstare ratione scuitiæ, debet esse sufficiens secundum iuris dispositionem, *cap. literas, cap. transmissa, de restit. spoliat. & censetur sufficiens, quando exhibet pignora, aut fideiussorem; his autem deficientibus, sufficiet iuramentum, nam facile potest experiri, si illud seruabit, an non, & nemo potest obligari ad impossibile: imò et si aliam cautionem præstare posset, sufficeret solum iuramentum, modò vir esset aliàs bonæ, & timoræ conscientiæ, quod arbitrio iudicis est relinquendum, vt bene Sanch. videndus *lib. 10. disp. 18. n. 14.**

7 Dico sexto, si diuortium ob scuitiam sit absolutum, & perpetuum, licet coniugi sano, & innocenti transire ad Religionem, vel ad Ordinem sacrum, quia eadem est ratio, quæ in adulterio, & hæresi, Sanchez *lib. 10. disp. 18. n. 48. & Filiuc. supra n. 406.* quod non admittit Villalob. *sup. n. 92.* existimat enim, hoc diuortium non posse esse perpetuum; at dato quòd per iustam sententiam iudicis, omnibus bene perpensis, iudicetur hæc causa perpetua, & absolutè pronuntietur diuortium, nõ video cur non sit perpetuum, & cur non possit innocens transire ad Religionem, vel Ordinem sacrum, vt docet etiam Nauarr. *c. 12. n. 22.* si verò non sit perpetuum, sed temporale, quale communiter esse solet, tunc talis transitus non licet; vnde si sanus possit habitare cum alio, certum est, nõ posse transire ad Religionem; idem si speratur, vt coniux furens redeat ad sanitatem, vel scuitus ad pristinum statum. Nauarr. *consil. 3. de diuort. Henricq. lib. 12. cap. 15. n. 10. & Sanchez videndus lib. 10.*

*lib. 10. disp. 18. q. 3. a n. 47.* Quod si postquam diuortium per sententiam est celebratum, & coniunx sanus, seu innocens professus est Religionem, vel suscepit Ordines, contingeret, vt coniunx fuens, vel sanus rediret ad pristinam sanitatem, non est reuocandus professus, quia rite antea celebratum fuit diuortium per sententiam, vt supponimus, Filiuc. *sup.* & alij.

7 Quando verò extra diuortium liceat coniugatis ingredi Religionem, vel sacris initiari diximus *c. 8. dub. 6.* vbi de impedimentis voti, & *dub. x3.* vbi de impedimento Ordinis.

8 Sed quæres, an coniuges possint mutuo consensu diuortium facere. Respondeo certum esse, ex mutuo consensu posse separari toro, siue ad tempus, siue in perpetuum (nisi eis ex separatione periculum incontinentiæ imminet, & ei aliter occurrere non possint) quia nullo iure prohibentur, id facere: imò possunt continentiam vouere, quamuis neuter Religionem ingrediatur: patent hæc omnia ex dictis sæpè in hac materia. Nihilominus tamen ob periculum incontinentiæ, quod ex mutua cohabitatione eis potest imminere, non expedit id vouere, nisi post maturam deliberationem, & longam experientiam, qua experti sint, posse absque notabili periculo, ita viuere. Possunt etiam coniuges, saluo scandalo, & periculo incontinentiæ, ex mutuo consensu, viuere separatos quoad torum, & cohabitationem, vt nonnullos sanctos coniuges vixisse refertur, quia ad neutrum tenentur iure aliquo naturali, aut positiuo, Hurtado *disp. 11. diff. 9. n. 28.* & *30. fin.*

9 Quæres secundò, apud quem debeant filij, factò diuortio, educari, & cuius expensis. Respondeo, de iure communi Casareo, prolem esse educandam apud innocentem, Authent. *ve licent, S. illud. collat. 8.* vnde sumitur Authent. *si pater, C. de diuort. fact.* excipe nisi pater esset infidelis, tunc apud fidelem, etiam si in culpa fuerit, educandi sunt. Itè, si mulier transeat ad secundas nuptias, tunc enim apud patrem, etiam si in culpa fuerit, educandi erunt. Tertiò, si mater causam diuortij dedit, & ipsa est locuples, & pater est pauper, apud matrem sunt educandi, Sanch. videndus *lib. 10. disp. 21. Filiuc. tom. 1. tract. 10. p. 1. c. 10. n. 407.* Quoad expensas dico, si diuortium factum est culpa patris, debent apud matrem educari expensis patris, siue filij sint maiores, & adulti, aut minores triennio. Authent. *cit.* si culpa matris tunc apud patrem expensis matris. Sanch. cum alijs *sup. n. 6.* aduertit Villalob. *1. p. tract. 15. diff. 12. n. 1.* eum, qui est in culpa, non teneri ad hanc pœnam soluendam ante iudicis sententiam, sicut contingit in alijs legibus pœnalibus. Quod si diuortium factum sit absque vlla culpa vtriusque, vt quando de communi consensu sunt separati, vt caste viuant, in tali casu mater tenetur alere prolem, vsque ad triennium, & postea pater, *l. neque filium, C. de patria potest.* & hoc expensis vtriusque coniugis. Idem, dicendum quando matrimonium fuit nullum absque vtriusque culpa: at si alter extiterit in mala fide, ad ipsum spectat alere filium: & si vterque habuit malam, idem dicendum ac de alijs filijs illegitimis, Sanchez videndus *disp. 20.* & cum eo Villalob. *diff. 12. citat.*

Fuit impositus finis huic tractatui de septem sanctissimis Sacramentis, die decimo Augusti anno millesimo sexcentesimo quadragesimo secundo, in festo inuictissimi Martyris Laurentij, ad laudem, & honorem sanctissimæ Trinitatis, admirabilis Sacramenti, Beatissimæ semper Virginis, gloriosissimi Ioseph, sanctorum Ioannis, Ægidij, & Mauri Martyris, quos semper, vt Patronos habui.

F I N I S.

INDEX

Faint, illegible text in the left column, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text in the right column, likely bleed-through from the reverse side of the page.

For impollus fuis hinc ...  
die decimo Augusti anno ...  
in festo iustissimi Martiris Laurentij ...  
illiusque Trinitatis sacramenti ...  
nis gloriosissimi Ioseph ...  
Martiris, pios semper, et Patronos habet.

FINIS

INDEX

Faint, illegible text in the bottom right corner, possibly bleed-through or a separate section.

I N D E X R E R V M. E T  
 V E R B O R V M A C C V R A T I S S I M V S.  
 P R I M V S N V M E R V S I N D I C A T P A G I -  
 N A M: S E C V N D V S C O L V M N A M:  
 T E R T I V S D V B I O R V M §.

A.

**A**bsolutio an possit dari sub conditio-  
 ne. 145. 2. 4  
 Absolutio data sub conditione de fu-  
 turo, est sacrilega. ibidem. 5  
 Absolutio iterari potest. 146. 1. 6  
 Non potest impertiri absentis. 146. 2. 10  
 Non potest dari in scriptis. 147. 1. 1  
 Absolvere à casibus reservatis, quis potest? 45. 1. 1. 1  
 Absolvere potest à reservatis habens potestatem de-  
 legatam à reservatore. ibidem. 2. 4  
 Absoluedi facultas quando est delegata ab homi-  
 ne, aut ex consuetudine. 252. 2. 1  
 Absolui potest directè à peccatis reservatis Episco-  
 po, & Papæ, excepta hæresi, habens Bullam Cru-  
 ciatam, à quolibet confessario. 254. 1. 5  
 etiam si pœnitens sit Episcopus. ibidem. 6  
 Absolvere non possunt à reservatis vi iuris cõmu-  
 nis Religiosi Ordinum mendicantium. ibid. 7  
 Absolvere potest à censuris habens facultatem ab-  
 soluedi à Papa à reservatis. 254. 2. 10  
 Absoluto vno reservato, vtrum sit absolutus ab alijs  
 oblitus. 255. 2. 2  
 Absolvere non potest superior à solis reservatis si-  
 ne rationabili causa, non auditis non reserva-  
 tis. 257. 1. 3  
 Absolvere potest à reservatis quilibet Sacerdos in  
 necessitate. 258. 1. 2  
 Absolutus à superiore à reservatis, ab eisdem po-  
 test absolui sacramentaliter ab inferiori confes-  
 sario. 269. 2. 1  
 Absolvere an possit confessarius peccatum, quod  
 dubitat reservatum. 260. 2. 3  
 Absolvere à reservatis summo Pontifici quis pos-  
 sit. 264. 2. 24. Auditis reservatis, quomodo se  
 debeat gerere confessarius. 263. 1. 18  
 Acolitatus est vnus ex septè Ordinibus. 289. 1. 5  
 Est verè Ordo. ibidem. 10  
 Acolitatus integrat cum alijs Ordinibus sacramen-  
 tum Ordinis. 290. 1. 11. Suscipiens eum in  
 peccato mortali mortaliter peccat. ibidem. 13  
 Cadit sub præcepto respectu communis; non  
 verò in particulari. ibidem. 14  
 Acolitat. offic. preparare luminaria, &c. 291. 1. 18  
 Acolitatus materia remota vrceoli vacui, 293. 2. 11  
 Actus coniugalis tempore menstrui, non est illicitus.  
 489. 1. 6  
 Tempore pragnationis, quando est periculum  
 probabile abortus prolis iam formata, est pec-  
 catum mortale. ibidem. 7  
 Tempore purgationis non est illicitus, adhuc  
 venialiter. ibidem. 8  
 Actus coniugalis tempore furoris, & amentia ex

suo obiecto est mortalis. 489  
 Actus cõiugalis publicus est peccatum mortale scã-  
 dali. 489. 1. 10. In loco sacro est peccatũ mor-  
 tale sacrilegij. 490. 1. 11  
 Actus coniugalis, quo cõiuges se cognoscunt auer-  
 se, more brutorum, sedendo, aut itando, non est  
 peccatum mortale. 490. 1. 1  
 Actus coniugalis modus, ex quo sequitur effusio se-  
 minis extra vas, est peccatum mortale. 490. 2. 3  
 Actus coniugalis vtrum sit licitus, quãdo adest scrupulus  
 de validitate matrimonij. 493. 2. 1  
 Actus coniugalis exerceri potest ex se absque om-  
 ni culpa. 484. 2. 1  
 Actus coniugalis vsus, factus ob prolis generatio-  
 nem, bonus est. 486. 1. 1. Quoque si fiat ad eui-  
 tandam incontinentiam alterius coniugis, ibi-  
 dem. 3. Et ad euitandam propriam incontinen-  
 tiam, non est peccatum mortale. 4. Et ob solam  
 delectationem capiendam intra fines matrimo-  
 nij, non est peccatum mortale. 5  
 Actus coniugalis, si referatur ad finem mortaliter  
 malum, est peccatum mortale. 487. 1. 7. Ob finem  
 sanitatis consequendæ, non est peccatũ mor-  
 tale. 8  
 Actus coniugalis, si quando exigitur, est illicitus;  
 alter non potest reddere debitum. 487. 1. 1  
 Actus cõiugalis tempore feriarum ante benedictio-  
 nes nuptiales habitus, non est illicitus. 488. 1. 1  
 Nec in diebus festis solemnissimis. 2. Nec in die  
 communionis, siue ante, siue post eam, non est  
 illicitus, ibidem. 2. 3. Nec tempore excommu-  
 nicationis. 5  
 Adulterium coniunctum matrimonio, inducit im-  
 pedimentum dirimens subsequens. 430. 1. 9  
 Adulterium tunc datur, quando seminis effusio fit  
 intra vas. 430. 1. 9  
 Adulterium alterius cõiugis non potest dissolvere  
 matrimonium quoad vinculum, quando coniux  
 est innocens. 499. 1. 3  
 Adulterium, quando committitur ab vtroque con-  
 iuge, nulli licet diuertere. 500. 1. 2  
 Adulterium cum adultera cum homicidio, dirimit  
 subsequens matrimonium. 428. 1. 8  
 Adulteriũ cum promissione ducendi adulterã post  
 mortẽ coniugis, dirimit matrimoniũ. 428. 2. 9  
 Adulter nõ potest petere debitũ ex iustitia. 493. 1. 1  
 Adulter factõ diuortio, an habeat actionem repe-  
 tendi innocentem, qui lapsus est in adulterium?  
 504. 2. 1. Vtrum detur mutua compensatio in  
 adulterio, quantum ad pœnas ciuiles. 505. 1. 4  
 Adultero inuito, an possit coniux innocens transi-  
 re ad Religionem. 505. 2. 7  
 Adultus scienter rebaptizatus est irregularis. 34.  
 1. 14  
 Adultus recipiens Baptismum cum solo peccato  
 origi-

# I N D E X

- originali, vt recipiat fructum**, præter intentionem, & fidem, non tenetur elicere actum poenitentia. 37. 1. 9. bene verò si habeat peccatum mortale actuale. 37. 2. 10
- Adoptio**, vna perfecta, & alia imperfecta. 425. 1. 4.
- Ad adoptandum**, quæ conditiones requirantur. ibidem. 5
- Affinitas quid sit.** 440. 2. 1
- Affinitas ex duplici copula**, licita scilicet, & illicita, oritur. 441. 1. 2
- Affinitas inducitur ex quacunque receptione seminis viri**, siue arte humana, siue diabolica sit receptum, siue cum violatione claustrum, aut sine illa. 441. 1. 5
- Affinitatis linea duplex** 441. 2. 4. **Affinitas nulla est inter cõsanguineos viri, & foeminae.** 441. 2. 7
- Affinitatis impedimētum in perpetuum durat** 442. 1. 8
- Affinitas non oritur ex matrimonio rato non consummato.** 442. 1. 9
- Affinitas orta ex copula licita vsque ad quartum gradum dirimit** 442. 1. 10
- Affinitas ex copula illicita orta, vsque ad secundum gradum extenditur.** 442. 1. 11. & 12
- Affinitas matrimonio legitimè contracto adueniēs, non illud dirimit.** 442. 2. 13
- Affinitas sponsalibus superueniēs illa dirimit.** 442. 2. 13.
- Affinitas iure Ecclesiastico dirimit** 443. 2. 16
- Affinitas, lege cognatio legalis.**
- Altare, quid.** 121. 1. 1
- Altare lapideum necessariò requiritur ad celebrandum.** ibidem. 2. **Consecratum.** ibidem. 3
- Altare quid requirat ornatus.** 8
- Amentes nõ possunt ministrare sacramēta,** 11. 2. 4
- Amentes ex se est Eucharistia capax.** 72. 1. 4
- Amentium matrimonium ratione metus, aut consensu defectu, inualidum est.** 440. 1. 13
- Angelus, adhuc in corpore assumpto, non potest ministrare sacramenta.** 11. 2. 3
- Angelus nõ est capax horum sacramentorũ.** 21. 1. 2
- Anima separata non potest ministrare sacramenta.** 11. 2. 3
- Approbatio semel concessa potest reuocari.** 240. 2. 16. **Non requiritur dari in scriptis.** 241. 1. 21. **Debet dari gratis.** ibidem. 22
- Approbantes confessarios sunt Ordinarij.** 241. 2. 2
- Approbatus regularis, vt audiat confessiones secularium, debet esse approbatus ab Ordinario.** 243. 1. 1
- Apostasia dirimit sponsalia.** 346. 1. 5. **Vna est ex causis diuortij.** 506. 2. 2
- Aqua lustralis non est sacramentum.** 4. 1. 13
- Aquæ admixtio non est de necessitate sacramenti Eucharistia.** 52. 1. 1
- Aqua debet esse naturalis.** 52. 2. 3
- Aqua non conuertitur immediate in sanguinem Christi.** 53. 1. 7
- Arma gestare sine causa in Clericis est peccatum mortale.** 322. 1. 8
- Arra, quid.** 336. 2. 1
- Arras apponere in contractu sponsalium licitum est** 336. 2. 2. **Possunt apponi in quacunque quantitate.** 337. 1. 3
- Arra ad quem pertineant, ibidem** 4. & si non contrahant. 337. 1. 5
- Archiepiscopus non potest assistere matrimonio**
- Subditorum sui suffraganei, neque ad id licentiam concedere.** 384. 2. 2
- Asperitas superueniens notabilis potest dissoluere sponsalia.** 347. 1. 1
- Attentio quid.** 11. 2. 1
- Attentio requiritur ad sacramentum, sicut intentio.** 13. 1. 10
- Attritio quid.** 169. 1. 1. **Ex metu gehennæ bona, & laudabilis.** 170. 1. 7
- Attritio ex turpitudine peccati bona, & supernaturalis.** 171. 1. 10. **Est pars sufficiens sacramenti poenitentia, ibidem** 11. **non debet esse existimata.** 171. 2. 13. **De attrito fieri contritum, quomodo sit verum.** 172. 1. 7

## B

- Baptismi ethymologia** 25. 1. 1
- Baptismus aquæ quid.** 25. 1. 3. **Est vnus ex septem sacramentis.** 25. 2. 4
- Baptismus Ioannis non habuit eandem virtutem cõbatismo Christi.** ibidem. 5
- Baptismus paruulis est necessarius iure susceptus** 26. 1. 2. **Adultis si non possunt in re baptizari, est necessarius in voto.** 3. **Est necessarius necessitate præcepti diuini.** 26. 2. 4
- Baptismus quando cõepit obligare?** 27. 1. 11
- Baptismi materia remota est aqua naturalis.** 27. 2. 2
- Proxima ablutio.** 28. 1. 5
- Baptismi Græcorum forma sufficiens.** 29. 1. 2
- Baptismi forma iuxta ritum Ecclesie Latinae est hæc:**  
*Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* 29. 2. 5
- Baptismi essentia est expressio vnitatis essentia.** 30. 1. 7. **Quoque trium personarum.** 8. & hoc nominibus relatiuis. 9
- Baptismus valet in lingua vulgari.** 31. 1. 12
- Baptizari possunt plures vnica aspersione.** 16
- Baptismi minister solennitatis est solus Sacerdos.** 32. 1. 2. **Non diaconus ex vi suæ ordinationis.** 3
- Baptismi minister in necessitate est omnis homo habens vsum rationis potens, & sciens debitam formam proferre.** 32. 2. 5
- Baptizari non potest satyrus, & pigmeus.** 34. 2. 2. **Nec infans in vtero matris.** ibidem. 5
- Baptizari potest filius infidelis habens vsum rationis, si petat baptismum inuitis parētibus.** 35. 1. 9
- Baptismus in pueris, vt suum operetur effectum, non requirit in ipsis aliquam intentionem, aut dispositionem.** 36. 2. 1. **Bene in adultis.** 2
- Baptismi effectus qui, & quot.** 38. 1. 1
- Baptismus delet omnem culpam originalem** 2. **in adultis actualem, mortalem, & venialem.** 3. & poenam peccatis debitam. 4
- Baptismus quoad cæremonias lege cæremonias, Baptizato domi absque cæremonijs, debent adhiberi cæremonia in Ecclesia.** 39. 2. 4
- Baptismus secundum statutũ Ecclesie requirit paternos.** 40. 1. 5
- Baptizatus quilibet est subiectum capax Confirmationis.** 44. 2. 12
- Beati non sunt capaces sacramentorum.** 22. 2. 3
- Beneficij ratione quomodo quis possit ordinari.** 301. 1. 15
- Beneficia plura habens in pluribus Diocesis, à pluri;**

# RERVM, ET VERB.

pluribus Episcopis potest ordinari. 301. 2. 29  
 Beneficiarius, ut possit ordinari, debet pacifice  
 possidere Beneficium. 313. 1. 5.  
 Beneficium debet esse perpetuum. ibidem.  
 Beneficium, quo ordinatur Clericus, debet esse suf-  
 iciens ad victum. 312. 1. 4  
 Benedictiones nuptiales, lege nuptiales benedi-  
 ctiones.  
 Bis communicare in die prohibitum est. 23. 1. 1  
 Bigamia, quid? 435. 2. 1.  
 Bigamia licita, & sacramentum. 436. 2. 7. licet  
 irregularitatem inducat. ibidem.  
 Bigamus ordinari non potest. 311. 1. 12  
 Bonum pacis est causa dispensationis. 464. 1. 4  
 Bullæ Cruciatæ Commissarius quid dispensare  
 possit. 463. 2. 1

## C

**C**apitulum, Sede vacante, an possit concede-  
 re dimissorias. 303. 2. 5. Potest intra annum  
 concedere literas testimoniales de vita, & mo-  
 ribus. 304. 1. 8  
 Capellanus qui tenetur ter in hebdomada cele-  
 brare ob iustam causam, potest differre Mis-  
 sas. 10. 2. 3. duplicem elemosynam accipere nõ  
 potest. 111. 1. 5  
 Capellanus quomodo possit alteri dare Missas ad  
 celebrandum. 116. 1. 20. An peccet differen-  
 do celebrationem. 12  
 Cardinales Presbyteri ex commissione summi Põ-  
 tificis possunt conferre ordines minores. 297.  
 2. 2. Casus, lege reseruat. 297.  
 Cæremonia Baptismi, quædam antecedunt Bap-  
 tismum, ut catechismus, quædam subsequun-  
 tur, ut chrisimatis unctio. 3  
 Cæremonia Confirmationis ab Episcopo factæ  
 non sunt essentielles. 45. 2. 11  
 Celebrare in feria quinta coenæ Domini licet om-  
 nibus Sacerdotibus, licet occultè. 108. 2. 18  
 Celebrans in Ecclesia polluta, peccat mortali-  
 ter. 116. 1. 3  
 Character quid? 20. 1. 2.  
 Character ordinis est effectus secundarius ordi-  
 nis. 295. 2. 3  
 Character producitur in instanti, in quo perfici-  
 tur sacramentum. 4  
 Character est qualitas. 20. 1. 3  
 Characteres sacramentorum, licet inter se ha-  
 beant aliquam connexionem, tamen specie dif-  
 ferunt. 20. 2. 7  
 Characteris proprietates. 21. 1. 8  
 Christus instituit omnia sacramenta. 6. 2. 3. Po-  
 tuit potestatem instituendi sacramenta commu-  
 nicare Apostolis. 4  
 Christus sit præsens in Eucharistia per veram con-  
 versionem. 60. 1. 5  
 Christus est præsens quoad partes substantiales, &  
 accidentia. 61. 2. 1  
 Christus totus existit sub punctis hostiæ. 62. 1. 5  
 Circumstantiæ aggravantes an sint considèræ. 181.  
 2. 20. & 184. 1. 6.  
 Circumstantiæ, quæ sunt intra eandem spe-  
 ciem? 185. 1. 8

Circumstantia complicis, si mutat speciem, confi-  
 tenda. ibidem. Complex non debet manifesta-  
 ri. 190. 1. 2  
 Circumstantia complicis quando mutat speciem.  
 ibidem. 6  
 Clericus debet habere Beneficium sufficiens ad vi-  
 ctum. 312. 2. 4  
 Clericorum habitus, nullibi determinatus. 320.  
 1. 1. Si est ordinatus in sacris, habitus debet  
 esse talaris, & honestus. ibidem. 2  
 Clericus, si non gestat habitum clericalem, & tõ-  
 suram apertam, peccat mortaliter. 321. 1. 14.  
 Quid si tantum sit initiatus prima tonsura. 321.  
 1. 15  
 Clerici gestantes arma sine necessitate, peccant  
 mortaliter. 322. 1. 8  
 Clerici sunt immunes à laica potestate, & tri-  
 butis. 324. 1. 21  
 Clericus, qui matrimonium cõtrahit, eo ipso amit-  
 tit Beneficium. 434. 1. 13. & non potest illud  
 commutare, nec fructus retinere. ibidem.  
 Circumstantia complicis, si mutat speciem, con-  
 sitenda. ibidem. Complex non debet manifesta-  
 ri. 190. 1. 2  
 Cognatio, quid? 417. 2. 21  
 Cognatio spiritualis, quid? 420. 1. 1. quatu-  
 plex. ibidem. 2. oritur ex Baptismo, & Con-  
 firmatione tantum. ibidem. 3  
 Cognatio spiritualis, si antecedit matrimonium,  
 dirimit illud iure Ecclesiastico. 4. Hoc impedi-  
 mentum est perpetuum. 421. 1. 6  
 Cognatio spiritualis superueniens matrimonio,  
 non illud dirimit. 7. Quænam requirantur ad  
 contrahendam cognationem spiritualem. 9  
 Cognatio legalis? 425. 1. 1  
 Cognationis legalis species, adoptio. 3  
 Cognationis legalis tres sunt species. 425. 2. 6  
 Cognatio legalis non dirimit matrimonium iure  
 naturali. 7  
 Cognatio legalis linea recta dirimit matrimonium  
 subsequens in perpetuum. ibidem. 8  
 Cognatio legalis inter filium adoptatum, &  
 filios carnales, dirimit matrimonium. 426.  
 1. 9  
 Cognatio legalis, scilicet affinitas, inter quas per-  
 sonas dirimat matrimonium subsequens. 426.  
 1. 10  
 Cognatio legalis superueniens matrimonio non  
 impedit debiti petitionem. 426. 2. 11.  
 Communicans ob finem venialiter malum, venia-  
 liter peccat. 72. 26.  
 Communicans tenetur confiteri, si est in peccato  
 mortali ante receptionem Eucharistiæ. 74. 1. 7.  
 quando potest accedere, quin præmittat con-  
 fessionem? 74. 2. 10  
 Communicans, non præmissa confessione, an du-  
 plex committat peccatum. 77. 1. 25.  
 Communicans in peccato an teneatur statim con-  
 fiteri. ibidem. 26.  
 Communicantes post copulam coniugalem, non  
 peccant. 79. 2. 8  
 Communicans debet esse ieiunus, ex præcepto Ec-  
 clesiæ. 79. 2. 9. Ieiuniu debet esse naturale. 10.  
 Communicare bis, prohibitum est. 83. 1. 1  
 Communicare frequenter, laudabilius. 2

# I N D E X

- Communicare quotidie , nullo iure prohibi-  
tum. 83. 2. 3
- Communione regula certa pro frequentatione sa-  
cramenti, non potest assignari in laicis. 83. 2.  
5. bene Sacerdotibus. 6
- Complex non potest reuelari in confessione, vt  
corrigatur. 191. 2. 10. neque ad adhibendum  
remedium pœnitenti. 192. 1. 11
- Commissarius Bullæ Cruciatæ potest dispensare,  
vt incestuosus petat debitum. 445. 2. 28
- Confessarius tenetur ex charitate pœnitentem mone-  
re, quando ex obliuione, & ignorantia omi-  
sit monere restitutionem. 277. 2. 7. Si malè  
consuluit, tenetur restituere. 278. 1. 8
- Confessarius peccat peccato sacrilegij, audiens  
multos pueros simul, habentes vsum ratio-  
nis. 123. 1. 5.
- Confessarius tenetur imponere pœnitentiam. 206.  
1. 5. Quibus casibus excusetur. 206. 6
- Confessarius potest imponere pœnitentiam sub  
dijunctione. 206. 2. 10. & potest imponere  
pœnitentiam publicam, si peccatum est publi-  
cum. 208. 1. 8
- Confessarius debet imponere pœnitentiam pro-  
portionatam, iuxta prudens arbitrium. 20  
Confessarius potest moderare pœnitentiam.  
209. 1. 3. Potest pœnitentiam ab altero im-  
positam commutare. ibidem. 4. Quam non po-  
test commutare. 210. 1. 7
- Confessarius tenetur sub sigillo ad reticendum ea,  
quæ in confessione audiuit in ordine ad eam.  
116. 2. 5. Quæ cadant sub sigillo. ibidem. 6
- Confessario non licet loqui extra confessionem  
cum ipso pœnitente de auditis in confessione.  
219. 1. 1. bene de licentia pœnitentis. ibi-  
dem. 5
- Confessarius bene potest loqui de peccatis extra  
confessionem, dum non veniatur in cognitio-  
nem peccatoris. 219. 1. 6
- Confessarius non potest extra confessionem vti  
scientia habita in confessione. 221. 1. 1. adhuc  
ad tuendum bonum temporale. 222. 1. 7. ne-  
que ad vitandam mortem propriam. 222. 1. 3
- Confessarium de iure diuino potest sibi eligere  
Papa 234. 2. 6. Episcopi de iure Ecclesiastico,  
& eorum superiores, & inferiores Prælati, exép-  
ti. 235. 1. 7
- Confessarius idoneus, quis? 238. 1. 1
- Confessarius approbatus ab Episcopo non tene-  
tur petere licentiam à Parochis. 240. 1. 12
- Confessarius petens approbationem, & eam non  
obtinens, vtrum valeat. 240. 2. 14.
- Confessarius quid facere debeat, quando ex con-  
fessione cognoscit impedimentum dirimens ma-  
trimonium. 462. 1. 1
- Confessarius approbatus ab vno Ordinario, cen-  
serur approbatus ab omnibus. 240. 2. 14
- Confessarius quomodo se gerere debeat, auditis  
reseruatis. 263. 1. 18
- Confessarius quæ teneatur. 265. 1. 3. Quomodo  
se gerere debeat, si difficilis casus accidat. 266.  
I. 9
- Confessarius debet habere prudentiam circa pec-  
catorum examen. ibidem. 2. Debet docere pœ-  
nitentem. 267. 1. 3. & respondere dubijs pœ-  
nitentis. ibidem. 6
- Confessarius non tenetur admonere pœnitentem  
existentem in malo statu, laborantem ignoran-  
tia, inuincibili iuris, vel facti, quando nullum  
sperat fructum. 268. 1. 10
- Confessarius, si opinetur pœnitentem esse indis-  
positum, non debet sequi opinionem pœni-  
tentis. 270. 1. 1
- Confessarius tenetur sequi opinionem probabi-  
lem pœnitentis. ibidem. 2
- Confessarius absolueret potest pœnitentem haben-  
tem propositum firmum ad restituendum. 271.  
1. 1. Non potest absolueret, si pœnitens bis, aut  
ter promisit, & non fecit. ibidem. 2
- Confessarius tenetur pœnitentem interrogare, si  
est ignorans pœnitens. 271. 2. 1
- Confessarius quas interrogationes debeat facere,  
& quas omittere. 272. 1. 4.
- Confessarius tenetur quemcunque interrogare, si  
euidenter sciat, pœnitentem omisisse aliquid  
peccatum. 272. 1. 2
- Confessarius interrogabit pœnitentem, an sit sub-  
ditus, an habeat Bullam. 272. 2. 2. & ex quo  
tempore non sit confessus. ibidem. 3. an fece-  
rit examen. 273. 1. 4. an habeat dolorem de  
peccatis cum proposito. ibidem. 5. an imple-  
uerit pœnitentiam. ibidem. 6. si reticuit ali-  
quod peccatum. ibidem. 7. an aliquid resti-  
tuendum habeat. ibidem. 8. an sit excommuni-  
catus. 9
- Confessarius interrogabit pœnitentem de officio.  
273. 2. 10. tempus vltimæ confessionis. ibi-  
dem.
- Confessarius malè absolvens pœnitentem à cen-  
suris, defectu iurisdictionis, debet procurare fa-  
cultatem, & tenetur absolueret pœnitentem,  
adhuc absentem. 276. 2. 2
- Confessarius, si malè absoluit, quia peccata erant  
reseruata, etiam si obtinuerit facultatem, non  
potest absentem absolueret. ibidem. 3. quomo-  
do debet cum illo alloqui. ibidem.
- Confessio, quid? 172. 2. 2. Conditiones ad cō-  
fessionem requisitæ. 173. 1. 4
- Confessio debet esse integra. 195. 2. 1. Quibus  
casibus potest dimidiari? ibidem. 3.
- Confessio iteranda est ex defectu doloris. 200.  
1. 2. Ex defectu integritatis. ibidem. 3. Ex de-  
fectu habendi animum acceptandi pœnitent-  
tiam. ibidem. 4. Alios casus resoluo ibi-  
dem. 5
- Confessionis sigillum tenetur confessarius serua-  
re iure diuino, humano, & Ecclesiastico, sub  
mortali. 215. 1. 1
- Coniuges, si se cognoscant auerse, aut seden-  
do, aut stando, non peccant mortaliter. 490.  
1. 1
- Coniux baptizans proprium filium in necessita-  
te bene potest petere debitum. 492. 1. 1. se-  
cus si extra necessitatem. 2. Potest in hoc dis-  
pensare Episcopus. ibidem. 3.
- Coniux adulter non potest petere debitum ex in-  
finita. 493. 1. 1
- Cōiuges excusant à redditione debiti, ob probabi-  
le periculū vitæ, aut notabilis infirmitatis. 496.  
1. 1. Tenentur reddere debitum, quanuis plures  
filij

# RERVM, ET VERB.

- flij nascantur;** 496. 2. 7
- Coniux debitum non tenetur reddere, quando alter coniux est amens, aut ebrius.** 497. 1. 8
- Coniux foemina debitum non reddens, quando experta est se non posse filios viuos in lucem edere, non est peccatum.** 497. 1. 10
- Coniux debitum negare non potest, eo quod alter coniux ducat stirpem à Iudæis, aut Mauris.** 497. 1. 10
- Coniuges peccant mortaliter in tactibus turpibus, quando adest periculum effusionis seminis.** 497. 2. 1. **Quid quando non adest tale periculum? ibidem.** 2
- Coniux innocens, ob adulterium alterius, non potest separari ab eo quoad vinculum.** 499. 1. 3. **benè quoad torum.** 4
- Coniux vterque si committat adulterium, nulli licet diuertere.** 500. 1. 2
- Coniux vir, si dedit vxori causam proximam adulterandi, non potest diuertere.** 500. 2. 4. **nec quando adulter excusatur à culpa adulterij.** 5. **nec quando vxor fuit violenter cognita.** 500. 1. 6. **nec quando coniux commisit adulterium, inuincibiliter ignorans illum, cum quo adulteratur, non fuisse proprium coniugem.** ibidem. 7
- Coniux cur non tenetur dimittere vxorem adulteram, ratione correctionis fraternæ.** 502. 2. 3. **Tenetur ratione scandali, quando scilicet existimatur rascius.** ibidem. 4
- Coniux foemina non tenetur dimittere virum adulterum.** 503. 1. 7. **nec tenetur illum sibi reconciliare.** 8
- Coniux innocens moraliter certus de adulterio, est liber à redditione debiti.** 503. 2. 1
- Coniux innocens, propria autoritate, potest diuertere ab vxore, quando adulterium est notorium omnibus, & quando est moraliter certus, potest diuertere quoad torum.** 504. 1. 3
- Coniux innocens potest cogere adulterum ad reconciliationem** 505. 1. 5
- Coniux innocens vtrum possit inuito adultero, transire ad Religionem, & ordines sacros suscipere.** 505. 2. 7
- Coniux Catholicus potest ingredi Religionem, quando coniuges, iudicio Ecclesiæ sunt separati, ob hæresim.** 506. 2. 4
- Coniux quando inducit alterum ad peccandum, potest alter ab isto separari.** 507. 2. 1
- Coniugis scuitia quando sit sufficiens ad diuortium.** 307. 2. 1
- Coniuges mutuo consensu possunt facere diuortium quoad torum.** 509. 1. 8
- Coniuges possunt, matrimonio consummato, Religionem ingredi.** 416. 1. 10. **imò vnus coniux potest ingredi Religionem, alio in sæculo manente.** ibidem. 12. **An ad talem ingressum requiratur licentia Episcopi.** ibidem. 13
- Coniugatus, adhuc non consummato matrimonio, est irregularis. Potest suscipere sacros ordines, mortua muliere, vel iterum contrahere. Quæ certitudo de morte coniugis requiratur?** 437. 1. 9
- Coniugalis actus tempore menstrui non est illicitus.** 489. 1. 6
- Coniugalis actus tempore prægnationis, quando adest periculum probabile abortus prolis iam formatæ, est peccatum mortale. ibidem. 7. Purificationis tempore non est illicitus, adhuc venialiter.** 8
- Coniugalis actus tempore amentie est mortalis ex suo obiecto.** 489. 2. 9
- Coniugalis actus publicus, est peccatum mortale scandali.** 489. 2. 10. **In loco sacro est peccatum mortale sacrilegij.** 490. 1. 11
- Coniugalis actus, ex quo sequitur seminis effusio extra vas, est peccatum mortale.** 490. 2. 3
- Coniugalis actus verum sit licitus, quando adest scrupulus de validitate matrimonij.** 493. 2. 1
- Coniugalis actus exerceri potest ex se absque omni culpa.** 484. 2. 1
- Coniugalis actus vsus, factus ob prolis generationem, bonus est.** 486. 1. 1. **quoque si fiat ad euitandam incontinentiam alterius coniugis.** 3. & **ad euitandam propriam, non est peccatum.** 4. & **ob solam delectationem capiendam intra fines matrimonij, non est peccatum mortale.** 5
- Coniugalis actus, si referatur ad finem mortaliter malum, erit peccatum mortale.** 487. 1. 7. **Ob finem sanitatis consequendæ, non est peccatum mortale.** 8
- Coniugalis actus, si quando exigitur, est illicitus, alter non potest reddere debitum.** 487. 11. 1
- Coniugalis actus tempore feriarum habitus ante benedictiones nuptiales, non est illicitus.** 488. 1. 1 **nec in diebus festis sollempnissimis.** 2. **nec in diebus communionis, siue ante, siue post eam.** 488. 2. 3. **nec tempore excommunicationis.** 5
- Confirmatio est sacramentum nouæ legis.** 42. 2. 2. **Fuit institutum in nocte cœnæ.** ibidem. 3
- Confirmatio, quid?** 43. 1. 4
- Confirmatio non est sacramentum necessarium sub præcepto.** ibidem. 5
- Confirmationis materia remota, chrisma confectum ex oleo oliuarum, & balsamo: proxima, vinctio.** ibidem. 6
- Confirmationis forma, quæ?** 43. 2. 8
- Confirmationis effectus primarius, augmentum gratiæ, &c. secundarius, character.** 44. 1. 9
- Confirmationis subiectum, quilibet baptizatus.** 44. 2. 12
- Confirmationis minister ordinarius, solus Episcopus.** 45. 1. 14. **Debet habere intentionem actualem, vel virtualem.** 45. 2. 16
- Confirmationis patrini assistentia, necessaria, vt licitè fiat.** 45. 2. 18. **Patrini debent esse confirmati, & si non sunt confirmati, non contrahunt cognationem spirituales cum confirmato.** ibidem.
- Consanguinitas, quid?** 417. 1. 2
- Consanguinitas, quotuplex?** 418. 1. 3
- Consanguinitatis gradus, & regulæ seruandæ. ibidem.** 4
- Consanguinitas in primo gradu irritat matrimonium iure naturæ.** 418. 2. 7. **etiam in linea transuersali.** 419. 1. 9
- Consecratio simultanea sub vtraque specie, non est de necessitate sacramenti.** 53. 2. 1. **Collectiua de præcepto diuino, & humano. ibidem. Nec potest Papa dispensare.** ibidem. 3
- Consecrari potest vinum contentum in calice cooperito.** 54. 2. 2



# I N D E X

Consecrare potest cæcus hostiam, quam coram se  
 habet, si eam tangat. 54. 2. 3  
 Consecrari non potest hostia existens post parietem,  
 nec distans per triginta passus. 54. 2. 4  
 Consecrationis verba panis, & vini sumuntur recitativè,  
 & significativè. 57. 2. 16  
 Consecrationis vini quæ verba sint essentialia. 59.  
 1. 2  
 Consecrationis verba instrumetaliter efficiunt hoc  
 sacramentum. 59. 2. 1.  
 Consensus mutuus est de essentia sacramenti matrimonij.  
 369. 2. 1  
 Consensus dictus debet esse verax, efficax, ac deliberatus. 3  
 Consensus merè internus non sufficit ad validitatem  
 matrimonij, licet requiratur. 370. 1. 8  
 Consensus externus est essentialis. 9  
 Consensus externi loco, possunt esse nutus. 370.  
 2. 10  
 Consensus actualis utriusque contrahentis, esse simul  
 tempore non requiritur ad valorem matrimonij. 371. 1. 1.  
 Quænam distantia temporis possit esse inter consensum. 2  
 Consensus debet ferri in mutuam translationem dominij  
 corporum. 371. 2. 1. & in copulam minimè requiritur. 372. 1. 2.  
 Consensus tendens in bonum sacramenti matrimonij,  
 est de essentia matrimonij. 372. 2. 5.  
 Consensus intendens primariò generationem proli non  
 est peccatum. 373. 1. 8. Nec consensus intendens remedium  
 concupiscentiæ. 9  
 Consensus intendens pacem, diuitias, pulchritudinem  
 primariò, &c. est venialis; secus si hæc secundariò  
 intendantur. 373. 2. 10  
 Consensus sunt renouandi coram Parocho, quando  
 impedimentum matrimonij fuit publicum. 376. 1. 5.  
 non si fuit occultum. ibidem. 16.  
 Consentiens, & potens, dispensare videtur. 460.  
 1. 4  
 Contrahentes ipsi sunt ministri sacramenti matrimonij.  
 358. 1. 1  
 Contrahentes in gradibus prohibitis affinitatis scientes,  
 peccant, & excommunicationem referuam incurrun-  
 tur. 445. 2. 29  
 Contrahentes ante pubertatem peccant. 454. 2.  
 44  
 Contrahentes clandestinè quibus pœnis puniantur.  
 387. 2. 1  
 Contrahentes matrimonium, non præmissis monitionibus,  
 non possunt uti matrimonio. 390. 1. 4  
 Contrahere non potest cum adultera, mortua vxore,  
 si antea cum impedimento dirimente subsequente  
 cum ea contraxerat. 430. 1. 9  
 Contritio, quid? 160. 2. 3. Quomodo distinguitur  
 ab attritione. 162. 2. 12.  
 Contritio formaliter detestatur peccatum. 163. 1. 12.  
 Non est necessaria in noua lege simpliciter ad  
 iustificationem. 163. 2. 2. Benè extra sacramentum.  
 164. 1. 4. Est necessaria necessitate præcepti.  
 ibidem. 5  
 Contritio obligat in articulo mortis. 164. 2. 7.  
 Non obligat statim post peccatum commissum,  
 nec quoties peccata memoriæ occurrunt, nec  
 singulis annis in defectum confessionis. 165.  
 1. 8

Contritio ad iustificationem debet esse de omnibus  
 peccatis mortalibus. 166. 2. 1.  
 Contritiones singulæ non requiruntur ad singulæ  
 peccata. ibidem. 2. Ad contritionem requiritur  
 aliqua consideratio peccatorum. 167. 1. 3  
 Sat est quòd sit confusa. ibidem. 4  
 Contritio vera non requirit longam durationem.  
 168. 1. 3. nec certum gradum intensionis. ibi-  
 dem. Debet esse magna apreciatiuè. ibidem. 5  
 Coronæ vsus antiquissimus. 322. 1. 11  
 Copula adulterina perfecta dicitur, quando adest  
 emissio seminis intra vas. 430. 1. 9  
 Copula, tam licita, quàm illicita, adducit affinitatis  
 impedimentum. 441. 1. 2. dummodo cõ-  
 pleta sit per effusionem seminis virilis intra vas.  
 ibidem. 3  
 Copula licita vsque ad quartum gradum causat af-  
 finitatem. 442. 1. 10  
 Copula verò illicita vsque ad secundum gradum,  
 affinitatem causat. 442. 1. 11  
 Copula illicita non impedit matrimonium in ter-  
 tio, & quarto gradu. 442. 2. 12  
 Corpus Christi Domini est sub hostia ex vi verbo-  
 rum. 62. 2. 2. non verò anima. ibidem. 3  
 Corpus Christi Domini est sub speciebus vini per  
 concomitantiam. 63. 2. 6.  
 Corporis Christi præsentia sub speciebus est rea-  
 lis. 63. 2. 1. Est modus accidentalis. 64. 1. 2.  
 Reducitur ad relationem. 3  
 Corpus, & sanguis Christi quando desinant esse sub  
 speciebus. 63. 2. 2  
 Criminis impedimentum, solùm à personis parti-  
 cipantibus inducitur. 430. 2. 12  
 Criminis impedimentum non inducitur ab eo, qui  
 coniugem in crimine repertam interficit. 430.  
 2. 12. nisi fortè per dolum dederit causam adul-  
 terij. ibidem  
 Crimen impediens matrimonium, quid? 426. 2. 1  
 quotuplex. 427. 1. 2  
 Cultus disparitas quid sit? 430. 2. 1

## D

**D**ebitum petere potest coniux baptizans pro-  
 prium filium in necessitate. 492. 1. 1. non  
 verò si baptizauit extra necessitatem. 2. Potest in  
 hoc dispensare Episcopus. ibidem. 3  
 Debitum non potest petere adulter ex iustitia.  
 493. 1. 1  
 Debitum reddere non tenentur, quando adest periculum  
 vitæ, aut notabilis infirmitatis. 496.  
 1. 1. Tenentur reddere, quauis plures filij nas-  
 cantur. 496. 2. 7  
 Debitum non tenetur coniux reddere, quando al-  
 ter coniux est amens, aut ebrius. 497. 1. 8.  
 Debitum non reddens fœmina, quando experta est  
 se non posse filios viuos in lucem edere, non  
 peccat. 497. 1. 10  
 Debitum negare non potest, eo quòd alter con-  
 iux ducat stirpem à Iudæis, aut Mauris. 497. 1.  
 10  
 Debitum reddere non tenetur coniux innocens, si  
 est certus de adulterio. 503. 2. 1

Debita

# RERVM, ET VERB.

Diaconus materia remota, liber Euangelio-  
rum. 293. 2. 9  
Denotaciones, quid? 389. 2. 1. Debent fieri à pro-  
prio Parocho. 281. 1. 1  
Dentiationum vi, quæ impedimenta sint manife-  
stata, lege impedimentum.  
Debitor redditio est in præcepto respectu vtrius-  
que. 484. 2. 2  
Debitum reddere non potest coniux, quando actus  
est illicitus. 467. 1. 1  
Debitum petere non potest, qui vxoris cognouit  
consanguineam. 442. 2. 13  
Defectus corporis superueniens sponsalibus, tam ex  
parte sponsæ, quam sponsi, dirimit sponsa-  
lia. 346. 2. 1  
Defectus debet esse notabilis. ibidem.  
Defectus ætatis non dirimit matrimonium iure na-  
tura, sed ecclesiastico. 455. 1. 45.  
Diaconus ex vi suæ ordinationis non est minister  
solennitatis Baptismi. 32. 1. 13  
Diaconatus vnus est ex septem Ordinibus. 289. 1. 5.  
Est verè Ordo. ibidem. 10  
Diaconatus integritat cum alijs Ordinibus vnum sa-  
cramentum. 290. 1. 11.  
Diaconatum suscipiens in peccato mortali, morta-  
liter peccat. ibidem. 13  
Diaconatus cadit sub præcepto respectu communi-  
tatis, non verò in particulari. ibidem. 14  
Diaconatus officium, est assistere immediatè Sacer-  
dotibus, &c. 290. 2. 16  
Dimissorias quisnam concedere possit. 303. 1. 2  
Dimissoriæ non expirant morte concedentis. 304.  
2. 11.  
Dirimentia impedimenta matrimonij quis possit  
statuere, lege impedimenta dirimentia.  
Dirimens impedimentum ex parte voti, lege vo-  
tum.  
Dirimentia impedimenta matrimonij ex parte con-  
sanguinitatis, lege consanguinitas.  
Dirimens impedimentum matrimonij ex parte cog-  
nationis spiritualis, lege cognatio spiritua-  
lis.  
Dirimens ratione cognationis legalis, lege cog-  
natio legalis.  
Dirimens impedimentum matrimonij subsequenter  
est homicidium alterius coniugis sine adulterio,  
vtrouque machinante commissum. 427. 1. 3  
Dirimens impedimentum est adulterium cum pro-  
missione ducendi adulteram post mortem con-  
iugis. 428. 2. 9  
Dirimens impedimentum est perpetua impoten-  
tia. 446. 1. 2  
Dispensare quis potest in matrimonio rato, vel cõ-  
summato, lege matrimonium.  
Dispensare quis possit, ad hoc vt matrimonium an-  
te pubertatem contrahatur. 454. 2. 43  
Dispensare, quid? 459. 2. 2  
Dispensatio, in cuius petitione reticetur verum,  
vtrum sit nulla. 466. 1. 1. Quæ sint narranda in  
petitione dispensationis. ibidem. 2. 1  
Dispensationem, vtrum irritet taciturnitas copula-  
bitæ inter consanguineos. 470. 1. 1  
Dispensatio vera est, licet causa non sit vera, quã-  
do literæ mittuntur, dummodo sit vera, tempo-  
rare, quo Papa dispensat. 473. 1. 2.  
Dispensatione affinitatis quatuor sunt exprimen-  
da. 477. 1. 1

Dispensationis in foro conscientia, & in foro ex-  
terno clausula. 477. 2. 1  
Dispensandi potestas quomodo extrinquetur ex par-  
te delegantis, & an morte eius expiret. 475. 2. 1  
Dispositio ad Eucharistiã, gratia sanctificans. 73. 1. 1  
Diuortium vnde dicatur. 498. 2. 1  
Diuortium quomodo sequatur ex adulterio. 499. 1. 4  
Diuortium vtrum fieri possit quoad totum, ob ali-  
qua peccata luxuria. 499. 2. 5  
Diuortium esse non potest, quando vterque con-  
iux commisit adulterium. 500. 1. 2  
Diuortium esse non potest, quando vir dedit vxo-  
ri causam proximam adulterandi. 500. 2. 4. &  
quando adulter excusatur à culpa adulterij. ibi-  
dem. 5 & quando vxor fuit violenter cog-  
nita. 500. 1. 6. & quando vnus coniux commi-  
sit adulterium inuincibiliter ignorans. ibidem. 7.  
& quando ob libellum repudij inter infideles,  
coniux dimissus transit ad secundam matrimo-  
nium. 502. 1. 12  
Diuortium non tenetur facere vir ratione solius  
adulterij. 502. 2. 2. Nec vir vxorem adulteram  
dimittere, ratione correctionis fraternæ. Di-  
uertere tenetur vir ab vxore adultera, ratione  
scandali, quando scilicet imminet scandalum,  
quod ipse existimetur conscius. 502. 2. 4  
Diuortium licitum est, causa hæresis, vel apostasi-  
s. 506. 2. 2  
Diuortium facere potest coniux, quando ab alte-  
tero incitatur ad peccandum. 507. 1. 1  
Diuortium vtrum licitum sit, quando scuitia cõ-  
iugistimetur, vel datur. 507. 2. 1  
Diuortium possunt facere coniuges quoad totum  
mutuo consensu. 509. 1. 8  
Docere debet confessarius poenitentem, & respon-  
dere dubijs. 267. 1. 3. & 6  
Dotis defectus est causa dispensationis. 464. 2. 6  
Dotis defectus nomine quid intelligatur. 464. 2. 7  
Duplex affinitatis datur linea. 441. 2. 4

## E

**E** Brij non possunt validè contrahere sponsa-  
lia. 329. 1. 7  
Ecclesia non potest mutare materias, & formas sa-  
cramentorum. 8. 1. 3  
Ecclesia quot modis dicatur offerre sacrificium Mis-  
sæ. 86. 2. 2  
Ecclesia polluta quid? 119. 1. 1. & à quo potest  
benedici. 120. 2. 8  
Ecclesia polluta, polluitur cæmeterium conjun-  
ctum. 121. 1. 10.  
Ecclesiastici tenentur contra-ere matrimonium, si  
omnes viri præter ipsos perirent. 395. 1. 7  
Ecclesiastico iure dirimit matrimonium polyga-  
mia. 435. 2. 2  
Effectus Confirmationis primarius, gratia; secunda-  
rius, character. 44. 1. 9  
Episcopus est solus minister ordinarius Confirmati-  
onis. 45. 1. 14. Quam intentionem debeat ha-  
bere. 45. 2. 16  
Episcoporum Cæremonia in Confirmationis sacra-  
mento non sunt essentialiter necessaria. 45. 1. 17  
Episcopus tenetur suorum confessiones audire. 269.  
1. 1  
Qq 3 Episco.

# I N D E X

**Episcopus**, ordinarius minister ordinis. 297. 1. 1  
**Episcopus** ordinans in peccato mortali mortaliter peccat. 298. 1. 6. Quam teneatur obseruare. ibidem.  
**Episcopus** quisnam sit proprius ratione originis. 299. 1. 3  
**Episcopi** possunt concedere dimissorias omnibus illis, quas iuris sanctione, privilegio, vel consuetudine ad ordines assumere possunt. 303. 1. 2. Non inferiores Prælati. ibidem. 3  
**Episcopus** potest concedere dimissorias, & etiam si sit excommunicatus declaratus. 304. 1. 9. Debet examinare petentes dimissorias. ibidem. 12  
**Episcopus** ordinans Clericum alienum sine licentia proprii, suspensus per annum. 353. 1. 17  
**Episcopus** dispensare potest in temporum interstitijs 307. 1. 5. Non potest duos ordines sacros vna die conferre. 307. 2. 11  
**Episcopus** de quibus debeat examinare ordinandos. 318. 2. 8  
**Episcopus** potest dispensare vt incestuosus perat debitum. 405. 2. 28  
**Episcopus** in foro conscientie potest in impedimentis dirimentibus dispensare, & quando? 462. 2. 16.  
**Episcopus** dispensare potest coniugatis, quibus de nouo aduenit impedimentum, vt possint petere debitum. 463. 1. 22  
**Episcopus** non potest dispensare in matrimonio consummato, nec rato. 363. 1. 10  
**Episcopus** atus materia, quam? 292. 2. 7  
**Episcopus** non est ordo distinctus à Sacerdotio. 289. 1. 6  
**Error** substantie personæ antecedens irritat matrimonium. 410. 1. 3. Si sit concomitans, matrimonium est inualidum. ibidem. 4  
**Error** qualitate communiter irritat matrimonium. 411. 1. 7. Quando irritat. ibidem. 8  
**Error** conditionis seruili liberi cum ancilla, irritat matrimonium, quando conditio errantis sit deterior. 412. 1. 1. & hoc iure Ecclesiastico. ibidem. 2. quamuis error sit culpabilis. ibidem. 3  
**Error** conditionis status dirimit matrimonium, ibidem. 4  
**Ætas** ad contrahendum, quam? 334. 1. 5  
**Eucharistia** ephiteta. 46. 1. 1. Est sacramentum. 47. 1. 3  
**Eucharistia** sacramentum non consistit in consecratione. 47. 2. 6. Quomodo distinguatur ab alijs sacramentis. ibidem. 7  
**Eucharistia** est vnum sacramentum specie infima. 48. 1. 8. A Christo Domino fuit institutum, & est de fide. 9. In qua parte cœnæ. ibidem.  
**Eucharistia** sacramentum non est necessarium in re a primam gratiam nec paruulis, nec adultis. 48. 2. 2. Est simpliciter necessarium in voto. ibid. 3  
**Eucharistia** est necessaria ad perseverandû. 49. 1. 4  
**Eucharistia** sumptionis præceptum duplex. ibid. 5  
**Eucharistia** materia remota est panis triticeus. 49. 2. 3. Debet esse confectus aqua naturali, & coctus. 50. 1. 7  
**Eucharistia** materia apta, tam panis azymus, quam fermentatus, sed aptior est azymus 50. 2. 9  
**Eucharistia** materia proxima sunt species panis consecrata. 51. 1. 11  
**Eucharistia** consecrationis verba, *hoc*, & *hic*, quid denotent. 58. 2. 1

**Eucharistia** adoranda est adoratione latræ. 61. 2. 2.  
 Duplex datur præceptum de hac adoratione. 3  
**Eucharistia** effectus. 68. 2. 3.  
**Eucharistia** aliquando per accidens dat primam gratiam. 70. 1. 14  
**Eucharistiam** potest quis sumere sine peccato nouo, & sine augmento gratiæ. 70. 1. 15  
**Eucharistia** quando producat gratiam. 70. 2. 1  
**Eucharistia** subiectum capax, solus homo baptizatus. 71. 2. 2. Ex se capaces sunt amictes. 72. 1. 4. & pueri. ibidem  
**Eucharistia** sub vtraque specie quisnam sit capax? 72. 2. 9  
**Eucharistia** dispositio, gratia sanctificans. 73. 1. 1.  
**Eucharistia** minister ordinarius, & necessarius, solus Sacerdos. 84. 2. 2. Potest esse extraordinarius minister ad dispensandû, Diaconus. 85. 1. 7  
**Eucharistiam** ministrans sine licentia pastoris, incurrit irregularitatem, si Religiosus sit. 86. 1. 8  
**Eucharistia** deneganda est publico peccatori. 89. 1. 3  
**Eunuchus** in fornicatione, duplex committit peccatum. 492. 1. 11.  
**Excommunicatus** ordinari non potest. 311. 1. 12  
**Exorcista** est vnus ex septem Ordinibus. 289. 1. 5. Est verè Ordo. ibidem. 10  
**Exorcista** integrat cum alijs Ordinibus vnum sacramentum. 290. 1. 11. Suscipiens hunc Ordinem in peccato mortali, mortaliter peccat. ibidem. 13. Cadit sub præcepto, respectu communitatis, non verò in particulari. ibidem. 14  
**Exorcista** officium, est legere exorcismos super vxatos à dæmone. 291. 1. 19  
**Extrema vnctio**, lege vnctio extrema.

## F

**F**acultatem absoluendi à referuatis potest denegare superior petenti, sed nõ semper. 261. 2. 9  
**Facultas** absoluendi, lege absolutio.  
**Facultas** absoluendi à referuatis petita, an possit haberi pro concessa. 262. 1. 12  
**Facultas** absoluendi quomodo debeat concedi à superiori ante peccatum, vel post peccatum commissum. ibidem. 13  
**Fœminæ** semen non requiritur ad generationem. 441. 1. 14  
**Fœmina** sic arcta, vt sine miraculo, vel sine periculo mortis aperiri non possit, inepta est ad matrimonium. 447. 1. 4  
**Fœmina** duodecim debet habere annos, vt contrahat matrimonium. 454. 1. 40  
**Fictè** consentiens cogendus est, ratione scandali, vt matrimonio insit. 440. 1. 13  
**Fideli** conuerso licet transire ad Ordines, vel ad Religionem, si infidelis coniux monitus non vult conuerti. 348. 1. 9  
**Filij** an sequantur conditionem parentis quoad seruitutem, & honores. 114. 2. 7  
**Forma** sacramentorû est intrinseca sacramentis. 7. 2. 7  
**Forma** sacramentorum, determinata. 8. 1. 1  
**Formas** sacramentorum non potest mutare Ecclesia. 8. 1. 3  
**Forma** Sacramentorum tota est proferenda ab vno ministro (excipe sacramentum extremæ vnctionis.) 11. 1. 20

# RERVM, ET VERB.

**Forma baptismi Græcorum, sufficiens.** 29. 1. 2  
**Forma baptismi iuxta ritum Ecclesiæ Latinæ, qualis sit.** 29. 2. 3  
**Forma confirmationis, quænam?** 43. 2. 8  
**Forma consecrationis panis, quænam?** 56. 4. Non est necessaria particula, *enim*. ibidem. 7. Neque totus canon. ibidem. 8  
**Formæ consecrationis verba, hoc, & hic. Quid denotent.** 58. 2. 1.  
**Forma pœnitentiæ, re absoluto, 143. 2. 3. Debet proferri per modum indicatiui, seu imperatiui.** 144. 2. 11  
**Forma extremæ vnctionis hæc: Per istam sanctam vnctionem, &c.** 281. 2. 10  
**Formæ quinque sensuum sunt partiales. ibidem. 11.**  
**Quando adest periculum, vnica vnctio est sufficiens.** 282. 1. 12  
**Forma extremæ vnctionis proferenda est modo de peccatorio.** ibidem. 15  
**Forma Ordinis, verba Episcopi.** 294. 1. 1  
**Forma sacramenti matrimonij, mutua externa traditio.** 357. 2. 6.  
**Fornicatio sponsæ non addit supra fornicationem, nouam malitiam.** 326. 1. 7  
**Fornicatio sponsæ superueniens sponsalibus dissoluit sponsalia ex parte sponsi. 345. 1. 1. etiamsi fuerit vi facta. ibi. em. 2. & licet fornicatio sit ante sponsalia, viro tamen ignorante. ibid. 13**  
**Fornicatio vtriusque sponsi dissoluit sponsalia solum ex parte sponsi.** 345. 2. 4  
**Fornicatio spiritualis, vt hæresis, & apostasia, dissoluit sponsalia.** 346. 1. 5

## G

**Gradus affinitatis mensurandi sunt per gradus consanguinitatis.** 441. 2. 6  
**Gratia in se, si, est effectus sacramentorum.** 16. 1. 3  
**Gratia collata in sacramentis quocumque.** 17. 2. 7  
**Gratia causata per sacramenta educitur de potentia animæ.** 19. 2. 4  
**Gratia non quando producat Eucharistia.** 70. 2. 1  
**Gratia sanctificans dispositio est ad Eucharistia.** 73. 1. 1  
**Gratia vt sanans animam, est effectus extremæ vnctionis.** 284. 1. 2  
**Graues inimicitie inter sponso possunt dissolueri sponsalia.** 347. 1. 2

## H

**Habens æqualiter domicilium in duobus locis, à quolibet Episcopo illius loci poterit ordinari.** 300. 2. 3  
**Habens lucida interualla, dum non est mentis compos, non potest contrahere sponsalia.** 328. 2. 6  
**Hæresis dissoluit sponsalia.** 346. 1. 5  
**Hæresis est vna ex causis diuortij.** 506. 2. 2  
**Hæresis causa, coniuges separati iudicio Ecclesiæ, coniux Catholicus potest ingredi Religionem.** 506. 2. 4  
**Hæreticus si respiciat ante sententiam iudicis, tenetur Catholicus eum reconciliare.** 506. 2. 3  
**Hermaphroditus quid sit?** 43. 2. 35  
**Hermaphroditus iuxta sexum prævalentem potest contrahere matrimonium.** 45. 2. 36  
**Hermaphroditus debet eligere, si sexus sint æqua-**

**les.** ibidem. 37  
**Hermaphroditus, si eligat vnum sexum, in eo debet perseuerare.** ibidem.  
**Hermaphroditus Religiosus esse non potest.** 453. 2. 38  
**Hermaphroditus, si æquè, aut magis particpet sexum foemineum, valide non potest ordinari, si præualeat sexus virilis, valide potest ordinari, sed non licite.** 310. 1. 5.  
**Histrion representans turpes comedias est publicus peccator.** 89. 2. 5.  
**Homicida ordinari non potest.** 311. 1. 12.  
**Homicidium alterius coniugis sine adulterio, vtroque machinante committitur, dirimit matrimonium subsequens.** 427. 1. 3  
**Homicidium cum adulterio cum adultera dirimit matrimonium.** 428. 1. 8  
**Homo solus est capax Eucharistiæ. 71. 2. 2. Debet esse baptizatus.** ibidem. 3  
**Homo per decem annos residens in vrbe potest ordinari à Vicario Sanctissimi.** 300. 1. 8  
**Homines malefici impotentes ad copulam redduntur.** 449. 1. 14  
**Honestatis publicæ impedimentum, lege impedimentum publicæ honestatis**  
**Hostia consecrari potest à Sacerdote cæco illam tangente.** 54. 2. 3  
**Hostia existens post parietem, vel distans per triginta passus vel infra tabernaculum clausa, consecrari non potest.** ibidem. 4

## I

**Illegitimi ordinari non possunt.** 311. 1. 15  
**Illiterati ordinari non possunt.** ibidem.  
**Imagines Christi, & Sanctorum non sunt sacramentum.** 4. 1. 12  
**Impedimenta dirimentia matrimonium, dirimunt sponsalia.** 337. 2. 1  
**Impedimenta dirimentia sponsalia, lege sponsalia.**  
**Impedimentum matrimonij, si publicum est, consentus sunt renouandi corâ Parocho. 376. 1. 14.**  
**Impedimentum publicum, quannis ex peccato infamatum, tenemur in denuntiationibus manifestare.** 393. 2. 2  
**Impedimentum si sit occultum, & testibus probari non potest, non tenemur illud manifestare. 394. 1. 3. Tenemur denuntiare impedimentum, quod audiuius à personis fide dignis. ibidem. 4. Et ipsi contrahentes interrogati de impedimentis, tenentur dicere veritatem.** ibidem. 5  
**Impedimenta dirimentia matrimonium potest statuere Concilium generale, & summus Pontifex. 408. 1. 3. Et si inspiciatur ius naturale, & diuinum, quoque potest Episcopus in suo Episcopatu. ibidem. 4. Et Princeps infidelium respectu suorum subditorum. ibidem. 5. Et Princeps secularis fidelis suis subditis baptizatis potest statuere impedimenta, ex vi suæ iurisdictionis. ibidem. 6. Et consuetudo legitima præscripta, & à superiore, saltem tacite, approbata. 409. 1. 9  
**Impedimenta dirimentia matrimonium sunt quatuordecim.** 409. 1. 2  
**Impedimenta dirimentia ratione erroris personæ, lege error.****

Impe-

# I N D E X

- Impedimenta dirimentia ex parte voti, lege vocam.**  
**Impedimenta dirimentia ex parte consanguinitatis, lege consanguinitas.**  
**Impedimentum ex parte cognationis spiritualis, lege cognatio spiritualis.**  
**Impedimentum dirimens matrimonium ex parte cognationis legalis, lege cognatio legalis.**  
**Impedimentum dirimens est homicidium alterius coniugis sine adulterio, utroque machinante committum.** 427. 13. Dirimit matrimonium subsequens homicidium cum adulterio cum adultera. 428. 1. 8. Et adulterium cum promissione ducendi adulteram post mortem coniugis. 428. 2. 9  
**Impedimentum dirimens subsequens inducitur ob adulterium inductum matrimonio.** 430. 1. 9  
**Impedimentum dirimens subsequens facit, interficere uxorem.** ibidem.  
**Impedimentum affinitatis perpetuum est.** 442. 1. 8.  
**Impedimenta impedientia rati, quæ, & quot.** 456. 1. 3  
**Impedimentum Ecclesie veterum quid?** 456. 1. 3  
**Impedimentum, tempus feriatum dictum, quid?** 456. 2. 4  
**Impedimentum incestus.** 457. 2. 11.  
**Impotentia respectiva perpetua, respectu illius dirimit matrimonium.** 447. 2. 7  
**Impotentia perpetua quælibet dirimit matrimonium, non solum iure Ecclesiastico, sed etiam iure naturali.** 447. 2. 8.  
**Impotentia quotuplex.** 446. 1. 1  
**Impotentes ad copulam redduntur, homines malefici.** 449. 1. 14  
**Impotentia perpetua ex maleficio dirimit.** 449. 1. 15  
**Impotentia perpetua subsequens matrimonium non illud dirimit.** 450. 1. 19  
**Impotentia matrimonio superveniens, utrum reddat illicitum usum matrimonij.** 450. 2. 20  
**Impotentes, qui ratione impotentiae separantur, postea cogniti potentes, iterum coniugendi sunt.** 451. 2. 24.  
**Impuberum sponsalia non possunt dissolvi, donec perveniant ad pubertatem.** 341. 2. 1. Adepta utroque pubertate, possunt mutuo consensu dissolvi sponsalia. 341. 2. 2  
**Impuberes, contractis sponsalibus, pervenientes ad pubertatem, possunt recedere.** 341. 2. 3  
**Impuberum sponsalia manent dissoluta, quando impubes dissentit, & postea pubes factus non mutavit voluntatem.** 342. 1. 5.  
**Impuberis reclamatio debet fieri ad Episcopum.** 342. 2. 7  
**Incestuosus ante matrimonij consummationem, non tenetur Religionem ingredi.** 445. 1. 26  
**Incestuosus coniux, mortuo alio coniuge, non potest iterum uxorem ducere.** 445. 1. 27  
**Incestuosi à quibus possunt dispensari, ut debitum petant.** 445. 2. 28  
**Inæqualitas matrimonij ob loci angustiam, dispensationis est causa.** 464. 1. 5  
**Infantes nequeunt esse ministri sacramentorum.** 11. 2. 4  
**Infantes ordinati in sacris non tenentur voto castitatis.** 296. 1. 6  
**Inferior in lege superioris sine causa dispensans, invalidè dispensat.** 463. 2. 1  
**Infidelium matrimonium, lege matrimonium.**  
**Iniciari in sacris tenentur ad castitatem.** 322. 1. 10  
**Inimicitiae graues inter sponsores, possunt dissolvere sponsalia.** 347. 1. 2  
**Intentio quid?** 11. 2. 1 Quotuplex. ibidem. 2  
**Intentio ministri requiritur ad sacramentum, est de fide.** 21. 1. 3.  
**Intentio necessaria est hæc: Intendo facere id, quod Christus instituit, & intendit Ecclesia.** 12. 1. 4  
**Intentio faciendi quod facit Ecclesia Romana, vel alia Ecclesia, non requiritur.** 11. 2. 5  
**Intentio actualis non est necessaria ad valorem sacramenti.** 12. 2. 6  
**Intentio habitualis non sufficit.** 12. 2. 7  
**Intentio virtualis necessariò requiritur, & sufficit.** 13. 1. 8  
**Intentio merè interpretatiua non sufficit ad validitatem sacramenti.** 11. 2. 12  
**Intendens consecrare in confuso plures hostias, an consecret.** 54. 2. 5. & 55. 1. 6  
**Interdicti tempore, non potest ministrari extrema unctio.** 286. 1. 11  
**Interrogationes, quas debet facere, & omittere confessorius in confessione.** 272. 1. 4  
**Interrogare teneur confessorius poenitentem, quando scit, eum tacere peccatum.** 272. 1. 2  
**Interrogatoria ad confessionem vide** 272. 2. 1  
**Irregularis licitè ordinari non potest.** 311. 1. 12  
**Irregularitatem, & excommunicationem incurrit Religiosus ministrans Eucharistiam sine pastoris licentia.** 86. 1. 8  
**Iure Ecclesiastico dirimit matrimonium polygamia.** 453. 2. 2  
**Iure Ecclesiastico dirimit matrimonium affinitas.** 443. 2. 16  
**Iurisdictio à quo potest concedi in foro poenitentiarum.** 230. 2. 1  
**Iurisdictio quomodo delegatur.** 231. 2. 6  
**Iurisdictio delegata quibus competat.** 232. 1. 7  
**Iurisdictio delegata quantum duret.** ibidem. 8  
**Iurisdictio delegata non finitur per mortem delegantis.** 232. 2. 9  
**Iurisditione probabili potest quis ministrare sacramentum poenitentiarum.** 233. 2. 13  
**Iurisditionem ordinariam habentes possunt dare facultatem eligendi confessorium.** 234. 1. 1
- ## L
- Læica potestati non subditur Clericus.** 324. 1. 1  
**Læicæ adoratione absoluta adoranda est Eucharistia.** 62. 2. 2. De hac adoratione datur duplex præceptum. ibidem. 3  
**Lectoratus est vnus ex septè ordinibus.** 289. 1. 5.  
**Est verè ordo.** ibidem. 10  
**Lectoratus integrat cum alijs ordinibus vnum sacramentum ordinis.** 290. 1. 11  
**Lectoratus ordinem suscipiens in peccato mortali mortaliter peccat.** ibidem. 13  
**Lectoratus cadit sub præcepto respectu communivitatis, non verò in particulari.** ibidem. 14  
**Lectoratus officium est legere prophetias in Ecclesia.** 291. 1. 20  
**Lectoratus materia remota, liber prophetiarum.** 294. 1. 12  
**Legatus à latere in impedimentis dirimentibus dispensare potest.** 463. 1. 20  
**Legislator in sua lege sine causa dispensans, validè dispensat.** 463. 2. 2
- Leptosi

# RERVM, ET VERB.

Leprosi validè cōtrahunt matrimonium. 449. 1. 13  
 Leprosus non potest publicè Eucharistiam sumere. 78. 2. 2  
 Libertate carentes ordinari non possunt. 311. 1. 12  
 Licentiam à pastore debent petere Religiosi ad ministrandam Eucharistiam, si irregularitatem, & excommunicationem incurrere nolunt. 86. 1. 8  
 Licentia concedenda est coniugibus transeundi ad nuptias, qui ratione maleficij fuerunt separati. 453. 1. 32  
 Licita copula vsque ad quartum gradum affinitatem causat. 442. 1. 11  
 Ligaminis impedimentum iure Ecclesiastico dirimit matrimonium, 435. 2. 2

## M

**M**alicia contrahentium matrimoniū vtrum suppleat ætatem. 334. 1. 5  
 Manna non fuit sacramentum legis veteris. 4. 1. 10  
 Maria Virgo extremæ vnctionis sacramentum recepit. 285. 1. 7  
 Martyrium non est sacramentum. 4. 2. 16. & 402. 1  
 Martyrium, quid? 40. 2. 1  
 Martyrij conditiones. ibidem. 3. & 4  
 Martyrij effectus duplex, gratia, & remissio omnis culpæ, & poenæ. 41. 2. 9  
 Martyrium gratiam confert ex opere operato. ibidem. 10  
 Martyrium præstat suum effectum in instanti mortis. 42. 1. 11  
 Martyrium an sit sub præcepto. 42. 1. 12  
 Materia sacramentorum est pars intrinseca sacramentorum nouorum. 7. 2. 7  
 Materia duplex, vna proxima, alia remota. 8. 1. 8  
 Materia sacramentorum est determinata in specie. 8. 1. 1  
 Materias sacramentorum non potest mutare Ecclesia. 8. 1. 3  
 Materia remota Baptismi, aqua. 27. 2. 2. Proxima, ablutio. 28. 1. 5  
 Materia remota Confirmationis, chrisma: proxima, vnctio. 43. 1. 6  
 Materia Eucharistiæ remota, solus panis triticeus. 49. 2. 3. Debet esse confectus aqua naturali, & coctus. 50. 1. 5  
 Materia apta Eucharistiæ, panis, tam azymus, quam fermentatus, sed aptior materia est azymus. 50. 2. 9  
 Materia proxima Eucharistiæ, species panis consecrata. 51. 1. 11  
 Materia remota sacramenti sanguinis sufficiens, & necessaria, vinum de vite, siue album, siue nigrum. 51. 1. 1  
 Materia sufficiens, non conueniens sacramenti sanguinis, multū expressum ex vuis maturis. 51. 1. 13. non verò vinum coctum. 51. 2. 4. neque arripe. ibidem. 6. neque acetum. ibidem. 7. bene verò vinum congelatum. ibidem. 8  
 Materia proxima huius sacramenti sanguinis, species vini consecrati. 52. 1. 9  
 Materia remota sanguinis Christi est aquæ admixtio. 52. 1. 1. Qualis debeat esse hæc admixtio, & qualis aqua, vide verbo aqua.  
 Materia consecranda debet esse præsens sensibiliter. 54. 1. 1

Materia remota poenitentiæ necessaria, peccata mortalia non confessa. 140. 1. 6  
 Materia proxima poenitentiæ, contritio, confessio, & satisfactio. 141. 2. 1. Satisfactio realis non est de essentia. 142. 2. 8  
 Materia remota extremæ vnctionis, oleum oliuarum ab Episcopo benedictum. 280. 1. 1. Proxima, vnctio ex oleo facta. ibidem. 2. 4  
 Materia Ordinis remota est instrumentum, quod traditur: proxima, traditio. 291. 2. 1. An materia debeat esse consecrata. ibidem. 2  
 Materia Ordinis remota physicè debet tangi ab ordinando. 292. 1. 5. Non duabus manibus necessariò. ibidem. 6  
 Materia Episcopatus quænam. 292. 2. 7.  
 Materia septem Ordinum. 293. 1. 8  
 Matrimonium legis veteris non fuit sacramentum. 4. 1. 10  
 Matrimonij facta promissio vtrum valeat ad obligandum. 330. 1. 11  
 Matrimonij facta promissione, virginem deslorans tenetur eam ducere. 330. 2. 1  
 Matrimonium contrahitur quibuscumque verbis exprimentibus consensum de præsentis. 332. 1. 8  
 Nutibus contrahi potest. ibidem. 10. Taciturnitas contrahentium quando est sufficiens ad manifestandam promissionem. 333. 1. 11  
 Matrimonium contrahentes ante septennium, non peccate, probabile. 335. 1. 8  
 Matrimonium impedimenta dirimentia, dirimunt sponsalia. 337. 2. 1  
 Matrimonium subsequens validè celebratum dissoluit sponsalia cum alia, etiam si sponsalia sint iurata. 344. 2. 3  
 Matrimonium vt dissoluatur ob aliquod impedimentum, requiruntur ad minus duo testes. 351. 2. 4  
 Matrimonium quatuor nominibus nominatur. 352. 1. 1. Potest tribus modis considerari. ibidem. 2. Vt contractus naturæ, quomodo diffiniatur, ibidem. 3  
 Matrimonium quomodo diffiniatur, vt est sacramentum. 353. 1. 6. Diuisio matrimonij in legitimum, ratum, & consummatum. ibidem. 7  
 Matrimonium, vt contractus, & officium naturæ, fuit institutum à Deo, Genes. 5. Crescite, & multiplicamini. 353. 2. 1  
 Matrimonium, vt est contractus eleuatus ad esse sacramenti, fuit institutum à Christo Domino in noua lege. 353. 2. 2  
 Matrimonij datur præceptum naturale. 354. 1. 2  
 Dictum præceptum est affirmatiuum. ibidem. 3  
 Matrimonium contrahere tenentur Ecclesiastici, si omnes viri perirent præter illos. 355. 1. 7  
 Matrimonium est sacramentum legis gratiæ. 355. 1. 2  
 Matrimonium confert gratiam iustificantem. 355. 2. 4. In hoc sacramento reperiuntur tria, sicut in alijs. 6  
 Matrimonij contractus inter non baptizatos non est sacramentum. 356. 1. 8. Fit sacramentum, quando conuertuntur ad fidem. ibidem. 9  
 Matrimonium in lege naturæ, & veteri, propriè non conferebat gratiam. 356. 2. 11  
 Matrimonij sacramentum obtinet infimum locum inter sacramenta nouæ legis. 357. 1. 12  
 Matrimonij sacramentum, vt materia, & forma, essentialiter cõponitur ex mutua traditione. 357. 2. 6  
 Matri-

# I N D E X

- Matrimonij Sacramenti materia, mutua traditio externa. 357. 2. 6
- Matrimonium celebratum per procuratores, validum est. 359. 1. 1. etiam vt sacramentum 359. 2. 9. quas condiciones debeat habere procurator. 359. 1. 3
- Matrimonium per epistolam contractum, olim validum erat. 360. 2. 15
- Matrimonium est indissolubile 361. 1. 1. hac in dissolubilitas non tantum est de iure humano, sed diuino ibidem. 3
- Matrimonium ratum ob aliquas causas potest dispensari à Papa, non vero consummatum. 362. 1. 1. & 363. 1. 9. nec ratum, nec consummatum potest dispensari ab Episcopo. 363. 1. 10
- Matrimonium ratum dissoluitur per professionem in Religione approbata. 363. 1. 1. iure Ecclesiastico. ibidem. 3. debet esse solennis. ibid. 4
- Matrimonium consummatum potest dispensare Deus. 364. 2. 3
- Matrimonium infidelium consummatum, est Christi dispensatione, solubile, per alterius conversionem ad fidem, quando alter non vult cohabitare. 364. 2. 4
- Quid intelligatur, pro nolle habitare. 365. 1. 5
- Matrimonium dissolui non potest, quando infidelis non vult conuerti, vult tamen cohabitare cum fidele conuerso, sine contumelia creatoris. 365. 1. 6
- Matrimonium dicitur consummatum, quacunque ratione semen prolificum viri, intra vas naturale recipiatur, etiamsi vas non penetratur instrumento virili. 377. 2. 2. Nec sufficeret penetratio vas, nisi intravas feminetur. ibidem. 3. Requiritur, quòd femina feminetur ibidem. 4
- Matrimonium non dicitur consummatum, quando copula præcessit matrimonio. 368. 1. 5. consummatum per copulam vi extortam. 368. 1. 6
- Semen debet esse prolificum. ibidem. 7
- Matrimonium requirit essentialiter mutuum consensum. 369. 2. 1. Hic consensus debet esse verax, efficax, ac deliberatus. ibidem. 3
- Matrimoniale statum non potest facere humana potestas absque contrahentium consensu. 370. 1. 7
- Matrimonium, vt sit validum, non requirit vtrumque consensum esse simul tempore. 371. 1. 1
- Quam temporis distantia possit esse inter consensum. ibidem. 2
- Matrimonium essentialiter non requirit consensum tendentem in copulam. 372. 1. 3
- Matrimonium essentialiter requirit consensum tendentem in bona sacramenti. 372. 2. 5
- Matrimonium validum est, si intendatur primario generatio prolis; intendens primario pulchritudinem, nobilitatem, &c. est peccatum veniale, non verò si hæc secundario intendantur. 373. 2. 10
- Matrimonium inualidum, solum defectu consensum interni, vel ratione grauis metus, vt reualidetur, sat est, vt liberè de nouo consentiat, permanente altero sponso, in priori consensu 374. 1. 2. si defectus est ex parte vtriusque, ambo debet consentire de nouo. ibidem. 4
- Matrimonium si fuit inualidum ratione impedimenti dirimentis, vt reualidetur, impetrata dispensatione, requiritur nouus vtriusque consensus. ibidem. 5. An conscius impedimenti, eo cessante, teneatur certiore facere alium coniugem de nullitate matrimonij? 375. 1. 6
- Matrimonij nullitas, si non potest manifestari absque graui periculo, quid tunc faciendum? 375. 2. 1. 1
- Matrimonium, aliud est solenne, & aliud clandestinum. 377. 2. 1. Clandestina fuerunt valida ante Trident. 378. 1. 2. & de facto sunt valida, vbi Tridentinum non est receptum. 378. 1. 3
- Matrimonium contractum coram Parocho, & duobus testibus, omisis sine causa denuntiationibus, est validum, vbi Tridentinum est receptum. 378. 2. 5
- Matrimonium absque Parocho, & duobus testibus celebratum à fidelibus baptizatis, in locis, vbi publicatum, & receptum est Tridentinum, non est validum 379. 1. 7. etiamsi ignorant dictam legem irritantem. ibidem. 12
- Matrimonij validitas non solum petit præsentiam physicam Parochi, & testium, sed moralem præsentiam. 386. 1. 1
- Matrimonium clandestine contrahentes quas poenas incurrant, lege poenas.
- Matrimonium irritatur metu graui iniuste illato. 397. 1. 7. an iure Ecclesiastico, vel iure naturali. ibidem. 8. an matrimonium istud fiat validum per copulam subsequenter. 398. 2. 1
- Matrimonium contrahens ex metu illud irritante, vtrum peccet. 399. 2. 9
- Matrimonium an possint contrahere filij iuuitis parentibus. 401. 1. 8
- Matrimonium conditionatum quid? 401. 2. 1
- vtrum posita conditione transeat in absolutum. 402. 2. 8
- Matrimonium conditionatum quando sit validum, vel non, ex conditionibus apposis. 403. 1. 1
- Matrimonij impedimeta dirimentia potest statuere Concilium generale, & summus Pontifex 408. 1. 3. & si inspiciatur ius naturale, & diuinum, quoque potest Episcopus in suo Episcopatu. ibidem. 4. & Princeps infidelium respectu suorum subditorum ibidem. 5. & Princeps secularis fidelis, subiectis suis baptizatis, ex vi suæ iurisdictionis. ibidem. 6. & consuetudo à superiore, saltem tacite approbata. 409. 1. 9
- Matrimonium irritat error substantiæ personæ antecedens 410. 1. 3. si error est concomitans, inualidum est matrimonium. ibidem. 4
- Matrimonium communiter non irritatur errore qualitatis 411. 1. 7. quando irritetur, ibidem. 8
- Matrimonium irritum an sit ratione erroris personæ, lege error
- Matrimonium contrahens seruus cum libera, vtrum consequatur libertate. 413. 1. 2. an possit seruus contra here inuito domino. 413. 2. 3
- Matrimonium quando dirimatur voto, lege votum.
- Matrimonio consummato, possunt coniuges ingredi Religionem 416. 1. 10. imò potest vnus coniux ingredi Religionem, altero manente in sæculo ibidem. 12. an ad talem ingressum requiratur licentia Episcopi. ibidem. 13
- Matrimonium quomodo irritetur consanguinitate, lege consanguinitas.
- Matrimonium vtrum dirimatur, & quomodo, cognitione spiritali, lege cognatio spiritalis.
- Matrimonium quomodo dirimatur cognitione legali, lege cognatio legalis.
- Matrimonium subsequens dirimitur, antecedente homicidio

# RERVM, ET VERB.

homicidio alterius coniungis, sine adulterio, utroque machinante commissum. 427. 1. 13  
**Matrimonium** subsequens dirimit homicidium cum adulterio cum adultera 428. 1. 8. & adulterium cum promissione ducendi adulteram post mortem coniugis. 428. 2. 9  
**Matrimonium** promittens, antequam moriatur coniux, peccat mortaliter 430. 1. 10. & acceptans quoque peccat. ibidem  
**Matrimonium** baptizati cum non baptizata nullum est, iure Ecclesiastico 430. 2. 2. non iure naturali, vel diuino 431. 1. 3  
**Matrimonium** contractum cum impedimento cultus disparitatis, etsi verus sit contractus, non est sacramentum. 431. 1. 4  
**Matrimonium** iure Ecclesiastico dirimitur polygamia. 435. 2. 2  
**Matrimonium** quomodo irritetur impedimento publicæ honestatis. 439. 2. 12  
**Matrimonium** amentium, inuvalidum est. 440. 1. 13  
**Matrimonium** conditionatum ante conditionis euentum non inducit publicæ honestatis impedimentum. 440. 1. 14  
**Matrimonium** inuvalidum propter quodcunque impedimentum dirimens, inducit publicæ honestatis impedimentum. 440. 1. 15  
**Matrimonium** ratum nullam inducit affinitatem. 442. 1. 9  
**Matrimonium** non solum non dirimitur, verum etiam neque impeditur in tertio, & quarto gradu. 442. 2. 12  
**Matrimonium** legitime contractum, non dirimitur per affinitatem de nouo aduenientem. 442. 2. 15  
**Matrimonium** à senibus contractum, validum est 448. 1. 10. qui bona fide contraxerunt matrimonium, sed cum impotentia, postquam ablato periculo incontinentiæ, simul cohabitare. 449. 2. 18  
**Matrimonium** dissolutum ratione arctitudinis in foemina, si postea ab alio cognoscatur, est restituenda. 453. 1. 31  
**Matrimonio** dissoluto ratione virilis frigidi, mulieri, & non viro est concedenda facultas transeundi ad alias nuptias. 453. 1. 33  
**Menstrui** tempore, actus coniugalis non est illicitus. 489. 1. 6  
**Ménstruum** ex decetia impedit communionem. 78. 2. 3  
**Ménstruum** in foemina sufficit ad probandam potentiam generatiuam. 454. 1. 42  
**Metus**, quid, & quotuplex? 496. 1. 1  
**Metus** grauis iniuste illatus à causa extrinseca, irritat matrimonium. 397. 1. 7  
**Minister** intendens facere id, quod Christus fecit, facit sacramentum; quid si velit introducere errorem? 9. 2. 10  
**Minister** non potest fingere verba ad significandum. 10. 1. 14  
**Minister** non potest uti materia, & forma dubia in sacramentis, si non adest necessitas. 10. 2. 6  
**Ministri** sacramentorum sunt soli homines. 11. 2. 3  
**Ministri** probitas, quæ? 14. 1. 3. non est de necessitate sacramenti. ibidem  
**Minister** quando peccet ministrando sacramenta. 14. 1. 3  
**Minister** ad validam sacramentorum administrationem, non requirit fidem 15. 2. 11  
**Minist.** solénitatis baptismi, solus Sacerdos. 32. 1. 2

**Minister** baptismi in necessitate, est quilibet homo habens vltim rationis, sciens applicare verba. 32. 2. 5  
**Minister** baptismi excommunicatus solénter baptizans, sic irregularis. 33. 1. 11. peccat mortaliter qui baptizat eum, quem scit esse baptizatum. ibidem. & est irregularis. ibidem. 14  
**Minister** Confirmationis ordinarius, solus Episcopus 45. 1. 14. quæ intentionem requirat. 45. 2. 16  
**Minister** ordinarius necessarius consecrationis Eucharistiæ, solus sacerdos. 84. 2. 2. ministrans Eucharistiam sine pastoris licentia irregularitatem incurrit & excommunicationem, si est Religiosus. 86. 1. 7  
**Minister** poenitentiae quis? 224. 1. 1  
**Minister** poenitentiae debet habere scientiam. 225. 2. 6. debet esse Sacerdos. 226. 1. 1. quilibet Sacerdos est sufficiens in articulo mortis 227. 1. 4  
**Minister** ordinarius totius Ecclesiæ sacramenti poenitentiae est summus Pontifex 227. 1. 1. Episcopus in sua Diocesi. ibidem. 2. Archiepiscopus in suffraganeos, dum visitat. ibidem. 3. Prælati Religionum suis. ibidem. 4. Parrochi ad suas oues. 278. 1. 6. Capitulum sede vacante. ibidem. 8  
**Minister** poenitentiae in ordine ad habentes plura domicilia, vel vagos, qui sit? 279. 1. 7  
**Minister** ordinis, Episcopus. 277. 1. 1  
**Minister** extremæ vntionis necessarius, Sacerdos. 282. 1. 2. licite ministrat Parochus, & Sacerdos de licentia Parochi. ibidem.  
**Ministri** plures possunt esse successiue vngentes. 283. 1. 5. vel collectiue. ibidem. 7. Missæ nomina. 91. 2. 1  
**Missam** dari, est de fide. 93. 2. 12  
**Missæ** est vnicum sacrificium legis gratiæ. 94. 1. 13  
**Missæ** quoad substantiã, instituta est à Christo; quoad ceremonias, ab Ecclesia. 94. 2. 15  
**Missæ** essentia nõ est prima oblatio, *Suscip. sancte Patris etc.* 84. 2. 3. nec oblatio, quæ fit post consecrationem 95. 1. 4. nec fractio. ibidem. 5. nec distributio Eucharistiæ adstantibus. ibidem. nec sumptio, bene ordo ad sumptionem. ibidem. 6  
**consecratio** vtriusque speciei est essentia sacrificij Missæ. ibidem. 7  
**Missæ**, ex sua institutione, non confert primam gratiam primò, & per se. 99. 2. 3. bene per modum impetrationis. ibidem. 4  
**Missæ** non confert augmentum gratiæ ex opere operato. 100. 1. 5  
**Missæ** quomodo remittat venialia, & poenas ibidem. 8  
**Missæ** non potest offerri pro his, qui dabunt eleemosynam. 101. 2. 7  
**Missæ** fructus, quotuplex, & valor. 103. 2. 1  
**Missæ** valor ex parte rei oblatae, infinitus. 103. 2. 4. ex parte Sacerdotis, finitus. ibidem. 5  
**Missæ** celebrata à peccatore Sacerdote prodest. 105. 2. 3, sed non ipsi Sacerdoti. 105. 2. 5  
**Missæ** ter celebrari potest in die Natiuitatis domini. 109. 2. 2. iure Ecclesiastico semel. In die commemorationis omnium defunctorum in Valentino regno, bis. 109. 2. 3  
**Missæ** bis, aut ter potest celebrari ab habente duas, aut tres parochias 110. 1. 3 4  
**Missæ** stipendium non est taxandum, habita ratione congruæ sustentationis 124. 1. 2  
**Missæ** stipendium iustum ex titulo Ecclesiastico est, quod



# I N D E X

quod tali beneficio est annexum. *ibidem.* 3  
 Missæ stipendium voluntariè a fidelibus oblatum,  
 iustum est, quod a superiori taxetur. *ibidem.* 4.  
 vel communiter receptum. 115. 1.5  
 Missa regulariter dici nõ potest ante auroram 117.  
 1.1. utrum possit dici post meridiem 108. 1.5.  
 non potest celebrari nisi in loco sacro 118. 1. 1.  
 in casu necessitatis potest extra Ecclesiam cele-  
 brari. 109. 1. 3  
 Missa in choata debet intermitteri, si Ecclesia polluat-  
 tur, si non est canon inchoatus 120. 1.6  
 Missa quòd requirit altare? vide altare  
 Missæ sacrificium requirit patenam, & calicem. 122.  
 2.1. argenteum, aureum, vel stanneum. *ibidem.* 2.  
 quomodo ista perdant consecrationem. 123. 1.4  
 Missæ indumenta, quæ? 123. 2.1  
 Monitiones sunt necessariae ad valorè matrimonij.  
 389. 2. 2. de necessitate præcepti. 390. 1.3  
 Monitionibus omisis, contrahentes peccat mortali-  
 ter contrahendo, & utendo matrimonio. *ibidè.* 4  
 Monitiones sunt faciendæ à proprio Parocho. *ibidè.*  
 5. antequàm matrimonium contrahatur. 391. 1.8  
 quis possit dispensare, ut monitiones postponan-  
 tur, aut omittantur. 391. 1.1  
 Mutatio duplex, essentialis, & accidentalis. 8. 2.2  
 Mutatio idiomatis non vitiat sacramentum. 8. 2.4  
 nec mutatio verborum synonymorum. *ibid.* 5.  
 nec mutatio in transpositione verborum. 9. 1. 6.  
 Mutatio verborum interpolatorum quomodo vitiet  
 sacramentum. 9. 1.7  
 Mutatio verborum in additione verborum formæ,  
 an vitiet sacramentum. 9. 1. 8  
 Mutatio in subtractione verborum quando vitiet  
 sacramentum. 9. 2.9  
 Mutatio verborum in nutus, præter matrimonium,  
 vitiat sacramentum. 10. 1. 12  
 Mutatio substantialis verborum formarum sacra-  
 mentorù, est peccatù mortale sacrilegij. 10. 1. 15  
 Mutatio verborum formæ absolutionis quando ir-  
 ritet pœnitentiam. 145. 1.1

## N.

**N**aturalis impotentia dirimit matrimonium  
 446. 2. 3.  
 Necessarium simpliciter, & secundum quid; neces-  
 sarium necessitate medijs, & præcepti, quid? 5. 2. 2  
 Nominè defectus dotis, quid intelligatur. 464. 2.7  
 Non Sacerdos, adhuc de commissione summi Ponti-  
 ficis, non potest conferre ordines. 277. 2. 3  
 Nullus Princeps potest compellere quempiam ad  
 matrimonium. 400. 1. 1. an cogentes ad matrimo-  
 nium sint excommunicati. *ibidem.* 2  
 Nuntius Apostolicus, intra annum sedis Episcopalis  
 vacantis, concedere potest dimissorias. 304. 1. 10  
 Nuptiales benedictiones non sunt necessariae ad va-  
 lorem matrimonij. 395. 1. 1. sunt necessariae ex  
 præcepto. *ibidem.* 2  
 Nuptiales benedictiones sunt prohibetæ fieri ab ad-  
 uentu vsque ad diem Epiphaniæ inclusivæ, & à  
 feria quarta cinerum vsque ad octavâ resurrectio-  
 nis inclusivæ. 395. 2. 3  
 Nuptiales benedictiones in secundis nuptijs non  
 sunt conferendæ. *ibidem.* 4. has benedictiones con-

ferentes non subditis, manent suspensi. *ibidem.* 5

## O.

**O**bsessi, & vexati à dæmone, sunt capaces Eu-  
 charistia. 72. 2. 8.  
 Occasio proxima, quas requirat cõditiones. 271. 2. 3  
 Offerens Eucharistiam principalis, Christus Domi-  
 nus. 96. 2. 2  
 Offerentes sunt Sacerdotes per se, 96. 2. 5. per Sa-  
 cerdotes offerunt fideles. *ibidem.* 6  
 Officia ordinum. 294. 2. 7  
 Officium pœnitentis, debet inquirere confessa-  
 rius. 273. 2. 10  
 Omnium sensuum vñctiones, & verba circa illos,  
 partiales materiæ, & formæ extremæ vñctio-  
 nis. 281. 2. 11  
 Opinionem pœnitentis sequi tenetur confessarius  
 270. 1. 2. non verò tenetur sequi opinionem  
 pœnitentis circa indispositionem. *ibidem.* 1  
 Orationum omisio, quæ antecedunt, & subsequa-  
 tur absolutionem, non est peccatum morta-  
 le. 278. 2. 3  
 Ordo quibus modis sumatur. 288. 1. 1  
 Ordo est sacramentum *ibidem.* 2. ex septem nouæ  
 legis à Christo institutum. 3. quomodo defini-  
 tur. *ibidem.* 4  
 Ordines sunt septem. 289. 1. 5.  
 Ordo non est Episcopatus. 289. 1. 6. nec prima  
 tonsura. 289. 2. 7  
 Ordines omnes sunt sacramentum. 289. 2. 10  
 Ordines omnes vnum integrant sacramentum. *ibidè.*  
 Ordines suscipiens in peccato mortali, mortaliter  
 peccat. 290. 1. 13  
 Ordo non cadit sub præcepto in particulari, bene  
 verò respectu communicatis. 290. 2. 14  
 Ordinum officia. *ibidem.* 15  
 Ordinis materia remota, instrumentum, quod tradi-  
 tur, proxima verò, traditio. 291. 2. 1. an debeat  
 esse materia consecrata. *ibidem.* 2  
 Ordinis materia remota, physice debet tangi ab cr-  
 dinando. 292. 1. 5. sed non duabus manibus ne-  
 cessariò. *ibidem.* 6  
 Ordinum omnium materia remota, quæ? 293. 1. 8  
 Omnium ordinum forma, verba Episcopi 294. 1. 1.  
 ordinum officia. 294. 2. 7.  
 Ordinis effectus præcipuus, quinquam? 295. 1. 2  
 Ordinis effectus, character. 295. 2. 3. producit  
 quando perficitur sacramentum. *ibidem.* 4  
 Ordinati Sacerdotes iure Ecclesiastico tenentur ad  
 emittendum votum castitatis. 296. 1. 1  
 Ordinati infantes in sacris, non tenentur voto casti-  
 tatis 296. 2. 6. nec ordinati ignorantia inuinci-  
 bili, nec ob metum cadentem in virum constan-  
 tem. *ibidem.* 7.  
 Ordinis minister ordinarius, Episcopus. 297. 1. 1.  
 extraordinarius minorù ordinù, ex commissione  
 summi Pontificis, Cardinales presbyteri. 297. 2. 2  
 Ordinans in peccato mortali, mortaliter peccat  
 298. 1. 6  
 Ordines qui possint, vel non possint suscipere ab  
 Episcopo proprio, vel alieno. 300. 2. 8  
 Ordinis tempora, quæ. 306. 1. 1  
 Ordines suscipiens, quam ætatem debeat habe-  
 re. 308. 1. 1  
 Ordines

# RERVM, ET VERB.

Ordines suscipiens ante legitimam ætatem, est suspensus. *ibidem.* 2. 5. si non fecit debitam diligentiam. 309. 1. 7. hæc suspensio est Papæ reueruata. 309. 2. 9

Ordinis susceptor debet esse baptizatus. 310. 1. 2

Ordinis susceptor debet esse vir. *ibid.* 3. non hermaphroditus, si magis participet sexum foemineum. *ibidem.* 5

Ordinis susceptor debet habere vsum rationis, non vt valida sit ordinatio, sed vt licita. *ibidem.* 6. pariter requirit certam ætatem. *ibidem.* 7. Confirmatus, *ibidem.* 8. & initiatus prima tonsura, *ibidem.* 9. debet habere sciētiam necessitate precepti. *ibidem.* 10

Ordines vt suscipiat Beneficiarius, debet pacificè Beneficium possidere. 313. 1. 5. Beneficium debet esse perpetuum. *ibidem.* 6. Ordinari potest coadiutoria perpetua. *ibidem.* 8. Ordinari potest patrimonio sufficienti. 314. 2. 2

Ordines nō potest licitè suscipere irregularis. 311. 1. 12. vt bigami, vitiati corpore, illegitimi, illiterati, libertate carentes, homicidæ, excommunicati, suspensi, & interdicti. 311. 1. 12

Ordines suscipiens debet examinari. 312. 1. 15. debet ordinari titulo Beneficij, debet honestè viuere Beneficio, ita vt Beneficium sufficiat ad victum. 312. 2. 4

Ordines suscipiens cum vero patrimonio, cum pacto de illo reddendo, postquam ordinatus fuerit, nullam incurrit suspensionem. 317. 2. 10. nec ille, qui renuntiat. *ibidem.* 9

Ordines potest quis suscipere, Beneficio, & patrimonio simul, si seorsim non sufficiant. 218. 2. 16

Ordines suscipiens, de quibus debeat examinari. 318. 2. 1. debet pacificè Beneficiū possidere. 313. 1. 5

Ordines suscipiens sine titulo quas pœnas incurrat. 318. 1. 1.

Ordinum vestes, quæ? 320. 1. 2

Ordines sacros habentes, non gestantes habitum clericalem, & primam tonsurā apertam, peccat mortaliter 321. 2. 6. quid si sint prima tonsura, & minoribus initiati. 321. 1. 5. si sunt ordinati in sacris, tenentur seruare castitatem. 322. 1. 10

Ordines maiores matrimonium dirimunt, propter annexum votum, quod minores non præstant. 432. 1. 2

Ordines minores accipiens, animo nubendi, non peccat. 432. 1. 2

Ordines sacri non iure diuino, neque naturali, sed tantum Ecclesiastico, dirimunt matrimonium. 432. 2. 4

Ordines sacri fictè suscepti, matrimonium non dirimunt. 433. 1. 5

Ordines sacros recipiens ante vsum rationis, non inducit impedimentum matrimonij. 433. 2. 10. & si votum non ratificauit, non tenetur ad Horas Canonicas recitandas. *ibidem.*

Ordines sacros suscipiens ante pubertatem, dummodo rationis vsum haberet, tenetur voto castitatis, & ad Horas Canonicas recitandas. 433. 2. 11

Ordines sacri non dirimunt matrimonium antea legitime contractum, dummodo ordines sint suscepti in scia coniuge. 434. 1. 12

Ordines sacri in quibus casibus possint recipi a coniugato, absque eo quod irregularitatem incurrat. 434. 2. 18

Ostarius est vnus ex septem ordinibus. 289. 1. 5

Ostiarj officium est, claudere, &c. 291. 1. 21

Ostiarj materia remota, cymbalum. 294. 1. 13

## P

**P**anis solus triticeus est materia remota corporis Christi. 49. 2. 3. debet esse confectus aqua naturali. 50. 1. 7. coctus. 50. 2. 8. azymus, vel fermentatus. *ibidem.* 9. azymus aptior. *ibidem.* 10

Panis consecrationis forma quænam? 56. 1. 4

Panis consecrationis verba, sumuntur recitativè, & significativè. 57. 2. 16

Panis, & vini substantia non manet in sacramento Eucharistia. 60. 1. 4

Panis species consecratas sine substantia permanere, est de fide. 66. 2. 1

Papa non potest concedere facultatem non Sacerdoti conferendi ordines. 291. 2. 3

Papa potest dispensare in matrimonio tantum rato. 362. 1. 1. sed ex aliquibus causis: causæ quænam sint. 362. 2. 8

Papa non potest dispensare in matrimonio consummato. 363. 1. 9

Papa potest dispensare in impedimento cultus disparitatis. 431. 1. 4

Papa non potest dispensare in pluralitate virorum, vel vxorum. 436. 2. 45

Papa dispensare non potest in impedimentis iuris diuini, & naturalis. 460. 2. 6

Papa bene potest dispensare in impedimentis iuris Ecclesiastici. 461. 1. 7

Parentes non possunt cogere filios sine causa ad contrahendum matrimonium. 40. 2. 4

Parochus tenetur audire suorum confessiones, quoties rationabiliter petunt. 269. 2. 2

Parochus potest repellere a susceptione sacramentorum, non soluentes decimas, & primitias. 271. 1. 2. non verò priuare Ecclesiastica sepultura. *ibidem.*

Parochus tenetur sacramentum pœnitentiæ suis ouibus ministrare. 288. 2. 8. & tempore pestis, si non adest periculum. *ibidem.* 9

Parochus non incurrit irregularitatem, eo quod acceleretur mors, renouendo infirmum, quando ministrat extremam vnctionem. *ibidem.* 11

Parochus non tenetur ferre Eucharistiam valde festinantèr. 88. 1. 4

Parochus tenetur communicare peste infectos propria manu. 88. 2. 6

Parochus potest ob metum mortis, ministrare Eucharistiam publico peccatori. 90. 2. 11

Parochus tenetur celebrare omnibus diebus festiuis. 106. 2. 6. quando teneatur offerre pro populo. *ibidem.* 4

Parochus habens duas Parochias, bis potest celebrare, & si vna Parochia non est capax omnium ouium, potest in illa iterum celebrare. *ibidem.* 5

Parochus, antequam hermaphroditis assistat, quid facere teneatur. 453. 2. 37

Parochus assistens matrimonio debet esse proprius, saltem vnius contrahentis. 381. 1. 1

Parochorum duorum assistentia necessario non requiritur.

# I N D E X

- quitur , quando contrahentes sunt diuersarum  
 Parochiarum. ibidem. 2  
 Parochus solius originis non censetur proprius ad  
 assistendum matrimonio. 381. 2. 4. Quando quis  
 habet duplex domicilium , coram quo Parocho  
 debeat assistere? 382. 1. 7  
 Parochi assistere possunt matrimonio vagorum.  
382. 2. 8  
 Parochus in rufus habes titulum coloratum, vtrum  
 valide assistat matrimonio subditoru. 383. 1. 10  
 Parochus assistens matrimonio suarum ouium, licet  
 sit consequutus aliquod Beneficium incompati-  
 bile, matrimonium est inualidum. 382. 2. 9  
 Parochus excommunicatus, suspensus, aut irregu-  
 laris, si est toleratus, valide assistit matrimo-  
 nio. 383. 1. 12  
 Parochus excommunicatus, non toleratus, potest  
 valide assistere matrimonio, & dare licentiam  
 Sacerdoti, vt assistat. 383. 2. 13  
 Parochus non debet necessariò esse Sacerdos. 383.  
 2. 14. Quis possit assistere præter Parochum, ma-  
 trimonio. 384. 1. 1  
 Parochus non solum præsentia physica, sed etiam  
 morali, debet assistere matrimonio. 386. 1. 1.  
 Valet matrimonium, licet assistentia sit vio-  
 lenta. 386. 2. 3  
 Parochus an debeat proferre illa verba, *Ego vos,*  
*&c.* 386. 2. 4  
 Pater tenens in Baptismo propriu filium ignoratè,  
 non cõtrahit cognatione cum sua vxore. 40. 2. 8  
 Patrini requiruntur ad Baptismum ex statuto Ec-  
 clesie. 40. 1. 5. Debent habere vsum rationis:  
 non debent esse poenitentia multati: debent esse  
 baptizati, non hæretici: debent scire orationem  
 Dominicam, & Symbolum: vnus ex his vir,  
 & alius foemina. 40. 1. 6  
 Patrini inter se nullum impedimentum contrahunt,  
 sed tantum cù baptizato, & parètibz illius. *ibid.*  
 Patrini in catechismo nullam contrahunt cognationem.  
ibidem.  
 Patrini assistentia in Confirmatione, necessa-  
 ria. 40. 2. 8  
 Patrini conditiones, ex consuetudine. 45. 2. 18  
 Paupertas superueniens sponsalibus potest illa dif-  
 soluere. 347. 1. 3  
 Peccata, specie distincta sunt, per obiecta. 178. 1. 3.  
 possunt esse numero distincta. 178. 2. 4  
 Peccatorum mortalium numerum tenetur confiteri  
 poenitens. 179. 2. 7  
 Peccata quot committantur, quando quis vno actu  
 plures infamat, vel interficit, vel inhonestè lo-  
 quitur coram multis. 188. 1. 27. & 18. 1. 31  
 Peccatorum qualitatem tenetur scire confessa-  
 rius. 265. 1. 3  
 Peccata mortalia non confessa, sunt materia neces-  
 saria. 140. 1. 6  
 Peccata mortalia confessa, & venialia, est materia  
 sufficiens. ibidem. 7  
 Peccata mortalia non possunt remitti regulariter si-  
 ne poenitentia formali. 149. 1. 2. Per accidens  
 possunt cum virtuali poenitentia. ibidem. 3  
 Peccata remitti non possunt sine interiori mutatio-  
 ne. 150. 2. 14. hæc mutatio fit per gratiã. 151.  
 1. 16. Vtrum vnum peccatum possit remitti sine  
 alio. 151. 1. 11  
 Peccata venialia remitti possunt siue alijs, & siue  
 mortali. 156. 2. 3. Ad remissionem venialium non  
 requiritur infusio gratiæ. Peccatum veniale non  
 remittitur in alio saculo. 157. 2. 8  
 Peccata semel dimissa non redeunt. 159. 1. 1  
 Peccatori publico denegada est Eucharistia. 89. 1. 3  
 Peccator publicus, quis? 89. 2. 5  
 Peccatori occulto publice dada est Eucharistia. 90.  
 1. 9. Non licet dare ei hostiam non consecra-  
 tam. 90. 2. 12  
 Peccator non tenetur confiteri circumstantiam con-  
 suetudinis peccandi, neque generalis ingrati-  
 tudinis. 189. 1. 32  
 Peccator tenetur confiteri numerum peccatorum  
 mortalium. 179. 2. 7  
 Peccator dans signa poenitentia absolui debet. 197.  
 2. 10. & Parochus tenetur ex charitate, & ex ius-  
 titia. 188. 2. 13  
 Perpetua impotentia dirimit matrimoniũ. 446. 1. 2  
 Petere sacramenta à ministro existente in peccato  
 mortali, licitum est. 24. 1. 2  
 Pluralitas vxorum prohibita est, non solum iure Ec-  
 clesiastico, sed etiam iure naturali. 435. 2. 3  
 Poena, qua afficiuntur contrahentes absque Paro-  
 cho, & testibus est, quod sint inhabiles ad sic  
 contrahendum. 387. 2. 1  
 Poena secunda est, quod puniantur grauiter arbitrio  
 Ordinarij. 388. 1. 3. de alijs poenis, numeris se-  
 quentibus. 316. 11.  
 Poena ordinatorum. 316. 11.  
 Poenam apponere sponsis in sponsalibus est illicitum.  
 336. 1. 2. & casibus prohibitis, non est solu-  
 enda, etiã si firmetur iuramento. 336. 1. 3. & ap-  
 probans has poenas illicitas peccat mortaliter.  
356. 1. 4  
 Poenitens tenetur confiteri peccata alias nota con-  
 fessorio. 180. 2. 15  
 Poenitens, cõfesso peccato principali, nõ tenetur ex-  
 plicare actus communiter concomitantes. 181.  
1. 19  
 Poenitens an teneatur confiteri circumstantias ag-  
 grauantes. 181. 2. 25. & 184. 1. 6  
 Poenitens non potest obligari ad acceptandam poe-  
 nitentiam intolerabilem. 212. 1. 2.  
 Poenitens tenetur acceptare poenitentiam vtilem,  
 & accommodatam. 212. 2. 4  
 Poenitens non adimplendo poenitentia acceptatam,  
 peccat mortaliter. 212. 2. 5. quando excusari  
 potest. 313. 1. 9. quando teneatur. ibid. 11  
 Poenitens satisfacere potest poenitentia, lucrando  
 aliquam indulgentiam. 214. 1. 12. Non potest  
 poenitentia impleri per alium. ibidem. 13  
 Poenitens non tenetur statim adimplere poeniten-  
 tiam. ibidem. 14  
 Poenitens, vt adimpleat poenitentiam, non requirit  
 esse in gratia. ibidem. 15  
 Poenitens quibus casibus cum aliquo, petita licen-  
 tia, & non obtenta, potest confiteri. 237. 1. 12  
 Poenitens habens facultatem eligendi confessorium,  
 tenetur eligere approbatum. 237. 2. 25  
 Poenitens bis, aut ter in confessione proponens  
 restituere, & non fecit, non est absoluen-  
 dus. 271. 1. 1  
 Poenitens, existens in occasione proxima, non est  
 absolendus regulariter. 271. 2. 3. quando est  
 absolendus. ibidem.  
 Poenitentia sacramentũ informe potest dari 194. 1. 1  
Poeni

# RER VM, ET VERB.

Pœnitentiæ minister, quis? 224. 1. 1.  
 Pœnitentiæ minister debet habere scientiam. 225.  
 2. 6. debet esse Sacerdos. 225. 1. 1. Quilibet Sa-  
 cerdos est sufficiens in articulo mortis. 227. 1. 4.  
 Pœnitentiæ minister ordinarius totius Ecclesiæ est  
 summus Pontifex. 227. 1. 1. Episcopus in sua  
 Diocesi ibidem. 2. Archiepiscopus in suffraga-  
 neos, dum visitat. ibidem. 3. Prælati Religio-  
 num respectu suorum. ibidem. 4. Parochi res-  
 pectu suarum ouium. 228. 1. 6. & Capitulum, se-  
 de vacante. ibidem. 3.  
 Pœnitentiæ minister, quis sit in ordine ad haben-  
 tes plura domicilia, vel vagos. 229. 1. 2.  
 Pœnitentiæ nomen. 134. 1. 1. quibus modis acci-  
 piatur. ibidem. 2.  
 Pœnitentia, vt est virtus, ad quid inclinet. ibid. 3.  
 quid sit eius obiectum. 135. 2. 4.  
 Pœnitentia non est virtus Theologica. ibidem. 6.  
 nec propriè est species iustitiæ. ibidem. 7. sub-  
 iectum eius, voluntas. 135. 2. 8.  
 Pœnitentiæ actus. ibidem. 9.  
 Pœnitentiæ sacramentum quomodo nominetur. 136.  
 1. 1. est verè sacramentum. ibidem. 2. à Christo  
 institutum. 137. 1. 3. quomodo denotatur. 137. 2. 5.  
 Pœnitentia est sacramentum necessarium peccatori-  
 bus necessitate mediæ. 138. 1. 2. & necessitate  
 præcepti. 137. 1. 1.  
 Pœnitentiæ materia remota, peccata post Bap-  
 tismum commissa. 139. 2. 4.  
 Pœnitentiæ materia proxima, contritio, confes-  
 sio, & satisfactio. 141. 2. 1. Satisfactio est pars  
 integralis. 142. 2. 8.  
 Pœnitentiæ forma, quæ? 143. 2. 2. debet proferri  
 per modum iudicij. 144. 2. 11.  
 Pœnitentiæ sacramento, remissa culpa mortali, re-  
 mittitur poena æterna damni. 152. 1. 2. remissa  
 culpa, poena æterna commutatur in tempora-  
 lem. ibidem. 3.  
 Poena temporalis, quæ remittitur, non semper est  
 æqualis. 133. 1. 6.  
 Pœnitentia causat gratiam. 153. 1. 1. tollit reli-  
 quias peccatorum. ibidem. 2. remittit peccata  
 venialia. 153. 2. 3. Verum venialia remittan-  
 tur per sacramentalia. 154. 1. 1.  
 Pœnitentia quænis est sufficiens ad remissionem  
 peccati venialis. 156. 1. 5.  
 Pœnitentiæ non reuiuiscunt opera mortua, benè ve-  
 rò mortificata. 158. 1. 5. resurgunt merita. ibid. 6.  
 & resurgunt virtutes infusæ connexæ cum gra-  
 tia sanctificante. 159. 1. 7.  
 Pœnitentia potest celebrari, quin pœnitens cõfitea-  
 tur propria voce. 175. 2. 26. debet esse præsens,  
 vt absoluat. 176. 1. 27. debet numerare pec-  
 cata secundum species, in genere moris. 177. 1. 3.  
 Pollutio voluntaria an impediatur communionem.  
 79. 1. 6.  
 Polygamia est, quando dux vxores ducuntur, viuen-  
 te prima. 435. 2. 1.  
 Polygamia iure Ecclesiastico matrimonium diri-  
 mit. 435. 2. 2.  
 Potens dispensare erga subditos, potest quoque dis-  
 pensare erga se. 459. 2. 3.  
 Prælati inferiores Episcopo, non possunt cõcedere  
 dimissorias, nisi ex priuilegio S. Pont. 303. 1. 3.  
 Prægnationis tẽpore, quando adest periculum pro-

babile abortus prolis iam formatæ, actus coniuga-  
 lis, est peccatum mortale. 489. 1. 7.  
 Presbyteratus est vnus ex septẽ ordinibus. 289. 1. 5.  
 est verè ordo, ibid. 10. integrat cum alijs ordi-  
 nibus vnũ sacramentum. 291. 1. 1. Suscipiens eum  
 in peccato mortali mortaliter peccat, ibidem.  
 13. cadit sub præcepto, respectu communitatis,  
 non verò in particulari, ibidem. 14. officium  
 eius. 290. 2. 15.  
 Præsentia corporis Christi sub speciebus est realis.  
 630. 2. 1. modalis. 64. 1. 2. reducitur ad rela-  
 tionem, ibidem. 3. ratione huius an dici possit  
 Christum existens in loco. 64. 2. 5.  
 Prima tonsura non est ordo. 289. 2. 7.  
 Probationes requisitæ ad declarandum matrimo-  
 nium, nullum, ratione impotentia. 451. 1. 25.  
 26. & 27.  
 Professio dissoluit matrimonium ratum. 363. 1. 1.  
 iure Ecclesiastico. ibidem. 3.  
 Professio debet esse solennis, vt dirimat. ibid. 4.  
 Promissio merè interna non sufficit ad sponsalia.  
 326. 1. 1. debet manifestari, & ab alio accep-  
 tati. ibidem. 3.  
 Promissionem acceptans, eo solùm, quòd acceptat,  
 non censetur promittere. 36. 2. 4.  
 Promissio essentialiter requisita ad validitatẽ spon-  
 salium, debet esse mutua. 326. 2. 5. obligat sub  
 mortali ad ipsa adimplenda. 327. 2. 6. etiam si  
 sponsus nobilis contraxerit sponsalia cù ignobi-  
 li, si sciat esse ignobilem. ibidem. 7.  
 Promissio ficta matrimonij vtum valeat. 330. 1. 1.  
 Promissione ficta matrimonij virginem deslorans  
 tenetur eam ducere. 330. 2. 1.  
 Promittens, non habens animum promittendi, non  
 tenetur ex vi promissionis. 329. 2. 1.  
 Promittens verè, cum animo non se obligandi,  
 vtum tenetur. ibidem. 3.  
 Promittens sponsalia, non excludendo obligatio-  
 nem, id est non se obligando positiuè, manet  
 obligatus. 330. 1. 5.  
 Promittens, determinando personam, sponsalia in-  
 certa, certa reddit. 333. 1. 2.  
 Promittens matrimonium post mortem coniugis,  
 mortaliter peccat. 430. 1. 10.  
 Pubes, etsi coire non possit, defectu ætatis, potest ta-  
 men matrimonium inire. 455. 1. 46.  
 Puberum sponsalia mutuo sponserum consensu dis-  
 soluuntur, etiam si sint celebrata in facie Eccle-  
 siæ. 341. 1. 2.  
 Pubes, quando contraxit cum impubere sponsalia,  
 pubes nunquam potest resilire. 342. 1. 4.  
 Publicæ honestatis iustitia, quid? 437. 2. 2.  
 Publicæ honestatis impedimentum, iure nouo Con-  
 cilij Tridentini solùm extenditur ad quartum  
 gradum. 438. 1. 3.  
 Publicæ honestatis impedimentum perpetuum est.  
 439. 1. 8.  
 Publicæ honestatis impedimentum inducitur matri-  
 monio irrito, dummodo tale non sit defectu con-  
 sensus. 439. 2. 12.  
 Publicæ honestatis impedimentum non oritur ex  
 matrimonio cõditionato ante conditionis euen-  
 tum. 440. 1. 14.  
 Publicæ honestatis impedimentum contrahitur ex  
 matrimonio inualido, propter quodcunque im-  
 pedimentum dirimens. 440. 1. 15.

**Q**

**Q**ualitatem peccatorum mortalium tenetur sci-  
re confessarius. 265. 1. 3  
Qualitatem discretam peccatorum mortalium quo-  
que debet scire. ibidem.  
Quantitas corporis Christi existit sub hostia per  
modum substantiæ. 61. 2. 3  
Quibus verbis sponsalia, & matrimonium contra-  
hantur. 331. 1. 1  
Quid requiratur ad hoc, ut publicæ honestatis im-  
pedimentum inducatur ex sponsalibus. 438. 1. 4.  
5. 6. & 7  
Quis possit absolvere à referuatis summo Ponti-  
fici. 264. 2. 24  
Qui verum semen effundere nequeunt, inhabiles  
sunt ad matrimonium. 448. 2. 11  
Quomodo se debeat gerere confessarius, auditis re-  
feruatis. 263. 1. 18  
Quomodo debeat alloqui confessarius cum pœnitē-  
te, à quo alibi peccata referuata audiuit, dum po-  
testatem non habet. 276. 2. 3  
Quotuplex sit impotentia. 446. 1. 1

**R**

**R**aptus, quid? 455. 1. 1  
Raptus quanto tempore dirimat. 455. 1. 2  
Raptus, quo mulier virum rapit, matrimonium non  
dirimit. 455. 2. 3  
Raptus, si fœminæ non displiceat, non dirimit ma-  
trimonium. 455. 2. 4. è contra, si displiceat.  
ibidem. 5  
Raptus, etsi causa tantum libidinis factus, dirimit  
matrimonium. 456. 1. 8. & raptor non potest  
contrahere matrimonium, donec rapta restituat-  
ur. 455. 2. 7  
Ratum matrimonium nullam inducit affinitatem. 442. 1. 9  
Reddens debitum coniugi incestuoso petenti, non  
peccat. 445. 2. 28  
Religiosi mendicantes possunt dispensare, ut ince-  
stuosi petant? 445. 2. 28.  
Religiosus ministrans Eucharistiam sine pastoris li-  
centia, irregularitatem, & excommunicationem  
incurrit. 86. 1. 8.  
Referuare potest peccata Papa. 251. 1. 3  
Referuare possunt Episcopi. 246. 1. 5  
Referuatis potest absolvere à referuatis potestate or-  
dinaria. 251. 1. 2  
Referuati casus datur potestas in Ecclesia. 244. 2. 2.  
Possunt referuare qui habent potestatem ordina-  
riam. ibidem. 3  
Referuari possunt peccata merè interna. ibidem. 4.  
Nulla peccata venialia sunt referuata. 245. 1. 5.  
Ad referuationem requiritur iusta causa. ibid. 7  
Referuata peccata Papæ, tot sunt, quot censuræ ei  
referuata. 245. 2. 2  
Referuata Archiepiscopo Valentino sunt, simonia.  
247. 1. 1. sacrilegium, ibidem, 2. homicidium,  
248. 1. 4. incestus, ibidem, 6. percussio paren-  
tum, ibidem, 7. abortus procuratus, ibidem, 9.  
clandestinè contrahentes, 249. 2. 12. incendiū

Ecclesiarum. 250. 1. 13. testis falsus iurans in  
iudicio. 250. 2. 15  
Referuata ab Episcopo verum possint absolui in  
alio Episcopatu. 252. 1. 2  
Referuata non possunt absolui à Religiosis mendi-  
cantium, vi iuris communis. 254. 1. 7  
Referuata Episcopo, & Pontifici, possunt absolui à  
quolibet approbato virtute Bullæ, dempta hæ-  
resi. 254. 1. 5  
Referuata absoluendi facultatem habens à Pontifi-  
ce, absolvere potest à censuris. 254. 2. 10  
Referuata absolui non possunt à superiori sine ra-  
tionabili causa, non auditis non referuatis. 257.  
1. 3. Quænam sit rationabilis causa? ibidem. 4  
Referuata absolvere potest in necessitate quilibet  
Sacerdos. 258. 1. 2  
Referuata à summo Pontifice quis possit absolue-  
re? 264. 2. 24  
Referuatis auditis, quomodo se debeat gerere con-  
fessarius. 263. 1. 18  
Referuatus casus, quid? 244. 2. 1  
Reuiviscencia sacramentorum, quid, & quotuplex.  
231. 1. 1. quomodo cōtingit reuiviscencia. 231. 3

**S**

**S**acer ordo, lege ordo.  
Sacerdos non potest ministrare Eucharistiam, eo  
quòd sit ei cōcessa facultas absoluendi. 87. 1. 24  
Sacerdos sanus, extra Missæ sacrificium, potest se  
ipsum communicare, si fortè non datur scanda-  
lum. 87. 1. 13  
Sacerdos potest dare partem suæ hostiæ sano, vel  
infirmo. 87. 2. 14  
Sacerdos potest absque pollice, & indice, Eucha-  
ristiam ministrare. 88. 2. 5  
Sacerdos offerre potest sacrificium pro se. 97. 1. 1.  
pro alijs, ibidem. 2. pro Ecclesia militante, ibi-  
dem. 3. pro infantibus, ibidem. 4. pro catechu-  
menis, ibidem. 5. pro infidelibus non excom-  
municatis, ibidem. 6. pro defunctis existentibus  
in purgatorio, & est de fide. 98. 1. 8. non  
pro beatis, ibidem. 9. nec pro damnatis, ibidem.  
11. nec pro paruulis descendentibus cum origi-  
nali. ibidem.  
Sacerdos tenetur sub mortali, aliquando celebrare,  
106. 1. 13. quoties in anno? ibidem. 4  
Sacerdotes possunt occultè celebrare in feria quinta  
cœnæ Dñi, & in Sabbatho sancto. 108. 2. 18  
Sacerdos pauper duplicem elemosynam recipere  
non potest. 111. 1. 5  
Sacerdos celebrans debet esse ieiunus. 126. 2. 1.  
debet habere intentionem. ibidem. 2  
Sacerdos debet seruare integrum Missæ ritum. 127.  
2. 2. quomodo in hac materia peccet. ibi-  
dem. 3  
Sacerdos non peccat dicendo Missas votiuas, extra  
dies præscriptos. 129. 1. 1. quid si publicè ce-  
lebrat. ibidem. 9  
Sacerdos non potest celebrare materno sermo-  
ne. 130. 1. 13  
Sacerdos requirit vnum ministrum. 130. 1. 1. vi-  
rum. ibidem. 2. de casibus, qui offerri possunt  
in Missa, v. g. vinum esse venenatum, congela-  
tum, &c. lege 131. 2. 8.

Sacerdos his verbis, *Absoluo te*, potest aboluere à censuris, & à peccatis. 145. 1. 13  
 Sacerdos ex charitate tenetur audire pœnitentem in necessitate. 270. 1. 3  
 Sacerdos tenetur emittere votû castitatis. 296. 1. 1  
 Sacerdotij materia, quænam? 293. 1. 8. Sacramentalia non sunt sacramentum. 4. 2. 1  
 Sacramenti nomen. 3. 1. 1  
 Sacramenti significatio. ibidem. 2  
 Sacramentum, quid? 3. 2. 6  
 Sacramentum est signum ad placitum. 4. 1. 7  
 Sacramentum est signum rememoratiuum passionis Christi, demonstratiuum gratiæ, & pronosticum gloriæ. 4. 1. 8  
 Sacramentum quotuplex. 4. 2. 1. quomodo distinguantur vetera, & noua. 5. 1. 4  
 Sacramenta nouæ legis quomodo inter se discernuntur. 5. 1. 7  
 Sacramenta non sunt necessaria simpliciter ex natura rei ad salutem æternam. 6. 1. 3. Supposita Christi institutione aliqua sunt necessaria necessitate præcepti, aliqua necessitate mediij. 6. 1. 4  
 Sacramentorum author Deus. 6. 1. 2  
 Sacramenta omnia sunt à Christo instituta. 6. 2. 3  
 Sacramenta noua constant rebus tanquam materia, & verbis tanquam forma. 7. 1. 4  
 Sacramentorum materia determinata in specie est. 8. 1. 1. etiam forma. ibidem.  
 Sacramentorum materias, & formas non potest mutare Ecclesia. 8. 1. 3  
 Sacramenta valide administrantur sine ritu accidentali. 16. 1. 2  
 Sacramentorum effectus duplex. 16. 1. 1  
 Sacramenta noua omnia conferunt gratiam. 16. 2. 2. & hanc ex opere operato. 17. 1. 4. si non datur obex. ibidem. 3. & distinctam gratiam vnum quodque. ibidem. 6  
 Sacramenta eiusdem speciei conferunt æqualem gratiam æque dispositis, maiorem, magis disposito. 17. 2. 2. & 3.  
 Sacramenta ministrata à meliori ministro non conferunt maiorem gratiam. 18. 1. 6  
 Sacramenta duo, ex primaria intentione causant primam gratiam, 6. reliqua ex primaria intentione, secundam. 18. 2. 2. & 3.  
 Sacramenta causant gratiam, quando verba finiuntur. 19. 1. 2. causant moraliter. 19. 1. 2. probabile est causare physice. 19. 2. 3.  
 Sacramenta, quæ imprimant characterem. 20. 1. 1  
 Sacramentum quomodo reuiuiscat. 23. 1. 2  
 Sacramentum, quando reuiuiscit, recedente fictione, duplicem causat gratiam. 23. 2. 6  
 Sacramenta peti possunt à ministro existente in peccato mortali. 24. 1. 2  
 Sacramenti sanguinis materia sufficiens & necessaria, vinum, siue album, siue nigrum. 51. 1. 1  
 Sacramentum pœnitentiæ potest dari informe. 194. 1. 1  
 Sacramentum extremæ vnctionis, lege vnctio extrema Sacramentum ordinis, lege ordo.  
 Sacramentum matrimonij, lege matrimonium.  
 Sacrificium, vt sacrificium, nõ est sacramentum. 4. 1. 1  
 Sanguis Christi ex vi verborum est sub speciebus vini. 63. 2. 6. corpus est ibi per concomitantiam. ibidem. 7  
 Sanguis Christi quando desinat esse sub specie-

bus. 65. 2. 2  
 Sanguinis, & feminis fluxus impediunt ex decentia communionem. 78. 2. 3  
 Satisfactio extra sacramentum, quid? 203. 1. 11.  
 prodeit ad remissionem pœnæ temporalis. ibidem.  
 2. quam dispositione requirat in satisfaciente. 3  
 Satisfactio fieri potest actibus mere internis. 204.  
 1. 6. opus satisfactorium debet esse pœnale. ibidem. 7  
 Satisfactio fieri potest Deo per pœnas, quas necessario patimur. 204. 2. 9  
 Satisfactio an requirat diuinam promissionem ibidem. 10.  
 Satisfactio sacramentalis, quid? 205. 1. 1  
 Satisfactionis sacramentalis præceptum. ibidem. 3.  
 Satisfactione remittitur aliqua pœna temporalis ibidem. 4.  
 Seminis effusio intra vas, quacumque arte, siue humana, siue diabolica, vel cum violatione claustrij, vel sine illa, affinitatem inducit. 441. 1. 5  
 Semen qui emittere nequeunt inualide contrahunt. 448. 1. 9. Senes valide contrahunt. 448. 2. 13  
 Serpens æneus non fuit sacramentum. 4. 1. 9  
 Sigillum confessionis tenetur confessarius seruare iure diuino, humano, & Ecclesiastico sub mortali. 115. 1. 1  
 Sigillum tenetur seruare confessarius. 217. 2. 2  
 Sigillum seruare quoque tenetur consiliarius ibidem. 4.  
 Sigillum tenetur seruare ille, cui confessarius reuelauit peccatum. ibidem. 217. 2. 4. & 5.  
 Sigillum tenetur seruare interpres pœnitentis. ibidem. 6.  
 Sigillum seruare tenentur audientes pœnitentem confiteri. ibidem. 7  
 Sigillum tenentur seruare inuenientes chartam, in qua scripta erant peccata. ibidem. 8  
 Sponsalia tripliciter sumuntur. 325. 1. 1  
 Sponsalia quomodo diffiniuntur. 325. 2. 4  
 Sponsalia quam validitatem habeant. ibidem. 5.  
 Sponsalia inter raptorem, & raptam, inualida sunt. 455. 2. 6  
 Spõsalia dissoluntur per affinitatem de nouo aduenientem. 442. 2. 13.  
 Sponsalia non addunt fornicationi sponsæ nouam malitiam necessario confitendam. 326. 1. 7.  
 Sponsalia non valent, si promissio est mere interna, nullo modo manifestata. 326. 1. 2. debet manifestari, & ab alio acceptari. ibidem. 3.  
 Sponsalia exigunt promissionem mutam. 326. 2. 5. hæc promissio obligat sub mortali ad ea adimplenda. 327. 1. 6. etiam si sponsus nobilis scienter contraxerit cum ignobili. ibidem. 7  
 Sponsalium validitas quædam deliberationem requirat. 328. 1. 1  
 Sponsalia ex calore iracundiæ facta, si adfit aduertentia valent. 328. 1. 4  
 Sponsalium validitas an requirat intentionem virtualem. 328. 2. 5. an facta metu graui valeant. 329. 1. 8.  
 Sponsalia ab ebrio celebrata & ab habente lucida interualla, dum non est mentis compos, non valent. 328. 2. 6  
 Sponsalia promittens, non excludendo obligationem, nec se obligando positue, manet obligatus. 330. 1. 5

Sponsalia quibus verbis contrahantur. 331. 1. 1  
 Sponsalia contrahantur, quibuscumque verbis exprimentibus cōsensum de futuro. 332. 1. 8. signis contrahi possunt. ibidem. 10  
 Sponsalia incerta, non sunt propria sponsalia. 333. 1. 1. redduntur certa, quando proouisor determinat personam. ibidem. 2  
 Sponsalia clandestina sunt valida. 333. 2. 1. & illicita. ibidem. 2.  
 Sponsalia de iure positio canonico, requirunt septennium completum, tam in masculis, quam in foeminis. 334. 1. 2. mali ia an supleat hanc aetatem. 334. 1. 5. in sponsalibus non licet sponsus apponere pœnam, etiam iniuste resiliēti. 335. 2. 1  
 Sponsalia vtrum admittant arras, lege arras.  
 Sponsalia dirimunt impedimenta ditimentia matrimonium. 337. 2. 1  
 Sponsalia non sunt valida, si præcedat impedimentum impediens tantum matrimonium, si sit perpetuum. 338. 1. 2  
 Sponsalia inter impeditos contracta, cum conditione, si Papa dispensauerit, valent. 338. 1. 4. & sponsis, qui contraxerunt sponsalia cum hac conditione, non licet oscula, & tactus inhonesti, & amplexus. 338. 2. 7  
 Sponsalia per ingressum Religionis, soluantur ex parte manentis in saeculo. 339. 1. 3. etiam si sint iurata. ibidem. 3.  
 Sponsalia facta post votum castitatis, & Religionis, non valent. Votum subsequens sponsalia an dissoluat ea, & ex parte cuius. 340. 1. 4  
 Sponsalia puberum, mutuo sponforum consensu dissoluantur, etiam si in facie Ecclesie sint celebrata. 341. 1. 2. quid si sponsalia sint iurata. ibidem. 3.  
 Sponsalia impuberum dissolui non possunt, donec perueniant ad pubertatem. 341. 2. 1  
 Sponsalia impuberum, lege impubes, & pubes.  
 Sponsalia dissoluantur expirato termino apposito ad extinguendam obligationem. 343. 1. 2. non verò si terminus sit appositus ad finiendam licentiam differendi. ibidem. 3  
 Sponsalia dissolui possunt per moram alterius, quando nullus terminus fuit præfixus ad finienda sponsalia. ibidem. 4  
 Sponsalia dissoluantur, quando sponsus (idem dic de sponsa) in remotas prouincias se confert absque consensu sponsæ. 343. 2. 1. etiam si habeat animum redeundi. ibidem. 2.  
 Sponsalia dissoluantur per subsequens matrimoniū valide celebratum cum alia persona. 344. 1. 1 etiam si sponsalia sint iurata. 344. 2. 3  
 Sponsalia posteriora, absque copula, & iuramento, non dissolunt priora. 344. 2. 1. etiam si sint iurata posteriora. ibidem. 2. & sequatur copula cum secunda. 345. 1. 4.  
 Sponsalia ex parte sponsi dissoluantur, ob fornicationem sponsæ superuenientem sponsalibus. 345. 1. 1. quando fornicatio sit vi facta. ibidem. 2. etsi sponsa fuerit fornicata. ante sponsalia, viro hoc ignorante. 345. 2. 3. Vtro que sponso fornicante post sponsalia, solus sponsus potest resiliere. ibidem. 4  
 Sponsalia dirimuntur ob superueniens impedimentum dirimens matrimonium ex parte alterius, qui non fuit causa impedimenti. 346. 1. 1. non verò si impedimentum impediatur tantum matri-

monium, excepto impedimento voti simplicis, 346. 2. 2. & si sponsus, postquam contraxit sponsalia, contraxit impedimentum dirimens, teneatur impetrare dispensationem impedimenti, si alter vult. ibidem. 3  
 Sponsalia dissoluantur ob defectū corporis superuenientem sponsalibus, tam ex parte sponsi, quam sponsæ. 346. 2. 1  
 Sponsalia dissolui possunt ob notabilem asperitatem superuenientem. 347. 1. 1. & ob graues inimicitias inter sponsos. ibidem. 2. & ob paupertatem superuenientem. 347. 1. 3  
 Sponsalia an dissoluantur, eo quod appareant aliqua, que ignorabantur. 348. 1. 1  
 Sponsalia vtrum valeant, quando sponsus occultat aliquos defectus, & vtrum sponsus peccet. 349. 1. 5  
 Sponsalia vtrum dissoluantur per conditionem non impletam. 350. 2. 1  
 Sponsalia, propria autoritate, possunt dissolui, quando adest moralis certitudo de causa dissolutionis. 350. 2. 1. quando non adest talis certitudo, requiritur autoritas iudicis. 351. 1. 3. hic index est Ecclesiasticus. ibidem. 4  
 Sponsalia, quando dissoluantur ob aliquod impedimentum impediens matrimonium, cum quo contrahere est peccatum, sufficit vnus testis fide dignus. 351. 1. 1. etiam si sponsalia sint iurata. ibidem. 2. & forma publica impedimenti. ibidē. 3  
 Sponsalia antecedentia matrimonium clandestinum vtrum obligent ad vere contrahendum. 380. 1. 14  
 Sponsalia celebrata sub conditione necessaria, valida sunt. 406. 2. 1. si cōditio est contra substantiam matrimonij, sponsalia sunt inualida. ibidem. 3. quid si cōditio sit impossibilis. ibidem. 4. quid si honesta. 407. 1. 4  
 Sponsalium conditiones, temporis, demonstratio- nis, causæ, & modi. 407. 1. 1. sponsæ, & sponsi nomine in odiosis tantum comprehenditur sponsus vel sponsa de futuro. 325. 1. 2  
 Steriles valide contrahunt. 449. 1. 12.  
 Subdiaconatus est vnus ex septem ordinibus. 289. 1. 5. est verè ordo. ibidem. 10. integrat cum alijs ordinibus vnū Sacramentum. 290. 1. 11  
 suscipiens eum in peccato mortali, mortaliter peccat. ibidem. 13. cadit sub præcepto respectu communitatis, non verò in particulari. ibidem. 14. officium eius, proxime assistere Diaconis, &c. 290. 2. 17. Subdiaconi materia remota, est calix vacuus. 293. 2. 10  
 Subiectum capax extremæ vnctionis, lege vnctio extrema. 315. 1. 12.  
 Substractio verborum quando irritet sacramentum. 9. 2. 9  
 Surdaster ordinari non potest. 311. 1. 12.  
 Susceptor adultus sacramentorum debet necessariò habere intentionem. 21. 2. 2  
 Suscipiens baptismum, & pœnitentiam, non tenetur esse in gratia. 22. 2. 11. ad alia sacramenta fructuose recipienda tenetur suscipiens esse in gratia. ibidem.  
 Suscipiens ab alieno Episcopo primam tonsuram sine licentia proprii, nullam pœnam incurrit. 305. 2. 18. si susciperet maiores ordines, esset suspensus. ibidem. 19  
 Suspensus ordinari non potest. 311. 1. 12  
 Tabac.

# RERVM, ET VERB.

## T

- T** Abachi sumptio in folio, puluere, & fumo, verū frangat ieiunium naturale, & fumens possit communicare. 80. 2. 12
- Taciturnitas contrahentium sufficit ad manifestandū promissionem, & consensum ad sponsalia, quando parentes contrahent pro filijs, illis presentibus. 313. 1. 11
- Tactus turpes, quando adest periculum effusionis seminis, est peccati mortale inter coniuges. 497. 2. 1. An quando, non datur tale periculū. 497. 2. 2
- Tactus turpis est peccatum mortale inter sponfos de futuro. 498. 2. 7
- Temporalis impotentia matrimonium non dirimit. 447. 1. 5
- Tempore interdicti non potest ministrari extrema vntio. 286. 1. 11
- Tempus quod requiritur ad iudicandum vtrum in uiro sic perpetua impotentia ad vltus matrimonij, quodnam. 451. 1. 22
- Tenetur confessarius peccatorum qua itatem, & quantitatem discretam scire. 1265. 1. 3
- Tenetur confessarius poenitentem interrogare, supposita poenitentis ignorantia. 271. 2. 1
- Testes ad valorem matrimonij quot, & quales requirantur. 387. 1. 1
- Transseunsi ad alias nuptias licentia concedenda est coniugibus, qui ratione maleficijs separati fuerunt. 453. 1. 32
- Traditio mutua est materia, & forma sacramenti matrimonij. 357. 2. 6

## V

- V** Alide contrahunt senes. 448. 1. 9
- Validitas sponsalium tria requirit. 325. 2. 5
- Verborum mutatio quando vitiet sacramentū. 8. 2. 4
- Verborum corruptio, quomodo irritet sacramentum. 9. 2. 1
- Verborum mutatio in nutus, & signa (deme matrimonium) irritat sacramentum. 10. 1. 12
- Verba consecrationis instrumentaliter faciunt sacramentum Eucharistia. 59. 2. 1
- Vestibus sacris quæ debeatur veneratio. 125. 2. 1
- Vestes sacrae cum earum significationibus. 322. 2. 12
- Vicarius generalis Episcopi non potest concedere dimissorias. 303. 2. 4
- Vicarius Papæ statim post mortem Papæ concedere potest dimissorias. 304. 1. 8.
- Vicarius generalis an possit ex vi sui officij assistere matrimonio. 384. 2. 2.
- Vicarius foraneus non potest assistere matrimonio nisi omnes causæ matrimoniales illi delegentur ibidem. Quid sit dicendum de Vicecurato, plenè delegato à Parocho. 385. 1. 4
- Vicarius generalis Episcopi potest dispensare vt monitiones, quæ fiunt ante matrimonium omitantur. 391. 1. 2
- Vicati corpore ordinari non possunt. 311. 1. 12
- Vinum de vite, siue album, siue nigrum, est materia sufficiens sacramenti sanguinis Christi. 50. 1. 1
- Vinum satis coctum non est materia. 51. 2. 4. Bene vinum congelatum. 52. 2. 8
- Vini consecrati species sunt materia proxima sacra-

- menti sanguinis Christi. 52. 2. 9
- Vinum contentum in calice cooperto, consecrari non potest. 54. 2. 2
- Vini consecrationis verba, sumuntur recitative, & significatiue. 57. 2. 16
- Vini species consecratas sine subiecto manere, fides docet. 66. 2. 1
- Vi ordinatus, licet in sacris, non contraxit matrimonij impedimentum. 433. 1. 8.
- Vir si assumptus fuerit ad Episcopatum; vxor tenetur ad religionem ingredi, non sufficit quod in saeculo votum castitatis emittat. 434. 2. 15
- Vir legitime ordinatus potest in eadē domo cohabitare cum vxore, dum modo non sit periculum in continentia. 435. 1. 17
- Vir qui sine vxoris consensu ordines recepit, licet non possit petere debitum, tenetur tamen reddere. 435. 1. 18
- Vir, nisi malitia suppleat aetatem, quatuordecim annos debet habere ad contrahendum matrimonium. 454. 1. 40
- Viri semen requiritur ad generationem. 441. 1. 4
- Virginem deflorans, spe ficta promissionis matrimonij, tenetur eam ducere. 330. 2. 1
- Vntiones septem sunt in Ecclesia. 379. 1. 1. Septima est extrema vntio. ibidem.
- Vntio extrema est sacramentum. 479. 2. 2. à Christo institutum. ibidem. 3. quomodo diffinitur. ibidem. 4. et vnum specie infirma. 280. 1. 5
- Vntionis extremæ materia remota, oleum oliua tum. 280. 1. 1. ab Episcopo benedictum ibidem. 2. non debet necessario esse admixtum balsamo. 280. 2. 3
- Vntionis extremæ materia proxima, vntio ex oleo facta. 280. 2. 4. Vntio hæc debet fieri per modum crucis, ibidem. 5. hæc vntiones sunt septem. 281. 1. 6. sensus geminati non debent geminate vngi ibidem. 7. Vngi debet proxima pars oculo, si careat oculis. 281. 2. 9
- Vntionis extremæ forma quæ? 281. 2. 10. Formæ quinque sensuum partiales, ibidem. 11. proferenda modo deprecatorio. 282. 1. 13. Et proferenda per modum vnus quando adest periculum mortis. ibidem. 12
- Vntionis extremæ minister necessarius, est sacerdos 282. 1. 2. necessarius ad licitè ministrandum, proprius Parochus, vel extra necessitatem, sacerdos ex licentia Parochi. 382. 2. 4
- Vntio extrema conferri potest à pluribus sacerdotibus successiue. 283. 1. 5. Collectiue si adest periculum mortis. ibidem. 7
- Vntionem extremam tenetur Parochus ministrare suis ouibus. 283. 2. 8
- Vntionis extremæ motu, si mors acceleretur, non incurrit Parochus irregularitatem. 283. 2. 11
- Vntionis extremæ subiectum capax, homo, viuus, baptizatus, & ratione vtens. 284. 1. 1. Infirmus corporali infirmitate. ibidem. 2
- Vntio extrema vt ministraretur, non est expectandum extremum vitæ periculum. 284. 2. 3
- Vntionis extremæ sūt capaces vulnerati læthaliter, & qui potauerūt venenū, peste percussus, & mortuū viperarum, & morbo rabido laborantes. 285. 1. 4. Non sunt capaces pueri, ibidem. 5. sunt capaces adulti etiam si actualiter non peccauerint, ibidem. 6. & Beata Maria. ibidem. 7
- Vntio



# I N D E X

Vnctio extrema non est sub p[re]cepto. 285. 2. 8. Su-  
 sciipiens eam debet habere intentione[m]. Non est ne-  
 cessariu[m] sumere Eucharistiam ante illam, ibide[m]. 10  
 Nec potest ministrari tempore interdicti. 286.  
 1. 1. 1.  
 Vnctio extrema causat gratiam. 286. 1. 1. Ut sanan-  
 tem animam. ibide[m]. 2  
 Vnctio extrema tollit reliquias peccatorum. 286. 2.  
 3. Quid intelligatur per reliquias peccatorum  
 ibide[m]. 4. Confert gratiam, finita vltima vnctio-  
 ne 287. 1. 5. Effectus secundarius, est sanitas cor-  
 poris, si expedierit animae salutem. ibide[m]. 6  
 Vnctio extrema potest iterari. 287. 2. 8. Votum reli-  
 gionis, & castitatis antecedens sponsalia, illa irri-

rat. An subsequens dissoluat, & ex parte cuius. 340  
 1. 4. Votum solenne dirimit matrimonium fu-  
 turum. 315. 1. 2. Non vero votum simplex ioi-  
 dem.  
 Votum solenne professionis subsequens matrimo-  
 nium dirimit illud. ibide[m]. 6  
 Votum castitatis quis possit dispensare. ibide[m]. 9  
 V[er]u[m] rationis carens, licet ordinetur, non incurrit im-  
 pedimentum matrimonij. 433. 2. 10  
 Vxorum pluralitas non solum iure Ecclesiastico, sed  
 etiam naturali prohibita est. 435. 2. 3.  
 Vxor non valet plures habere viros. 436. 2. 4. Ne-  
 que Papa id dispensare potest. ibide[m]. 5. quia iu-  
 re natura prohibita. ibide[m]. 6.

## F I N I S.

### V A L E N T I Æ,

Apud hæred. Chrysof. Garriz, per Bernardum Nogues,  
 iuxta molendinum de Rouella,

Anno 1646.

Vnctio extrema non est sub p[re]cepto. 285. 2. 8. Su-  
 sciipiens eam debet habere intentione[m]. Non est ne-  
 cessariu[m] sumere Eucharistiam ante illam, ibide[m]. 10  
 Nec potest ministrari tempore interdicti. 286.  
 1. 1. 1.  
 Vnctio extrema causat gratiam. 286. 1. 1. Ut sanan-  
 tem animam. ibide[m]. 2  
 Vnctio extrema tollit reliquias peccatorum. 286. 2.  
 3. Quid intelligatur per reliquias peccatorum  
 ibide[m]. 4. Confert gratiam, finita vltima vnctio-  
 ne 287. 1. 5. Effectus secundarius, est sanitas cor-  
 poris, si expedierit animae salutem. ibide[m]. 6  
 Vnctio extrema potest iterari. 287. 2. 8. Votum reli-  
 gionis, & castitatis antecedens sponsalia, illa irri-  
 rat. An subsequens dissoluat, & ex parte cuius. 340  
 1. 4. Votum solenne dirimit matrimonium fu-  
 turum. 315. 1. 2. Non vero votum simplex ioi-  
 dem.  
 Votum solenne professionis subsequens matrimo-  
 nium dirimit illud. ibide[m]. 6  
 Votum castitatis quis possit dispensare. ibide[m]. 9  
 V[er]u[m] rationis carens, licet ordinetur, non incurrit im-  
 pedimentum matrimonij. 433. 2. 10  
 Vxorum pluralitas non solum iure Ecclesiastico, sed  
 etiam naturali prohibita est. 435. 2. 3.  
 Vxor non valet plures habere viros. 436. 2. 4. Ne-  
 que Papa id dispensare potest. ibide[m]. 5. quia iu-  
 re natura prohibita. ibide[m]. 6.  
 Vnctio extrema non est sub p[re]cepto. 285. 2. 8. Su-  
 sciipiens eam debet habere intentione[m]. Non est ne-  
 cessariu[m] sumere Eucharistiam ante illam, ibide[m]. 10  
 Nec potest ministrari tempore interdicti. 286.  
 1. 1. 1.  
 Vnctio extrema causat gratiam. 286. 1. 1. Ut sanan-  
 tem animam. ibide[m]. 2  
 Vnctio extrema tollit reliquias peccatorum. 286. 2.  
 3. Quid intelligatur per reliquias peccatorum  
 ibide[m]. 4. Confert gratiam, finita vltima vnctio-  
 ne 287. 1. 5. Effectus secundarius, est sanitas cor-  
 poris, si expedierit animae salutem. ibide[m]. 6  
 Vnctio extrema potest iterari. 287. 2. 8. Votum reli-  
 gionis, & castitatis antecedens sponsalia, illa irri-  
 rat. An subsequens dissoluat, & ex parte cuius. 340  
 1. 4. Votum solenne dirimit matrimonium fu-  
 turum. 315. 1. 2. Non vero votum simplex ioi-  
 dem.  
 Votum solenne professionis subsequens matrimo-  
 nium dirimit illud. ibide[m]. 6  
 Votum castitatis quis possit dispensare. ibide[m]. 9  
 V[er]u[m] rationis carens, licet ordinetur, non incurrit im-  
 pedimentum matrimonij. 433. 2. 10  
 Vxorum pluralitas non solum iure Ecclesiastico, sed  
 etiam naturali prohibita est. 435. 2. 3.  
 Vxor non valet plures habere viros. 436. 2. 4. Ne-  
 que Papa id dispensare potest. ibide[m]. 5. quia iu-  
 re natura prohibita. ibide[m]. 6.

18  
02  
05  
05  
44

18  
02  
05  
05  
44  

---

215

18  
02  
05  
05  
44

18  
02  
05  
05  
44

18  
02  
05  
05  
44  

---

215

18  
02  
05  
05  
44

$$\begin{array}{r}
 81 \\
 44 \\
 20 \\
 50 \\
 20 \\
 10 \\
 \hline
 225
 \end{array}$$

$$\begin{array}{r}
 81 \\
 50 \text{ 0} \\
 20 \\
 20 \\
 44 \\
 \hline
 215
 \end{array}$$

$$\begin{array}{r}
 81 \\
 70 \text{ 0} \\
 44 \\
 \hline
 \end{array}$$

$$\begin{array}{r}
 81 \quad R \\
 70 \\
 64 \\
 10 \\
 \hline
 225
 \end{array}$$

I

$$\begin{array}{r}
 81 \leftarrow \\
 70 \text{ 0} \\
 64 \\
 10 \\
 \hline
 225
 \end{array}$$

$$\begin{array}{r}
 81 \\
 70 \text{ 0} \\
 64 \\
 10 \\
 \hline
 235
 \end{array}$$



